92

Inc.

106

S. Bonaventura

Opuscula

Brixiae 1497

[illegible] 1497 [illegible]

Hain 3468 [illegible]

V.ª Liv... Caixa ... N.º ...

# Opuſcula ⁊ tractatus q̃plurimi Sancti Bonauenture Cardinalis ordinis minorū.

1497

Oratio Octaviani de Martiniy in vitam eiusdem D. Bonav.re in fine

LIVRARIA DE XABREGAS DE S. F.

Da livr.a de S. Pº de X.os

[illegible]

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

## Hec ſunt opuſcula: ⁊ Tractatꝰ Que in hoc volumine continentur

Breuiloquium
Itinerarius mentis in deum
Utiliſſima quedam epiſtola que eſt quaſi quedam regula ⁊ inſtitutio omniũ pie ⁊ ſpiritualiter in chriſto viuere volentiũ. ⁊ diſtinguitur in .xxv. memorialia.
Libellus de reductione artium ad theologiam.
Paruum bonum: vel regimen conſcientie: qđ vocatur fons vite
Centiloquium
Pharetra opus quidem vtiliſſimum
Tractatus de paupertate chriſti contra magiſtrum villhelmum
Tractatus de .v. feſtiuitatibus pueri ieſu.
Epiſtola ad dominam blancam reginam hiſpanie de regimine anime
Epiſtola ad magiſtrum innominatum eliminans errorem ꝯ regulã bti Franciſci
Epiſtola de eo qđ chriſtus ⁊ apoſtoli ⁊ diſcipuli eius inceſſerunt diſcalciati
Epiſtola in qua ſanctus Bonauentura miniſter generalis mandat vt fres ſui ordinis caueant a frequẽtia diſcurſuũ. ab importunitate queſtuũ. a ſumptuoſitate edificiorum: librorum: veſtiuz: ac ciborũ. a predicatione cõtra prelatos coraz laicis: ⁊ a litigioſa inuaſione ſepulturarum ⁊ teſtamentorum
Epiſtola ad miniſtros prouinciales ⁊ cuſtodes de reformandis fratribus ſui ordinis
Liber de tribus ternarijs peccatorum infamibus.
Tractatus de ſeptem gradibus contemplationis.
Uiginti paſſus de informatione ſpiritualis vite ac virtute ⁊ profectu religioſorum
Sermones de decem preceptis quos ſanctꝰ Bonauentura pariſius predicauit ad cleruz
Apologia pauperum aduerſus eundez calumniatorem
Expoſitio orationis dominice
Oratio in vitam ⁊ merita diui Bonauenture per inſignẽ iuris vtriuſqz doctorez diſertiſſimũ Octauianũ ð Martinis Sueſſanum ſacri palacij apoſtolici clarum aduocatum conſiſtorialem.

Incipit breuiloquiū Sancti Bonauēture Cardinalis ordinis minorū.

Flecto genua mea ad patrem dñi noſtri ieſu chriſti. ex quo omnis paternitas in celo ⁊ in terra nominatur. vt det vobis ſm diuitias glorie ſue virtutē corroborari ꝑ ſpūm eius in interiori hoīe. habitare xp̄m ꝑ fidem in cordibus veſtris. i charitate radicati ⁊ fundati. vt poſſitis comphendere cū oībus ſctīs. que ſit latitudo: longitudo: ſublimitas: ⁊ profundus. Scire etiā ſupeminetuē ſcīe charitatem xp̄i: vt impleami in oēm plenitudiné dei. Magnus doctor gentiū ⁊ predicator veritatis: diuino repletus ſpiritu: tanq̄ʒ vas electū ⁊ ſanctificatū: in hoc v̄bo aperit ſacre ſcripture: q̄ theologia dicit: ortum: ꝓgreſſum ⁊ ſtatum. Inſinuans ortū ſcripture attēdi ſm influentiā beatiſſime trinitatis. Progreſſum autem ſm exigentiā humane capacitatis. Statū vero ſiue fructum ſm ſuperabundantiā ſuppleniſſime felicitatis. Ortus nāqz nō eſt per humanā inueſtigatōem: ſed ꝑ diuinā reuelationem. que fluit a patre luminū: ex quo oīs paternitas in celo ⁊ in terra noīat. a quo per filiū eius ieſum chriſtū: manat i nos ſpūſanctus. ⁊ ꝑ ſpūm ſanctū diuidētem ⁊ diſtribuentem dona ſingulis ſicut vult: datur fides: ⁊ ꝑ fidem habitat chriſtus in cordibus noſtris. Hec eſt noticia ieſu chriſti: ex qua originalit̄ manat firmitas ⁊ intelligentia totius ſcripture ſacre. Vñ ⁊ impoſſibile eſt q̄ aliquis in ipſam ingrediat agnoſcendam: niſi prius xp̄i fidem habeat ſibi infuſam. tanq̄ʒ ipſius toti⁹ ſcripture lucernam ⁊ ianuā ⁊ etiā fundamentum. Eſt enim ipſa fides omni ſupnaturalium illuminationū q̄ʒdiu ꝑegrinamur a dño: et. fundamentū ſtabiliens. ⁊ lucerna dirigens. ⁊ ianua introducens. Scdm̄ cuius etiam menſuram neceſſe eſt menſurari ſapientiā nobis diuinitus datā. ne q̄s ſapiat plus q̄ʒ oportet ſapere: ſed ſapere ad ſobrietatē. ⁊ vnicuiqʒ ſicut deus diuiſit menſurā fidei. Mediāte igitur hac fide dat nobis noticia ſacre ſcripture: ſm influentiā beatiſſime trinitatis. iuxta q̄d expreſſe inſinuat apoſtolus i prima parte auctoritatis prius inducte. Progreſſus aūt ſacre ſcripture nō eſt coarctatus ad leges ratiocinationū: diffinitionū ⁊ diuiſionum: iuxta morē aliaꝝ ſcientiaꝝ. ⁊ nō eſt coarctatus ad partē vniuerſitatis. ſed potius cū ſm lumen ſupnaturale ꝓcedat ad dādam homini viatori noticiā rerum ſufficientē. ſm q̄ expedit ei ad ſalutem. partim per plana verba. ptim per myſtica: deſcribit totius vniuerſi ꝯtinentiam: quaſi in quadam ſūma. in quo attendit latitudo. deſcribit decurſum: in quo attendit longitudo. deſcribit excellentiā finaliter ſaluādoꝝ. in quo attenditur ſublimitas. deſcribit ⁊ miſeriā dāpnatoꝝ: in quo ꝓfunditas ꝯſiſtit. non ſolū ipſius vniuerſi. verū etiā diuini iudicij. Et ſic deſcribit totū vniuerſum quātuʒ expedit de ipſo habere noticiā ad ſalutē: ſm ipſius latitudinem: longitudinem: altitudineʒ ⁊ profunditatem. Ipſa etiā habet in ſuo progreſſu hec quattuor: ſm q̄ poſterius declarabitur. q: ſic exigebat conditio capacitatis humane: que magna ⁊ multa nata eſt magnifice ⁊ multipliciter cape. tanq̄ʒ ſpeculū q̄dda; nobiliſſimū. in quo nata eſt deſcribi: non ſolū naturaliter: verū etiam ſupnaturaliter: rerū vniuerſitas mundanaꝝ. vt ſic progreſſus ſacre ſcripture attendat ſm exigentiā capacitatis humane. Status vero ſiue fructus ſacre ſcripture nō eſt quicunqʒ. ſed plenitudo eterne felicitatis: Nam hec eſt ſcriptura in q̄ verba ſunt vite eterne. que ideo ſcripta ē: nō ſolum vt credamus: verū etiā vt vitam poſſideamus eternā. In qua quideʒ videbimus: amabimus. ⁊ vniuerſaliter omnia deſideria noſtra implebuntur. Quibus impletis vere tunc ſciemus ſupereminentē ſcientie charitatem. ⁊ ita impleti erimus in omnē plenitudinem dei. Ad quā quidem plenitudinem co-

natur nos diuina introducere ſcriptura. iuxta predicte ſententie apoſtolice veritatem. Hoc igitur fine: hac etiam intentione ſacra ſcriptura perſcrutanda eſt ⁊ docenda: ⁊ etiam audienda. ⁊ vt ad iſtū fructum ⁊ terminum recto perueniamus ꝓgreſſu: per viam recti itineris ſcripturarum inchoandū eſt ab exordio. hoc eſt vt cum mera fide ad prēm luminum accedamus: flectendo genua cordis noſtri. vt ipſe p filiū ſuū in ſpūſancto det nobis verā noticiā ieſu chriſti. ⁊ cū noticia amorē ipſius: vt ſic ipm cognoſcētes ⁊ amantes: et tanq̄ȝ in fide ſolidati: ⁊ in charitate radicati: poſſimus ipſius ſacre ſcripture noſſe latitudinē: longitudinē: altitudinē: ⁊ profunditatē. ⁊ per hanc noticiā peruenire ad pleniſſimā noticiā ⁊ excellentiſſimū amorem beatiſſime trinitatis: quo ſctōꝝ tendunt deſideria. i quo eſt ſtatus ⁊ ꝯplementū oīs veri ⁊ boni.

## ¶ De latitudine ſacre ſcripture.

h Huius ſacre ſcripture fine ꝯcupito ⁊ intento: ⁊ principio credito ſimul et inuocato videndus eſt ꝓgreſſus q̄ntum ad ipſius latitudinē: longitudinem: ſublimitatē ⁊ ꝓfunditatē: ſēm viam ⁊ ordiē apoſtolici documenti. Conſiſtit aūt ipſius latitudo in multitudine ſuaꝝ ptium. Lōgitudo vero in deſcriptione tpm ⁊ etatum. Altitudo i deſcriptione hierarchiaꝝ gradatim ordinataꝝ. Profunditas in multitudine myſticorū ſenſuū ⁊ intelligentiaꝝ. Si igitur velimus latitudinem ſacre ſcripture ſpeculari: pma frōte occurrit nobis ſacra ſcriptura ſecanda in duo teſtamenta. ſ. in vetus ⁊ nouum. Uetus autem occurrit cū multitudine libroꝝ. Habet enim libros legales: hyſtoriales: ſapientiales: ⁊ prophetales. ita q̄ primi ſunt. v. ſcdi .x. tertij. v. quarti ſunt ſex. ac per hoc in vniuerſo .xxvi. Nouum ſimiliter teſtamentum habet libros his corrn̄dentes: ſēm quadruplicem formam. Nam legalibus corrn̄dēt libri euangelici. hyſtorialibus actus apoſtolici. ſapiētialibꝰ epiſtole apoſtoloꝝ ⁊ maxīe pauli ꝓphetalibus corrn̄det liber apocalypſis. vt ſic mira ſit ꝯformitas inter vetus ⁊ nouum teſtamentū non ſolū in continentia ſenſuum. verūetiam in quadriformitate partiū. In cuius figuram ⁊ ꝯſignificatōem vidit ezechiel rotam quattuor facieꝝ: ⁊ rotā in medio rote. q: vetus eſt in nouo ⁊ econuerſo. Et in libris legalibus ⁊ euangelicis eſt facies leonis ꝓpter excellentiam auctoritatis. In hiſtorialibus eſt facies bouis ꝓpter exempla ꝟtutis. In ſapientialibus eſt facies hominis ꝓpter prudentiā ſagacē. In libris ꝓphetalibus eſt facies aquile ꝓpter intelligentiā perſpicacē. Recte aūt ſacra ſcriptura diuiditur in vetꝰ ⁊ nouū teſtamētum: ⁊ nō in theoricam ⁊ practicā. ſicut phīa. qr cūt ſacra ſcriptura fundet ꝓprie ſup cognitōem fidei. que virtus eſt et fundamētū moꝝ ⁊ iuſticie: ⁊ totius recte vite: nō poteſt in ea ſequeſtrari noticia reꝝ ſiue credēdoꝝ a noticia moꝝ. Secus aūt eſt de phīa. que nō tm̄ de veritate moꝝ: verūetiaȝ agit de vero: nuda ſpeculatōne conſiderato. Cū igitur ſcriptura ſacra ē noticia: monēs ad bonū: ⁊ reuocans a malo ⁊ hoc eſt per timorē ⁊ amorem. ideo diuiditur in duo teſtamenta. quoꝝ breuis differentia eſt timor ⁊ amor. Et q: q̄druplicitur poteſt quis moueri ad bonū ⁊ reuocari a malo. ſ. per precepta potentiſſime maieſtatis. vel per documenta ſapientiſſime ꝟitatis: vel per exempla ⁊ bn̄ficia innocentiſſime bonitatis. vel ex his oībus in vnū collectis. Ideo tam in nouo q̄ȝ in veteri teſtamēto ſunt quadriformiter traditi libri: continentes ſacram ſcripturā. ſēm corrn̄dentiam ad quattuor premiſſa. Nam libri legales monent per precepta maieſtatis oīpotentiſſime. Hiſtoriales per exempla bonitatꝭ innocētiſſime. Sapiētales p documēta veritatis ſapientiſſime. Prophetales monent ex oīm predictoꝝ aggregatione ſicut in eis manifeſtiſſime apparet. Cū ipſi ſunt q̄ſi termi-moratiui totius legalis ſapientie ⁊ doctrine. Eſt igitur ſcriptura ſacra ſimilis fluuio latiſ-

ſimo: qui ex ꝯcurſu aquaꝝ multaꝝ aggrega
tur: magis ac magis ſm̃ ꝙ lõgius decurrit.
Nam cũ primo in ſcriptura eſſent libri lega
les. poſtea ſuperuenit aqua ſapiẽtie hiſtoria‐
liũ libroꝝ. tertio ꝟo ſupaduenit doctrina ſa‐
piẽtiſſimi ſalomonis. poſt h̾ etiã doctria ſan
ctoꝝ ꝓphetaꝝ. Et tandẽ doctrina euangelica
reuelata ꝑ os carnis chriſti ꝓlata. ꝑ euange
liſtas ꝯſcripta. per ſanctos apoſtolos diuul
gata. Addita etiã documentis que ſpũſſan‐
ctus ſup eos veniẽs docuit nos ꝑ eos. vt ſic
oẽm veritatẽ ꝑ ſpm̃ſctm̃ iuxta diuinũ ꝓmiſ‐
ſum edocti: ois veritatis ſalutaris doctrinam
eccleſie chriſti darent. ꝛ ſacrã ſcripturã ꝯſum
mando veritatis noticiã dilatarent.

¶ De longitudine ſacre ſcripture.

Habet etiã hec ſcriptura ſacra longi
tudinẽ. que conſiſtit in deſcriptione
tam tempoꝝ ꝗ̃ etatũ: a principio. ſ.
mundi vſqꝫ ad diẽ iudicij. Deſcribit enim ꝑ
tria tempora mũdũ decurrere. ſ. ꝑ tꝑus legis
nature legis ſcripture ꝛ legis gr̃e ꝛ in his tri‐
bus tꝑibus ſeptem diſtinguit etates. Quaꝝ
prima ẽ ab adã vſqꝫ ad noe. ſcđa a noe vſqꝫ
ad abraã. tertia ab abraã vſqꝫ ad dauid. q̃rta
a dauid vſqꝫ ad trãſmigratõem babylonis.
quinta ad tranſmigratõe babylonis vſqꝫ ad
chriſtum. ſexta a chriſto vſqꝫ ad finẽ mundi.
ſeptima decurrit cũ ſexta. que incipit a quiete
chriſti in ſepulcro vſqꝫ ad reſurrectõem vni
uerſalem qñ incipiet reſurrectionis octaua.
Et ſic ſcriptura eſt longiſſima: q: in tractãdo
incipit a mundi ꝛ temporis exordio in princi
pio geneſ. ꝛ peruenit vſqꝫ ad finẽ mundi et
tpis. ſ. in fine apoc̃. Recte aũt vniuerſum tẽ‐
pus: qđ decurrit ſm̃ triplicem legẽ. ſ. inditã
interius datã exterius: ꝛ deſuper infuſam:
decurrit per ſeptem etates: ꝛ ꝯſummatur in
fine ſexte. vt ſic mundi decurſus rñdeat mũ
di exordio. ꝛ maioris mundi decurſus corre
ſpondeat decurſui vite minoris mundi ſcilicꝫ
hois: ꝓpter quẽ etiã factus eſt. Nam prima
etas mundi: in qua facta eſt ipſius mundi for‐
matio. caſus demonũ: ꝛ confirmatio angelo
rum: recte reſpondet prime diei. in qua facta
eſt lux: ꝛ diuiſa a tenebris. Scđa in qua per
arcam ꝛ diluuiũ ſaluati ſunt boni: ꝛ deleti
mali reſpondet ſcđe diei. in qua per firma‐
mentuꝫ facta eſt diſtinctio aquarum ab aqs.
Tertia in qua vocatus eſt abraã. ꝛ inchoata
ſynagoga. que fructificare ꝛ generare debe‐
bat ꝓlem ad dei cultũ: corrñdet diei tertie. in
qua ꝯparuit terra ꝛ protulit herbã virẽtẽ.
Quarta in qua viguit regnũ ꝛ ſacerdotium.
q: dauid rex ampliauit cultũ diuinũ: corrñdꝫ
quarte diei. in qua facta eſt formatio lumina
rium ꝛ ſtellarũ. Quinta: in qua tranſmigran
tes inter populos multos verſati ſunt ꝛ tri‐
bulati: corrñdet diei quinte. in qua facta ẽ for
matio piſciũ ex aquis. Sexta etas in qua na
tus eſt chriſtus in effigie hominis. qui vere eſt
imago dei corrñdet ſexte diei. in qua forma‐
tus eſt homo primus. Septima in qua ẽ qes
animaꝝ: nõ habens finem corrñdet ſeptime
diei. in qua requieuit deus ab omni ope qđ
patrarat. Et ſic diſtinguunt̃ he ſeptẽ etates
ꝓpter inſignia facta: que fuerũt in earꝫ exor
dijs. rõne quoꝝ correſpondent diebus for‐
mationis mundi. Vocatur aũt prima etas in
fantia. q: ſicut infantia tota obliuione delet̃.
ſic illa prima etas per diluuiũ eſt ꝯſumpta.
Scđa puericia. ſicut enim in puericia loqui
incipimus. ſic in ſcđa etate facta eſt diſtinctio
linguaꝝ. Tertia đ: adoleſcentia. q: ſicut vis
generatiua tũc incipit in actũ ſuũ exire. ſic tũc
vocatus eſt abraã ꝛ data eſt ei circunciſio. et
facta eſt ei promiſſio de ſemĩe. Quarta dici
tur iuuentus. q: ſicut in iuuentute floret hois
etas. ſic in quarta etate ſub regibus floruit ſy
nagoga. Quinta đ: ſenectꝰ. q: ſicut i ſenectu
te vires minuunt̃: ꝛ decidit pulcritudo. ſic et
in trãſmigratõe factũ eſt de iudeoꝝ ſacerdo
tio. Sexta etas đ: ſenium. q: ſicut illa eſt que
copulat̃ cũ morte: habens tñ magnã lucem
ſapiẽ. ſic ſexta etas mundi terminat̃ cũ die iu
dicij. ꝛ in ea viget ſapia per doctrinã chriſti.

Sic igit totus ille mūdus ordinatiſſimo de/
curſu: a ſcriptura ſacra deſcribit procedere a
principio vſqʒ ad finē: ad modū cuiuſdā pul
cherrimi carminis ordīati. vbi pōt qs ſpecu
lari ſm decurſum tpis varietatē τ multiplici
tatem: τ equitatē. ordinē: rectitudinem τ pul
critudinē multoꝝ diuinorum iudicioꝝ proce
dentiū a ſapīa dei gubernante mūdū. Unde
ſicut nullus poteſt videre pulcritudinē car/
minis: niſi aſpectus eius ferat ſup totū verſum
ſic nullus videt pulcritudinē ordinationis τ
regiminis vniuerſi: niſi eam totā ſpeculet. Et
qꝛ nullus homo tam longeuꝰ eſt ꝙ totā poſ/
ſit videre oculis carnis ſue. nec futura poteſt
per ſe preuidere: prouidit nobis ſpiritusſan/
ctus librum ſcripture ſacre. cuius longitudo
cōmetitur ſe decurſui regiminis vniuerſi.

¶ De ſublimitate ſacre ſcripture.

h Abet nihilominꝰ ſcriptura ſacra in
ſuo proceſſu ſublimitatē. q̄ conſiſtit
in deſcriptione hierarchiaꝝ grada/
tim ordinataꝝ. que ſunt hierarchia eccleſiaſti
ca: angelica: τ diuina. ſeu ſubceleſtis: celeſtis
τ ſuperceleſtis. Ita ꝙ primā deſcribit paten
ter. ſcdam aliquantulū magis occulte. τ ter/
tiam adhuc magis occulte. Et ex deſcriptiōe
eccleſiaſtice hierarchie eſt alta. Ex deſcriptio
ne angelice altior. Ex deſcriptione diuine al/
tiſſima. Ita vt poſſimus dicere illud prophe
te. Mirabilis facta eſt ſcīa tua ex me: cōfor/
tata ē τ non potero ad eam. Et hoc qdeʒ fa/
tis recte. Nam cū res habeant eē in materia:
habeant etiam eē in aīa per noticiā acquiſitā
habeāt etiam eē in ea per gratiā. habeāt etiā
eē in ea per gloriam: τ habeant etiam eſſe in
arte eterna. phia quidem agit de rebꝰ vt ſunt
in natura ſeu in aīa: ſm noticiam naturaliter
inſitam: vel etiam acquiſitā. Sed theologia tan
q̄ʒ ſcientia ſup fidē fundata: τ per ſpiritūſan/
ctum reuelata: agit τ de eis q̄ ſpectant ad gra
tiam τ gloriā τ etiam ad ſapientiam eternaʒ.
Unde ipſa ſubſternens ſibi phicam cognitio
nem: τ aſſumens de naturis reꝝ quantū ſibi
opus eſt ad fabricandū ſpeculū: per qđ fiat re
preſentatio diuinoꝝ: q̄ſi ſcalaʒ erigit. q̄ in ſuo
infimo tangit terram. τ in ſuo cacumine tan/
git celū. τ hoc totū per illū vnū hierarcham
ieſum chriſtū. qui non tm̄ ratione nature hu/
mane aſſumpte eſt hierarcha in eccleſiaſtica
hierarchia. verumetiam in angelica. τ eſt me
dia perſona in illa ſupceleſti hierarchia bea/
tiſſime trinitatiſ. ita ꝙ per ipſum a ſūmo capi/
te deo deſcendit vnctōis gratia. non ſolum in
barbā: verūetiaʒ in oram veſtimenti. qꝛ non
tm̄ in hieruſalem ſupernā: verūetiaʒ vſqʒ in
eccleſiam militantē. Eſt enim pulcritudo ma
gna in machina mūdana: ſʒ longe maior in ec
cleſia: pulcritudine ſanctoꝝ chariſmatū ador
nata. maxima aūt in hieruſalem ſupna: ſuper
maxima aūt ī illa trinitate ſūma τ beatiſſima
Ideo ipſa ſcriptura ſacra non tm̄ habet altiſ/
ſimam materiā per quā delectat τ per quaʒ
in altū leuat intelligentiam mentis. verūetiaʒ
ipſa eſt venuſtiſſima: τ miro quodāmodo in
tellectum noſtrū delectat. τ ſic magis ac ma/
gis delectando aſſuefacit ad diuinoꝝ ſpecta/
culorum contuitus τ anagogias.

¶ De profunditate ſacre ſcripture.

h Abet poſtremo ipſa ſacra ſcriptura
profunditatē: q̄ conſiſtit in multiplici
tate myſticaꝝ itelligētiaꝝ. Nā pter
litteralē ſenſuʒ hʒ in diuerſis locis exponi tri
pliciter. ſ. allegorice: moraliter τ anagogice.
Eſt aūt allegoria: qñ per vnū factū indicatur
aliud factū: ſm qđ credendū eſt. Tropologia
ſiue moralitas eſt: quando per id quod factū
eſt dat intelligi aliud qđ faciendū eſt. Anago
gia q̄ſi ſurſum ductio: eſt qñ dat intelligi il/
lud qđ deſiderandū eſt. ſ. eterna felicitas bea
toꝝ. ¶ Recte aūt hic triplex ſenſus dʒ eē in
ſacra ſcriptura pter intelligentiam litteraleʒ.
qꝛ ſic competit ipſiꝰ ſcripture ſubiecto: ipſius
auditori ſeu diſcipulo: ipſiꝰ origini. ipſiꝰ etiaʒ
fini. ¶ Subiecto inqʒ competit. qꝛ ipa eſt do
ctrina q̄ eſt de deo: de chriſto: de operibꝰ re/
paratōis. τ de credibili. Subiectū enim illius

quo ad ſubſtantiã deꝰ, quo ad veritatẽ chriſtus, quo ad operationẽ reparationis opꝰ, quo ad oĩa hec eſt ipſum credibile. Deus autẽ eſt trinus ⁊ vnꝰ. in eſſentia vnꝰ. in perſonis trinus. Ideo ſcriptura q̄ eſt de ipſo hꝫ in vnitate lr̃e triformitatẽ intelligentie. Chriſtus etiaꝫ cũ ſit vnũ verbũ oĩa per ipſum facta dicunt. ⁊ in ipſo relucent. ita ꝙ eiꝰ ſapĩa eſt multiformis ⁊ vna. Opera reparationis cũ ſint multa: oĩa ad chriſti oblationẽ p̄ncipaliter habẽt aſpectum. Credibile aũt vt credibile diuerſimode relucet: ſm̃ diuerſum ſtatũ credentiũ. Ideo propter conformitatẽ ad oĩa premiſſa ſacra ſcriptura in vna littera multiformẽ parit intelligentiam. ¶ Competit etiã hoc auditori. q: nullus conueniens eſt eius auditor: niſi humilis: mũdus: fidelis: ⁊ ſtudioſus. Ideo ſub cortice littere aperte occultat myſtica ⁊ profunda intelligentia: ad comprimendũ ſuperbiam: vt ipſius profunditate in humilitate littera latẽte: ⁊ ſuperbi comprimant: ⁊ immundi repellant. ⁊ fraudulenti declinent. ⁊ negligẽtes excitent ad intelligentiã myſteriorum. Et q: auditor doctrine iſtius non eſt vniꝰ generis ſed cuiuſlibet: oẽs enim ſaluandos oportet aliq̄ de doctrina hac ſcire: Ideo ipſa multiformẽ hꝫ intelligentiam: vt ſic omnẽ intellectum capiat: ⁊ omni intellectui condeſcendat. omnem intellectum ſuperexcedat. ⁊ omnem intellectũ ſibi diligenter intendentẽ: multitudine radioſitatꝫ ſue illuminet pariter ⁊ accẽdat. ¶ Competit etiã principio a quo eſt. q: eſt a deo: per chriſtũ ⁊ ſpiritũſanctũ loquentẽ per oĩa propheta⁊ ⁊ aliorum qui hanc doctrinã ſcripſerũt. Cũ aũt deus non tm̃ loquit per ṽba. verumetiam per facta. q: ipſiꝰ dicere facere eſt: ⁊ ipſiꝰ facere dicere: ⁊ oĩa creata tanq̄ꝫ dei effectꝰ ĩnuunt ſuam cãm. ideo in ſcriptura diuinitꝰ tradita non tm̃ debent ſignificare ṽba: verũetiam facta. Chriſtus etiã doctor: licet eſſet humilis in carne: altꝰ tm̃ erat in deitate. ideo decebat ipſum ⁊ eius doctrinam hr̃e humilitatẽ in ſermone, cũ profunditate ſententie. vt ſicut chriſtus fuit pãniculis inuolutus: ita ſapĩa dei in ſcriptura figuris q̄buſdam humilibꝰ inuolueret. Spũs etiam ſctũs diuerſimode illuſtrabat ⁊ reuelationes faciebat in cordibꝰ propheta⁊. ipſum etiã nullus latere poteſt intellectꝰ: qui miſſus erat omnẽ docere veritatẽ. ideo competebat eiꝰ doctrine vt in vno ſermone multiplices laterent intelligentie. ¶ Competit nihilominꝰ ipſi fini. q: ſcriptura data eſt vt per ipſam dirigat hõ in cognoſcendis ⁊ agendis. vt tandẽ perueniat ad optata. Et q: omnes creature ad hoc facte ſunt: vt ſeruiant homini tendenti ad ſupernam patriam: ideo ſcriptura aſſumit ipſaruꝫ creatura⁊ ſpecies diuerſas: vt ſic per ipſas doceat nos ſapientiam dirigentẽ nos ad eterna. Et q: homo non dirigit ad eterna: niſi cognitiua agnoſcat verũ credendũ. ⁊ operatiua faciat bonũ operandũ. ⁊ affectiua ſuſpiret ad deũ videndum ⁊ amandũ ⁊ perfruendũ hinc eſt ꝙ ſcriptura ſacra per ſpm̃ ſanctuꝫ data aſſumit librum creature. referendo in finẽ ſm̃ triplicem modũ intelligentie: vt ſic p tropologiam habeamus noticiã agendo⁊ moraliter. per allegoriã credendo⁊ veraciter. p anagogiam deſiderando⁊ delectabiliter. vt ſic purgati per virtuoſam operationẽ: illuminati per radioſam fidem: ⁊ perfecti per ardẽtiſſimam charitatem: perueniamus tandem ad brauium felicitatis eterne.

¶ De mõ procedendi ipſius ſacre ſcripture.

In tanta igit multiformitate ſapientie q̄ in ipſius ſacre ſcripture continet latitudine: longitudine: altitudine: ⁊ profundo vnꝰ eſt cõmunis modus procedendi auctenticꝰ: videlicet intra quẽ continet modus narratiuꝰ: preceptoriuꝰ: prohibitiuꝰ: exhortatiuꝰ: predictiuꝰ: cõminatoriuꝰ: promiſſiuꝰ: deprecatoriꝰ: ⁊ laudatiuꝰ. Et omnes hi modi ſub vno modo auctẽtico reponunt. ⁊ hoc q̄dẽ ſatis recte. Qr enĩ hec doctrina eſt: vt boni fiamus ⁊ ſaluemur. ⁊ hoc non fit per nudã conſiderationẽ: ſed potius per incli

nationem voluntatis. ideo ſcriptura diuina eo modo debuit tradi: quo modo magis poſſemus inclinari. Et q: magis mouet affectus ad exempla q̃3 ad argumenta. magis ad promiſſiones q̃3 ad rõcinatões: magis p deuotiones q̃3 per diffinitões. ideo ſcriptura iſta non debuit habere modũ diffinitiuũ: diuiſiuum & collectiuũ: ad probandũ paſſiones aliquas de ſubiecto ad modũ aliarũ ſciaꝝ. ſed oportuit q̃ haberet modos proprios ſm varias inclinatões aĩoꝝ diuerſimode aĩos inclinantes. vt ſi qs non mouet ad precepta & phibita. ſaltem moueat per exempla narrata. Si quis non per hec mouet: moueat per bñficia ſibi oſtẽſa. Si quis nec per hec mouet: moueat per monitiones ſagaces. per pmiſſiones veraces: per cõminatiões terribiles: vt ſic ſaltem excitet ad deuotionẽ & dei laudem. in qua percipiat gratiã: per quã dirigat circa opera virtuoſa. Quĩ igit hi modi narratiui non pñt fieri per viam certitudinis rationũ. q: particularia geſta probari non poſſunt. ideo ne ſcriptura iſta tanq̃3 dubia vacillaret: ac per hoc min⁹ moueret: loco certitudinis rõnis prouidit deus huic ſcripture certitudinẽ auctoritatꝭ: q̃ adeo magna eſt q̃ omnem perſpicuitatẽ humani ingenij ſupexcellit. Et q: non eſt certa auctoritas eius qui põt fallere & falli: nullus aũt ſit qui falli non poſſit & fallere neſciat niſi deus & ſpirituſſanct⁹. hinc eſt q̃ ad hoc q̃ ſcriptura ſacra modo ſibi debito eſſet pfecte auctentica: non per humanã inueſtigatonẽ eſt tradita: ſed per reuelationẽ diuinã. ideo nihil in ipſa contẽnendũ tanq̃3 inutile: nihil reſpuendũ tanq̃3 falſum: nihil repudiandũ tanq̃3 iniquũ: pro eo q̃ ſpirituſſanct⁹ eius auctor perfectiſſim⁹ nihil potuit dicere falſum. nihil ſupfluũ: nihil diminutum. & propterea celũ & terra tranſibunt: v̾ba ſcripture ſacre non preteribunt: qn impleantur. donec eni celum & terra tranſeat: iota vnũ aut vnus apex non preteribit a lege donec omnia fiant. ſaluatore teſtante. Qui ergo ſoluerit ea que ſcriptura docet. & docuerit ſic homines. hic minimus vocabit in regno celorum. qui autem fecerit & docuerit hic magnus vocabitur in regno celorum.

¶ De modo exponendi ſacram ſcripturaꝝ.

Quẽadmodũ aũt ſcriptura hec ſpecialem h3 modũ procedẽdi: ſic iuxta ſuũ procedendi modum ſpeciali ſuo modo debet intelligi & exponi. Cũ enim ipſa ſub vna lr̃a multiplicẽ tegat intelligẽtiã. expoſitor d3 abſcõdita pducẽ in lucem & illã eductã manifeſtare per aliã ſcripturã magis patentem. ſic ſi exponerẽ illud pſ̃. Apprehẽde arma & ſcutũ: & exurge in adiutoriũ mihi. & velim explicare q̃ ſint arma diuina: dicã q̃ eius veritas & bona volũtas. & q̃ ita ſit probat p ſcripturã apertã. Nam & ſcribit alibi. Scuto bone volũtatis tue coronaſti nos. Et iterum: Scuto circũdabit te veritas eius. Ad qd̃ nõ põt quis de facili ptingẽ. niſi p aſſuefactionẽ lectõis textũ & litterã biblie cõmendet memorie. alioquin in expoſitiõe ſcripturaꝝ nunq̃3 poterit eſſe potens. Vñ ſic qui dedignat prima addiſcẽ elementa ex quib⁹ dictio integratur: nunq̃3 põt cognoſcẽ nec dictionũ ſignificatum nec rectã legẽ conſtructionũ. ſic q litteram ſacre ſcripture ſpernit: ad ſpũales ei⁹ intelligentias nunq̃3 aſſurget. Attendat aũt expoſitor q̃ non vbiq3 requirenda eſt allegoria: nec oĩa ſunt myſtice exponenda. Propt̃ qd̃ notandũ eſt q̃ ſcriptura ſacra q̃tuor habet partes. Vna eſt in q̃ ſm litteram agit de mundanis naturis: & per illas ſignificat reparationem noſtrã. ſicut apparet in deſcriptione formationis mũdi. Alia eſt in qua agit de actibus & proceſſib⁹ illius populi iſraelitici: & p illos ſignificat reparationẽ generis humani. Tertia eſt in q̃ nudis v̾bis ſignificat & exprimit ea q̃ pertinẽt ad noſtram ſaluẽ q̃3tuz ad fidem vel mores. Quarta eſt in qua prenunciat noſtre ſalutꝭ myſteriũ partim v̾bis nudis partim enigmaticis & obſcuris. Et propterea ſcriptura in his locis varijs non eſt vniformi

ter exponenda. ¶ Debet aūt expoſitor dirigi in expoſitione ſacre ſcripture ſm̄ triplicem regulā: q̄ trahi pōt de verbis beati Auguſtini lib. de doctrina chriſtiana. Prima eſt hec. Ubicūq3 in hac ſcriptura prima verboꝝ ſignificatio ſignificat res creatōis: ſiue ſingula res actus humane conuerſatōis: ibidem res ſignificate per v̄ba primo ſignificant: deinde noſtre reparatōis myſteria. Ubi v̄o prima ſignificatio v̄boꝝ exprimit fidē ſiue charitatem. ibi nulla eſt allegoria q̄renda. Secunda regula eſt iſta. Ubi verba huius ſcripture ſignificant res creatōis aut conuerſatōis populi iſraelitici. ibi q̄rat ex alio ſcripture loco: quid q̄libet res ſignificet. ⁊ deinde ſignificationē ſuam eliciat per verba nude ſignificantia fidei veritatē. vel moꝝum etiā honeſtatē. vtpote ſi dicat. oues pariunt gemellos fetus oñdat ꝙ oues ſignificant ibi hoīes. ⁊ geminus fetus geminā charitatem. Tertia regula eſt iſta. Qñ aliqua ſcriptura h3 aliquē intellectū litteralem ⁊ ſpūalem: d3 diſcutē expoſitor: vtrū illa attributio conueniat hiſtorico: an ſpūali ſignificato. ſi forte vtriq3 nō poterit cōuenire. Si aūt vtriq3 competit: tūc litteraliter ⁊ ſpūaliter d3 affirmari. Si v̄o altero modo tm̄: tunc ſpūaliter ſolū d3 intelligi. ſicut ſabbatū legis eſſe ꝑpetuū. ſacerdotiū eternū: poſſeſſionem terre eternā. ⁊ pactum circūciſionis eē eternū. que oīa ad ſpūale ſignificatū referenda ſunt. ¶ Ad hoc aūt ꝙ per ſacraꝝ ſcripturarum ſiluā quis ſecure incidendo ⁊ exponēdo incedat: opus eſt vt pri⁹ nouerit ipſius ſacre ſcripture veritatē per v̄ba explicita. vic3 vt attendat quomodo ſcriptura deſcribat initium: progreſſum ⁊ conſūmationē duplicis corporis quaſi ex oppoſito ſe reſpicientium. bonoꝝ. ſ. qui hic ſe humiliāt vt exaltent ſempiternaliter ⁊ in futuro. ⁊ maloꝝ. ſ. qui hic ſe exaltant: ⁊ eternaliter deprimunt. Unde ipſa agit de toto vniuerſo. q̄ꝫtū ad ſummū ⁊ imū primum ⁊ vltimum. ⁊ quantū ad decurſū3 intermedium ſub forma cuiuſdam crucis intelligibilis: in qua deſcribi h3 ⁊ quodāmodo videri lumine mētis tota machina vniuerſi. ad quam quidē intelligendā oportet noſſe rerū principiū. ſ. deum ipſarum rerum creationē: lapſum: redemptionē per ſanguinē ieſu chriſti. reformationē per gratiā: curationē per ſacramenta: ⁊ tandē retributionē per penam ⁊ gloriam ſempiternā. ¶ Et q: hec doctrina tā in ſcriptis ſanctoꝝ q̄3 etiam doctoꝝ ſic diffuſe tradita eſt. vt ab accedentibus ad ſcripturam ſacrā audiendā nō poſſit per longa tpa videri nec audiri: propter qđ etia3 noui theologi frequēter ipſam ſcripturam ſacrā exhorrent tanq̄3 incertam ⁊ inordinatā: ⁊ tanq̄3 q̄ndam ſiluam opacā. Rogatus a ſocijs: vt de paupertaicula ſcientiole noſtre aliquid breue in ſumma dicerē de veritate theologie: eorumq3 precib⁹ deuict⁹ aſſenſi breuiloquium quoddā facere: in quo ſummatim non oīa: ſ3 aliqua magis opportuna ad tenendū: breuiter tangerent. addens ſimul cū hoc rationē aliquā ad intelligēndū ſm̄ ꝙ occurrebat ꝓ tpe. Quia v̄o theologia ſermo eſt de deo ⁊ de primo principio: vtpote q: ipſa tanq̄3 ſcientia ⁊ doctrina altiſſima: oīa reſoluit in deū tanq̄3 in principiū primū ⁊ ſummū. ideo in aſſignatione rōnū. in oībus q̄ in hoc toto opuſculo vel tractatulo continent. conatus ſū3 rationē ſumere a primo principio: vt ſic oñderē veritatem ſacre ſcripture eſſe a deo: ⁊ de deo: ⁊ ſm̄ deum: ⁊ propter deum. vt merito iſta ſciētia appareat vna eſſe ⁊ ordinata. ⁊ theologia non immerito nuncupata. Si quid igit imperfectum vel obſcurum: vel ſuperfluū vel minus rectum ibi fuerit: venia occupatiōi: ⁊ breuitati tpis: ⁊ paupercule ſcientie concedatur. Si quid vero rectu3: ſoli deo honor: ⁊ gloria referatur. Ut autem ſequentia clarius eluceſcant: titulos particulares capitulorum premittere curaui. ad faciliorem memoriam ⁊ lucidiorem contuitum dicendorum: que ſeptem partitionibus: ⁊ ſeptuagintaduobus capitulis diſtinguuntur.

p Rima pars de trinitate dei habet capitula.ix.⁊ ſunt hec.
i De illis ſeptem de quibus eſt theologia in ſumma.
ij Quid tenendū eſt de trinitate pſonarum ⁊ vnitate eſſentie.
iij De iſtius fidei intelligentia ſana.
iiij De iſtius fidei expreſſione catholica.
v De vnitate diuine nature in multiformitate apparitionum.
vi De vnitate diuine nature in multiplicitate appropriatorum.
vij De omnipotentia dei.
viij De dei pdeſtinatōe ſapia ⁊ preſcia.
ix De volūtate dei ⁊ prouidentia.
s Ecunda pars de creatura mūdi.hꝫ capitula.xij.
i De productione mundi totalis
ij De natura corpali quantū ad fieri.
iij De natura corpali quantū ad eſſe.
iiij De natura corporali quantū ad operari ⁊ influere.
v De modo deſcribendi predicta in ſacra ſcriptura.
vi De pductōe ſupnorum ſpirituū.
vij De apoſtaſia demonū.
viij De ↄfirmatōne bonoꝝ angelorum.
ix De pductōe hoīs quantū ad ſpiritū.
x De pductōe hoīs q̄ntum ad corpus.
xi De pductōe eius q̄ntū ad totū ↄiūctū
xij De complectione ⁊ ordinatiōe totius mundi conſummati.
t Ertia pars ꝺ corruptela peccati habens capitula.xi.
i De origine mali in cōmuni.
ij De primoꝝ parentū tentatione.
iij De eoꝝ transgreſſione.
iiij De eorūdem punitione.
v De originalis peccati corruptione.
vi De originalis peccati trāſfuſione.
vij De originalis peccati curatōne.
viij De origine peccatoꝝ actualiū.
ix De origine ⁊ diſtinctōe capitaliū.
x De origine ⁊ qualitate penalium.
xi De origine peccatorum finalium que ſunt peccata in ſpiritūſanctū.
q Uarta pars de incarnatione vbi. in qua ſunt decem capitula.
i De ratione qua decuit verbū dei incarnari.
ij De incarnatione quantum ad vnionem naturarum.
iij De incarnatione quantū ad modū.
iiij De incarnatione quantum ad plenitudinem temporum.
v De plenitudine gratie chriſti quantū ad chariſmata in affectu.
vi De plenitudine ſapientie chriſti in intellectu.
vij De pfectione meriti xp̄i in effectu.
viij De paſſione chriſti quantum ad ſtatū patientis.
ix De paſſione chriſti quantū ad modū patiendi.
x De paſſione chriſti quantum ad exitū paſſionis.
q Uinta pars de gratia ſpūſſancti habet.x.capitula.
i De gratia inquantum eſt donū diuinitus datum.
ij De gratia inquantum educit liberū arbitrium extra peccatū.
iij De gratia inquantum iuuat ad bonū meritorium.
iiij De ramificatiōe gratie in habitus virtutum.
v De ramificatione ipſius in habitus donorum.
vi De ramificatōe ipſius in habit⁹ beatitudinū:⁊ p ↄſeq̄ns fructuū⁊ ſenſuū
vij De exercitio grē reſpectu credēdoꝝ.
viij De exercitio grē reſpectu diligēdoꝝ.
ix De exercitio grē reſpectu agendorū preceptoꝝ ⁊ conſilioꝝ.
x De exercitio gratie reſpectu petendorum ⁊ orandoꝝ.

Sexta pars de medicina ſacramentali: cuius capitula ſunt. xiij.
s

i De ſacramentorum origine
ij De ſacramentorum variatione
iij De ſacramentorum numero & diſtinctione.
iiij De ſacramentorum inſtitutione.
v De ſacramentorum diſpenſatione.
vi De ſacramentorum iteratione.
vij De integritate baptiſmi
viij De integritate confirmationis.
ix De integritate eucharistie
x De integritate penitentie
xi De integritate vnctionis extreme
xij De integritate ordinis
xiij De integritate matrimonij

Septima pars de ſtatu finalis iudicij habens capitula ſeptem
s

i De iudicio in cõmuni
ij De antecedentibus ad iudicium: cuiuſmodi eſt pena purgatorij.
iij De antecedentibus ad iudiciuʒ cuiuſmodi ſunt ſuffragia eccleſiaſtica.
iiij De concomitantibus iudicium, ſicut eſt conflagratio ignium.
v De concomitantibus iudicium: ſicut eſt reſurrectio corporum.
vi De conſequentibus ad iudicium. ſ. de igne infernali
vij De conſequentibus ad iudicium. ſ. de gloria paradiſi.

¶ Incipit pars prima de trinitate dei.

Capitulum primum de illis ſepteʒ de quibus eſt theologia in ſumma.

i In principio intelligenduʒ eſt q̃ ſacra doctrina. ſ. theologia q̃ principaliter agit de primo principio. ſ. d deo trino & vno: de ſeptem agit in vniuerſo. ſ. de trinitate dei, de creatura mundi. de corruptela peccati. de incarnatiõe verbi. de gratia ſpiritusſancti. de medicina ſacramẽtali. de ſtatu finalis iudicij. ¶ Ratio aũt ad intelligentiam huius veritatis hec eſt. Quia cũ ſacra ſcriptura ſiue theologia ſit ſcientia dans ſufficientem noticiam de primo principio ſecundum ſtatum vie: ſm qd neceſſariũ eſt ad ſalutẽ: & deus non tm̃ ſit reruʒ principiũ & exemplar effectiuũ in creatione. ſed etiam refectiuũ in redemptiõe. & pfectiuũ in retributione. ideo nõ tm̃ agit de deo creatore: ſed etiam de creatore & creatura. Et qꝛ creatura rõnalis que eſt quodãmodo finis oiuʒ. non ſtetit: ſʒ ſuo caſu indiguit repari. iõ agit de corruptela peccati: medico: ſanitate: & medicina. & tandẽ de curatione pfecta: q̃ erit in glia: impijs proiectis in penã. Ideo qꝫ ipſa ſola eſt ſcientia pfecta. qm̃ incipit a primo qd eſt primũ principiũ. & peruenit ad vltimũ qd eſt pmiũ eternũ. Incipit a ſummo qd eſt deꝰ altiſſimus creator omniũ. & peruenit ad infimum qd eſt infernale ſuppliciũ. Ipſa etiã ſola eſt ſapientia pfecta. que incipit a cauſa ſumma vt eſt principiũ cauſatoꝝ. vbi terminatur cognitio philoſophica. & tranſit per eã vt eſt remediũ peccatoꝝ. & reducit in eaʒ. vt eſt premium meritoꝝ & finis deſiderioꝝ. Et in hac cognitione eſt ſapor perfectꝰ: vita & ſalus aiarum. Et ideo ad eam adiſcendã inflãmari dʒ deſideriũ omniũ chriſtianoꝝ. Ex his patet q̃ licet theologia ſit de tot & taʒ varijs. eſt tamẽ ſcia vna. cuiꝰ ſubiectũ vt a quo oia: eſt deus. vt per qd oia: chriſtus. vt ad qd oia: opus reparationis. vt circa qd oia: vnicum charita-

tis vinculum. quo celeſtia et terreſtria conne-ctunt̄. vt de quo omnia in libris canõicis cõ-prehẽſa. credibile vt credibile. vt de quo om-nia in libris expoſitorum. credibile vt intelli-gibile Sc̃dm Augu. in li. de vtilitate creden-di. Quod credimus debemus auctoritati. qđ intelligimus rationi.

## Capitulum ij.

¶ Quid tenendum de trinitate perſonarum et vnitate eſſentie.

P rimo igit̄ de trinitate dei ſunt tria cõſiderãda. ſ. qualiter vnitas ſubſtan-tie et nature ſimul ſtet cũ pluralitate pſonarum. ſc̃do qualiter cũ pluralitate appariti-onum. tertio qualiter cũ pluralitate appropriatorum.

¶ De pluralitate ergo pſonarum in vnitate na-ture h̄ dicta fides eẽ tenendũ. ſ. q in vnitate nature ſunt tres perſone. ſ. pater et filius et ſpi-ritusſctũs. Quarum prima a nulla ẽ. ſc̃da ẽ a ſo-la prima p generationem. tertia vero eſt a pri-ma et ſc̃da p ſpirationẽ ſiue pceſſionẽ. ita q trinitas pſonarum non excludit ab eẽntia diuina ſummã vnitatẽ: ſimplicitatẽ: imẽſitatẽ: eterni-tatẽ: incõmutabilitatẽ: neceſſitatẽ et etiã primi-tatẽ. qnpotius includit ſummã fecunditatẽ: cha-ritatem. liberalitatem: equalitatẽ: germanitatẽ conformitatem: et inſeparabilitatem. que om-nia ſana fides intelligit eſſe in btã trinitate.

¶ Ratio aũt huius veritatis hec eſt. Quia ſi-des cũ ſit principiũ cultus dei: et fundamentum eius q̃ ſm pietatẽ eſt doctrine. dictat de deo eſſe ſentiendũ altiſſime et pijſſime. Non aũt ſentiret altiſſime ſi non crederet q deus poſſ; ſe ſũme cõmunicare. Non ſentiret pijſſime: ſi crederet q poſſet et nollet. Et ideo vt altiſſi-me et pijſſime ſentiat dicit deũ ſe ſumme cõ-municare. eternaliter habẽdo dilectum et cõ-dilectũ. ac p hoc deũ vnũ et trinũ. Huic autem fidei inquantũ dictat de deo pijſſime ſentien-dum eſſe: atteſtat̄ tota ſacra ſcriptura: que di-citur doctrina ſm pietatem. q: deum fatetur habere prolem. quam ſumme diligit. verbum ſibi coequale quod ab eterno genuit. in quo cuncta diſpoſuit. per quod cuncta produxit et gubernat. per quod etiam carnem actum p ſumma benignitate hominẽ redemit i precio-ſiſſimo eius ſanguine: redemptũq; cibauit. p quod etiam in fine mundi ſummã miſerico-diam impartiẽdo ab omni miſeria liberabit. vt per chriſtum omnes electi ſint filij ſummi patris. in quo erit omnis pietatis conſumma-tio. et dei ad nos: et econuerſo. Inquantum au-tem fides dictat de deo ſentiendum altiſſime non tantum atteſtatur ei ſacra ſcriptura: ve-rumetiam omnis creatura. iuxta quod dicit Auguſtinus. xv. de trinitate. c. iiij. Neq; enim diuinorum librorum tantũmodo auctoritas predicat eſſe deum: ſed omnis que nos circũ-ſtat creatura. ad quam nos etiam pertinemus vniuerſa ipſa rerum natura proclamat habe-re ſe preſtantiſſimum conditorem. qui nobis mentem rationemq; dedit. qua viuentia non viuentibus: ſenſu predita non ſentientibus. intelligentia non intelligentibus: immortalia mortalibus: potentia impotentibus: iuſta in-iuſtis. ſpecioſa deformibus: bona malis: incor-ruptibilia corruptibilibus. immutabilia mu-tabilibus: inuiſibilia viſibilibus: incorporalia corporalibus: beata miſeris: preferenda iudi-camus. ac per hoc quoniam rebus creatis cre-atorem ſine dubitatione preponimus: opor-tet vt eum et ſumme viuere: et cuncta ſentire atq; intelligere: et mori et corrumpi. mutariq; non poſſe: nec corpus eſſe ſed ſpiritum: om-nipotentiſſimum: iuſtiſſimum: ſpecioſiſſimũ: optimum: beatiſſimumq; fateamur. Ecce in his duodecim includuntur altiſſime nobilita-tes eſſentie diuine. Sed poſt vt ipſe oſtendit hec duodecim reducuntur ad tria. ſ. ad eter-nitatem: ſapientiam et beatitudinem. et hec tria ad vnum. ſ. ad ſapientiam. in qua inclu-duntur mens generans: verbum naſcens: et amor: vtrumq; nectens: in quibus fides di-ctat beatiſſimam conſiſtere trinitatem. Et quoniam ſumma ſapientia ponit trinitatem. ponit etiam nihilominus omnes primo habi-

tas nobiliſſimas cōditiones. videlicet vnitatē ſimplicitatem: ⁊ ceteras ſequētes: neceſſe eſt omnes ꝑdictas nobilitates diuini eſſe: ſimul ſtare cū beatiſſima trinitate.

Capitulū iij.

¶ De iſtius fidei intelligentia ſana.

a Iſtius aūt fidei intelligentiā ſanā docet doctrina ſacra ꝙ in diuinis ſunt due emanationes: tres hypoſtaſes. quattuor relationes: quinqꝫ notōes: ⁊ ex his tm̄ tres ꝓprietates pſonales. Rō autem ad ꝑdictoꝝ intelligentiā hec eſt. quia cū primū ⁊ ſummū ꝑncipiū hoc ipō ꝙ pmū ſit ſimpliciſſimū. hoc ipō ꝙ ſummū ſit pfectiſſimū. ideo pfectiſſime ſe cōmunicat. q2 perfectiſſimū: ⁊ indiuiſionē oīmodam ſeruat hoc ipſo ꝙ ſimpliciſſimum. ⁊ ideo ſalua vnitate nature ſunt ibi emanādi perfecti. Modi autem emanandi perfecti ſunt duo tantum. ſcꝫ per modū nature ⁊ per modū voluntatis. Primus eſt generatio. ſcōus ſpiratio ſiue ꝓceſſio. ⁊ ideo hi ſunt ibi. Et q2 duabus emanationibus ſubſtātificis neceſſe eſt emanare duas hypoſtaſes neceſſe eſt etiam ponere hypoſtaſim primo ꝓducentē ab alio non emanare: ne ſit in infinitū abire. ⁊ iō ſunt ibi tres hypoſtaſes. Et q2 cuilibet emanatiōi reſpondet duplex habitudo relatiua. ideo ſunt ibi quattuor relatōes. ſ. paternitas. filiatio: ſpiratio: ⁊ ꝓceſſio. Et q2 p has habitudines innoteſcunt nobis diuine hypoſtaſes. ⁊ preter hoc etiā hypoſtaſis illa in qua eſt prima rō principiandi innoteſcit nobis: q2 nō ꝓducit. nā hoc eſt nobilitatis in ipſa. iōqꝫ ſunt qnqꝫ notōes. ſ. quattuor relationes predicte cū innaſcibilitate. Et q2 quelibet perſonaꝝ vnam habet ꝓprietatē. p quā principaliter innoteſcit. iō tm̄ tres ſunt ꝓprietates perſonales q̄ his noībus exprimunt ꝓprie ⁊ principaliter. ſ. pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſctūs. Cū enim ꝓpriū ſit patris eſſe innaſcibilē ſiue ingenitū: eē principiū nō de principio: ⁊ eſſe prem. innaſcibilitas notificat ipm per modū negatōis. licet ex ↄſequēti p modū poſitiōis. q2 innaſcibilitas in patre ponit fontalē plenitudinē. principium nō de principio. per modū poſitōnis cū negatione: eſſe patrē per modū poſitiōnis ⁊ habitudinis: ꝓprie cōplete ⁊ determinate. Silr cū filius ſit imago. vbū ⁊ filius: imago noīat illā pſonā vt ſimilitudinem expreſſam. verbū vt ſimilitudinē expreſſiuam. filius vt ſimilitudinē hypoſtaticā. Rurſus imago vt ſimilitudinē conformē. verbū vt ſimilitudinē intellectualem. filius vt ſimilitudinem connaturalem. Per hunc modū cum proprium ſit ſpūſſancti eſſe donū: eſſe nexum ſeu charitatem amborū: eſſe etiā ſpm̄ſanctū. donum nominat ipſum vt datū voluntariū. charitas ſiue nexus vt datum volūtarium ⁊ precipuū. ſpūſſanctus vt datum voluntarium precipuum ⁊ hypoſtaticum. Hinc eſt ꝙ per hec tria nomina que ſunt: pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctꝰ: trium perſonaꝝ ꝓprietates perſonales inſinuantur. Hec igitur tenenda ſunt ad fidei trinitatis intelligentiam ſanam.

Capitulū iiij.

¶ De iſtius fidei expreſſione catholica.

a Iſtius etiā fidei expreſſionem catholicam tenendū eſt ſm̄ ſacrorum doctorum documenta: ꝙ in diuinis ſunt duo modi predicandi. ſcꝫ per modū ſubſtantie ⁊ relationis. tres modi ſupponendi. ſcꝫ eſſentie: pſone: notionis. quattuor modi ſignificandi ſubſtantiā. ſcilicet nomine eſſentie ſubſtantie: perſone ⁊ hypoſtaſis. quinqꝫ modi dicendi. ſ. quis: qui: que: qḋ ⁊ quid: ⁊ tres modi differēdi. ſ. ſm̄ differentē modū exiſtēdi. ſm̄ differentē modū ſe habēdi. ⁊ ſcꝫ differentem modū intelligendi. Rō aūt ad intelligentiā predictoꝝ hec eſt. quia cum primū principiū ſit perfectiſſimū: ſimul ⁊ ſimpliciſſimum: omnia que perfectionis ſunt de ipſo dicuntur proprie ⁊ vere. que autem imꝑfectionis ſunt aut non dicuntur. aut ſi dicuntur: ſm̄ aſſumptionē humane nature dicunt: vel tranſſumptiue. Cum igit decem ſint ꝑdica-

menta. ſcilicet ſubſtantia: quantitas: relatio: qualitas: actio: paſſio: vbi: quādo: ſitus ⁊ habere. quinqȝ vltima ſpectant proprie ad corporalia ſeu mutabilia. ideo non attribuuntur deo niſi tranſſumptiuo modo ⁊ figuratiuo. Alia vero quinqȝ precedentia deo attribuūtur. ſm id completionem dicunt. ita tamē ꝙ diuinam ſimplicitatē nō impediant. Omnia ergo hec predicta predicamenta ſunt idipſm quod eſt illud de quo predicantur. ⁊ ita per comparationē ad ſubiectum in quo ſunt omnia dicuntur tranſire in ſubſtantiam. relatōe tamen excepta. que cum duplicem habeat cōparationem. ſcilicet ad ſubiectum in quo: et ad terminum ad quem. primo modo tranſit ne faciat compoſitōem. ſed ſcōo modo manet vt faciat diſtinctionem. Et hinc eſt ꝙ ſubſtantia continet vnitatem: ⁊ relatio multiplicat trinitatem. ⁊ ideo manēt ibi hi tantū duo modi predicandi differentes. de quibus talis datur regula. Que dicuntur ſm ſubſtantiam de omnibus dicuntur ⁊ ſingulatim: ⁊ ſimul ⁊ ſingulariter. Que vero ſm relatōeȝ: aut non de omnibus dicuntur. aut ſi de pluribus pluraliter. vt relati. diſtincti: ſimiles: cq̄les: propter relatōem intrinſecam. Nomen autem trinitatis cōprehendit vtrūqȝ. Et quū plures poſſunt eſſe relationes in vna perſona. ſicut ſunt plures perſone in vna natura. ideo diſtinctio in notōe non infert diuerſificationem perſone: nec diſtinctio perſone pluríficatōem nature: ⁊ propterea non quicqd conuenit eſſentie conuenit notioni vel perſone: nec econuerſo. ⁊ hinc eſt ꝙ ſunt ibi tres modi ſupponendi. de quibus talis conſueuit dari regula. Suppoſita eſſentia non ſupponitur notio nec perſona. ⁊ ſuppoſita notione non ſupponitur eſſentia nec perſona. ⁊ ſuppoſita perſona non ſupponitur eſſentia nec notio. ſicut patet per exempla. Et quoniā vera diſtinctio eſt in ſuppoſitis ſubſtantie manente eſſentia vna. ideo neceſſe eſt ibi multipliciter ſignificari ſubſtantiā. ſ. vt cōmunicabilem ⁊ incōmunicabilem. Ut cōmunicabilem per modū abſtractionis per nomen eſſentie: ⁊ per modū concretionis per nomen ſubſtātie. Ut incōmunicabilē vero vel vt diſtinguibilem per nomen hypoſtaſis: vel vt diſtinctam per nomen perſone. Uel aliter ſcȝ. vel vt diſtinctam q̄litercunqȝ. ⁊ ſic hypoſtaſis. vel notabiliter ⁊ pfecte: ⁊ ſic perſona. Exempla horum quatuor ſunt in creatura. humanitas: homo: aliquis homo: petrus. Primū eſſentiā. ſcōm ſubſtantiam. tertium hypoſtaſim. quartū perſonā dicu. Et q: in perſona q̄ diſtinguitur nō ſolum eſt conſiderare eū qui diſtinguitur: ſed illud quo diſtinguitur. ⁊ hoc eſt proprietas ſiue notio. ideo neceſſe eſt ꝙ ī diuinis ſint quinqȝ modi dicēdi parit ⁊ querēdi. ſ. quis rōne perſone. qui rōne hypoſtaſis. q: dicit ſuppoſitū ſubſtantie indiſtincte. q̄ ratione notionis. quod ratione ſubſtātie. qd ſiue quo ratiōe eſſentie. Et quoniam omnes hi modi in vnitate eſſentie radicanṫ. q: quicquid eſt in deo eſt ipſe deus vnus ⁊ ſolus. ideo nō ponunt ibi differētiam nec ſm eſſentiam: nec ſm eſſe. ⁊ propterea ſunt ibi tantuȝ tres modi differendi. ſ. ſm modos eſſendi ſiue emanandi. ſicut differt perſona a pſona. ſm modos ſe habendi. ſicut differt perſona ⁊ eſſentia. quia vna perſona ad alteram refertur. ⁊ ideo diſtinguitur. eſſentia vero non refertur ad alteram: ⁊ ideo non diſtinguitur. ſm modos etiā intelligendi. ſicut differt vna proprietas ſubſtātialis ab altera: vt bonitas ⁊ ſapientia. Prima differentia eſt perfectiſſima ⁊ ſumma que poſſit reperiri in diuinis. Eſt enim in ſuppoſitis. ita ꝙ vnum non dicitur de altero. Scōa differētia eſt minor: quia eſt in attributis. licet enim vnum poſſit dici de altero. vt pſona de eſſentiā. aliquid tñ dicitur de vno qd non de altero. vt perſona diſtinguitur ⁊ refertur: eſſentia vero nō. Tertia vero differentia minima eſt. quia eſt in cōnotatis. licet enim vnū de altero dicaṫ ad inuicem. ⁊ idem poſſit dici de vtriſqȝ. nō tamē

dem cōnotatur vtrobiq;. nec ꝑ idem intelli gi datur vtrūq;. Ex primo modo differēdi colligitur pluralitas ꝑſonarū. ex ſcḋo modo plu ralitas ꝑdicationū ſubſtātialiū ⁊ relatiuaꝝ. ex tertio pluralitas ꝓprietatū eſſentialiū et notionū. ſiue ab eterno ſiue ex tpe. ſiue pro prie ſiue trāſumptiue. ſiue cōiter ſiue appro priate. Dictoꝝ exempla manifeſta ſūt. His intellectus claret ſatis. ⁊ quid ſentiendum. ⁊ qualiter loquendum ſit de ſumma trinitate. diuinarū perſonarum.

## Capitulū v

❡ De vnitate diuine nature in multiformi tate apparitionum.

Secundo aūt de pluralitate appitio num docet diuina doctrina hoc eē tenendum. Cū deus ſit incircūſcri ptibilis: inuiſibilis ⁊ incōmutabil̄. nihilomi nus tñ habitat in ſanctis viris ſpecialiter ap paruit pr̄iarchis ⁊ ꝓphetis. deſcendit de ce lis miſit etiā filium ⁊ ſpiritūſanctū ad ſalutē humani generis. Et licet in deo ſint indiui ſa natura: virtus: ⁊ operatio trinitatis: miſ ſio tñ vel apparitio vnius perſone non eſt miſſio vel apparitio alterius. Licet etiā ſit ibi ſumma equalitas. ſolius tamē eſt patris mittere ⁊ non mitti. ſpūſſancti eſt tantū mo do mitti: reſpectu diuinarum perſonaꝝ. niſi forte dicatur mittere hominem aſſumptū. filij autem eſt mittere ⁊ mitti. ſicut ex ſcriptu ris poteſt colligi. ❡ Intelligentia autē ⁊ ra tio predictoꝝ hec eſt. Quia licet primū prin cipium ſit imenſum ⁊ incircūſcriptibile. ſit i corporeum ⁊ inuiſibile. ſit eternum ⁊ incom mutabile: principiū tamen eſt reꝝ ſpūalium ⁊ corporaliū: naturaliū ⁊ gratuitarū. ac per hoc reꝝ etiā mutabiliū: ſenſibiliū ⁊ circun ſcriptaꝝ. ꝑ quas licet ipſe ſit immutabilis: iſen ſibilis: incircūſcriptibilis. ſeipm̄ reddit ma nifeſtū ⁊ notū. Reddit aūt ſe manifeſtum ⁊ notum generaliter: per vniuerſitatē ſuoꝝ effectuū ab ipſo emanantiū. in quibus dicit eſſe per eſſentiam: potentiam ⁊ preſentiam. qd ſe extēdit ad omnia creata. Reddit etiā ſe ſpecialiter notum per aliquos effectus q in ipſum ſpecialiter ducunt: rōne quoꝝ dicit habitare. apparere: deſcendere: mitti ⁊ mit tere. Habitare nāq; dicit effectū ſpūalē cū acceptatione: ſicut eſt effectus gratie gratū facientis. que eſt deiformis ⁊ in deū reducit ⁊ deum facit nos habere: ⁊ haberi a nobis. ac per hoc ⁊ inhabitare in nobis. Et q: gra tie effectus cōmunis eſt oibus perſonis. iō vna perſona nō habitat ſine alia. imo ſimul tota trinitas. Apparere vero dicit effectum ſenſibilem: cū expreſſa ſignificatiōe: ſicut ſpi ritusſanctus apparuit i colūba. Et qm̄ ſicut perſone diuine diſtincte ſunt: ſic diſtincte ſi gnificari poſſunt: ⁊ ſignis ⁊ noib⁹. iō queli bet perſona pōt per ſe apparere. ⁊ appari tio pōt oibus competere: ſiue inſimul: ſiue cuilibet perſone per ſe. Unde ꝙ ſpūſſanct⁹ dicitur in linguis igneis ⁊ colūba apparuiſ ſe: hoc non eſt ꝓpter nouū vinculū vel effe ctum ſpecialem. ſed ꝓpter vnionem que eſt inter ſignū ⁊ ſignatū ſibi ſpecialiter ⁊ modo ⁊ origine deputatū. Deſcēdere aūt dicit vtrū libet effectuū predictoꝝ cū inchoatiōe. deus enim beatiſſimis angelis ſemp eſt preſens i celis. q: in eis ſemꝑ habitat ⁊ apparet. Pec catoribus aūt i terris eſt modo vt abſens. ⁊ quantū ad gratiā: ⁊ quantū ad noticiā. ideo cum incipit apparere vel inhabitare: de pre ſētus celis: ⁊ quaſi abſente nobis. ſit preſens terris. ⁊ ideo licet in ſe non mutetur. tamen dicitur deſcendere nobis. Mitti vero dicit effectus predictos cum eterna productione. Tunc enim pater mittit filiū: cum faciendo eum nobis preſentē per noticiam vel gratiā inſinuat ꝙ ab ipſo ꝓcedit. Et q: pater a nul lo ꝓcedit: ideo nuſq; dicitur mitti. Quia ve ro filius ⁊ ꝓducit ⁊ ꝓducitur. ideo mittit ⁊ mittitur. Quia vero ſpūſſanctus eternalit̄ producitur ſed non producit niſi ex tempo re. ideo ipſius eſt ꝓprie mitti ⁊ non mittere niſi reſpectu creature. Ex quo apparet ꝙ

he ſunt improprie ⁊ exponende: ſpūſſanctus mittit ſc. ſpūſſanctus mittit filiū: filius mittit ſeipſum: mitti intelligat̄ inquantū eſt de virgine natus. Patet etiā quare mittere ⁊ mitti nō competit oībus. q: licet dicat effectū in creatura: dicit tamē relatonē intrinſecam. ita q mittere dicit auctoritatē: mitti ſubauctoritatē rōne ꝓductionis eterne intrinſecus ipoꝛtate.

Capitulū vi.

¶ De vnitate diuine nature in multiplicitate appꝛopriatoꝝ.

Tertio vero de pluralitate appꝛopriatoꝝ hoc docet ſacra ſcr. plura eſſe tenendum. q licet oīa eſſentialia oībus pſonis equaliter ⁊ indifferenter cōueniant. tñ patri dicit̄ appꝛopꝛiari vnitas: filio veritas. ſpūſſancto bonitas. Et iuxta hāc ſumit̄ ſecunda appꝛopꝛiatio hilarij. ſ. eternitas in patre. ſpēs in imagine: ⁊ vſus in munere. Et iuxta hanc ſumitur tertia. ſ. in patre ratio pꝛincipiandi: in filio ratio exemplandi. in ſpūſancto ratio finiendi. Et iuxta hanc ſumitur. quarta. ſ. omnipotētia patri: omniſciētia filio. voluntas ſeu beniuolentia ſpūſancto. Hec autem dicuntur appꝛopꝛiari: nō q: fiant pꝛopꝛia. cum ſemper ſint communia: ſed quia ducunt ad intelligentiam ⁊ noticiā pꝛopꝛiorum. ſc. trium perſonaꝝ. ¶ Intelligentia autē ⁊ ratio pꝛedictoꝝ hec eſt. Quia. n. pꝛimū pꝛincipium eſt nobiliſſimū ⁊ perfectiſſimū. ideo conditiones entis nobiliſſime ⁊ generaliſſime in eo reperiūtur in ſummo. Hec autem ſunt vnū verum bonum: que nō contrahunt ens ſm ſuppoſita: ſed ſm rationem. Nam vnum nominat ens vt cōmune rale. ⁊ hoc habet per indiuiſionem ſui in ſe. verum ſm q cognoſcibile: ⁊ hoc habet per indiuiſionem ſui a pꝛopꝛia ſpecie. bonū ſm q cōmunicabile: ⁊ hoc habet per indiuiſionē ſui a pꝛopꝛia operatione. Et quia hec triplex indiuiſio ſe habet ſm ordinem quantū ad rationem intelligendi. ita q verum pꝛeſupponit vnum: ⁊ bonum pꝛeſupponit verū ⁊ vnum. hinc eſt q hec attribuuntur pꝛimo pꝛincipio in ſummo. q: perfecta ⁊ generalia ⁊ appꝛopꝛiantur tribus perſonis: quia ordinata. ⁊ ideo ſumme vnum patri qui eſt origo perſonaꝝ. ſumme verum filio qui eſt a patre vt verbum. ſumme bonū ſpūſancto qui eſt ab vtroqꝫ vt amoꝛ ⁊ donū. Et quia ſumme vnū: eſt ſumme pꝛimū. quia caret oī inceptione. ⁊ ſumme verum eſt ſūme equale ⁊ pulchrum. ⁊ ſumme bonum eſt ſumme vtile ⁊ pꝛoficuū. hinc oritur ſcōa appꝛopꝛiatio hilarij. que eſt eternitas in patre: quia nō habet pꝛincipium. ſed eſt oīno pꝛimum. ſpecies in imagine. i. in verbo: qꝛ ſumme pulchrum. vſus in munere. i. in ſpūſancto: quia ſumme pꝛoficuū ⁊ cōmunicatiuū. Qō per alia verba ſic inſinuat auguſtinus. In patre vnitas. in filio equalitas. in ſpūſancto vnitatis equalitatiſqꝫ concoꝛdia. Rurſus q: ſumme vnum ⁊ pꝛimū tenet rōnem pꝛincipiandi ⁊ originandi. q: ſumme pulchrum ⁊ ſpecioſum tenet rōnem expꝛimēdi ⁊ exemplandi. quia ſumme pꝛoficuū ⁊ bonum tenet rationem finiendi. q: bonum ⁊ finis idē. hinc oritur tertia ratio appꝛopꝛiandi efficientiam patri exemplaritatem filio finalitatem ſpūſancto. Rurſus quia a pꝛimo ⁊ ſummo pꝛincipio fluit omne poſſe. a pꝛimo ⁊ ſūmo exēplari fluit omne ſcire. ⁊ ad ſummū finē tendit oē velle. ideo neceſſe eſt pꝛimū eē omnipotentiſſimū: omniſapientiſſimū: ⁊ beniuolentiſſimū. Unitas autem pꝛima ⁊ ſumma rediens ſupꝛa ſeipſam reditione completa ⁊ perfecta eſt omnipotentiſſima. ſic ⁊ veritas ſapientiſſima: ⁊ bonitas beniuolentiſſima. ⁊ hec appꝛopꝛiantur: quia ordinem inſinuat. Uoluntas enim dat ꝑintelligere cognitionem: ⁊ voluntas ⁊ cognitio pꝛeſupponunt potentiam ⁊ virtutem. q: poſſe ſcire eſt aliquid poſſe. Ex his apparet que ſint appꝛopꝛiata: ⁊ quibus: ⁊ qua de cauſa. Hec tamē vltima. ſc. potentia ⁊ ſapientia ⁊ voluntas ſunt potiſſime illa. ex quibus in ſcripturis

laudat trinitas ſumma. et ideo de his aliqd dicendum eſt breuiter et ſummatim.

Capitulū vij.

De omnipotentia dei.

[S]itur de omnipotentia dei ſcḋm doctrinam ſacram hec tenenda ſunt. videlicet ꝙ deus eſt omnipotens. ita tñ ꝙ ei non attribuunt actus culpabiles. vtpote mentiri et male velle. nec actus penales: vt metuere et dolere. nec actus corporales ſiue materiales: vt dormire et ambulare: niſi forte tranſſumptiue. nec actus inconuenientes. vtpote facere maiorē ſe: vel aliū deū ſibi equalem. vel infinitum actu: et cōſimilia. qr vt dicit Anſ. qḋlibet inconueniens etiam minimū apud deū eſt impoſſibile. Licet autem hoc non poſſit: eſt tamen oīpotēs vere et ꝓprie et pfecte. Intelligentia autē et ratio pdictoꝝ hec eſt. qr primū principiū eſt potens potentia. que eſt potentia ſimpliciter: et ideo diſtributio addita ei: diſtribuit ꝓ his que poſſe eſt poſſe ſimpliciter. Hec aūt ſunt que egrediunt a potentia cōpleta et ordinata. Potentiam aūt completā dico que non poteſt deficere. nec poteſt ſuccumbere. nec poteſt indigere. Potentia aūt in peccādo deficit: in patiendo ſuccūbit: in corporalibus actionibus indigentiā includit. Diuina aūt potentia qr eſt potētia ſumma et pfectiſſima. ideo nec eſt de nihilo nec eſt ſub aliquo: nec eget aliquo alio. ac per hoc nec culpabilia. nec penalia: nec materialia pōt. et hoc qr oīpotens eſt potētia cōpleta. Potentiā autē ordinatā ɔtingit tripliciter dici. vel ſcḋm actū: vel ſcḋm aptitudinē ex pte creature. vel ſcḋm aptitudinē ex pte ſolius virtutis increate. Qḋ poſſibile eſt potētie primo mō dicte: eſt non tm̄ poſſibile ſed etiā actuale. Qḋ ſcḋo mō et non primo eſt poſſibile ſimpliciter: licet nō actuale. Qḋ aūt tertio mō: et non primo mō vel ſcḋo: eſt poſſibile deo ſed īpoſſibile creature. Qḋ aūt nullo pdictoꝝ modoꝝ eſt poſſibile. ſicut illud qḋ directe repugnat ordini ſcḋm rationes et cauſas primordiales et eternas: ſimpliciter eſt poſſibile. ſicut ꝙ deus facit aliqḋ actu infinitū: ꝙ ſimul faciat aliqd eſſe: et nullo mō eſſe: ꝙ faciat id qḋ fuit non fuiſſe et cetera talia. que poſſe eſt ɔ̄ ordinem et complementū diuine potentie. Ex his patet reſpectu quoꝝ eſt diuina potentia. patet etiā que debent dici ſimpliciter poſſibilia. et que ſimpliciter impoſſibilia. et ꝙ aliquorū impoſſibilitas ſimul ſtet cū vera oīpotētia.

Capitulū viij.

De dei ſapientia: predeſtinatione: et preſcientia.

[D]E ſapiētia vero dei hec tenenda ſūt ſcꝫ ꝙ ipſa diuina ſapiā limpidiſſime cognoſcit oīa bona et mala: preterita pñtia et futura: actualia et potentialia. ac ꝑ hoc incōprehenſibilia nobis et infinita. ita tñ ꝙ ipſa in ſe nullo mō diuerſificat. licet diuerſa noīa ſortiat. Inquantū enim eſt cognoſcitiua oīum poſſibiliū dicit ſcientia ſiue cognitio. Inquantū eſt cognoſcitiua oīum que in vniuerſo ſunt: dicit viſio. Inquantū eſt cognoſcitiua oīum que bene fiunt dicit approbatio. Inquantū eſt cognoſcitiua coꝝ q̄ futura ſunt dicitur preſciētia ſiue ꝓuiſio. Inquantū eſt cognoſcitiua coꝝ que ab ipſo deo fienda ſunt dicit diſpoſitio. Inquantū eſt cognoſcitiua coꝝ que premiāda ſunt dicit pdeſtinatio. Inquantū vero eſt cognoſcitiua coꝝ que dānāda ſunt dicit reprobatio. Et qr ipſa nō tm̄ eſt cognoſcitiua ſed eſt etiā rō cognoſcēdi oīa: ideo inquantū eſt rō cognoſcendi oīa cognita dicit lux. Inquantū rō cognoſcendi viſa et approbata dicit ſpeculū. Inquantum eſt rō cognoſcendi pūiſa et diſpoſita dr exemplar. Inquantū eſt rō cognoſcēdi pdeſtinata et reprobata: dr liber vite. Eſt igit liber vite: reſpectu reꝝ vt redeuntiū. Exēplar vt exeūtium. Speculum vt euntiū. Lux vero reſpectu omnium. Ad exemplar autem ſpectat idea: verbum: ars: et ratio. Idea ſcḋm actum preuidendi. Verbum ſcḋm actum proponen-

di: Ars ſm̄ actum ꝓſequendi. Rō ſm̄ actū ꝑficiendi: q: ſupaddit intẽtionẽ finis. Quia vero hec oĩa vnū ſunt in deo. ideo frequenter accipit̄ vnū ꝓ alio. Et licet diuina ſapĩa rōne diuerſitatis ſcitoꝝ ⁊ cōnotatoꝝ diuerſa ſortiat̄ vocabula: nō tñ diuerſificat̄ ſꝫ rationẽ intrinſecā. Cognoſcit enim ꝯtingentia infal'ibiliter: mutabilia imutabiliter. futura ꝑſentialiter: tꝑalia eternaliter. depẽdentia independenter. creata increate. alia a ſe in ſe ⁊ ꝑ ſe. ⁊ cū infallibiliter ꝯtingentia cognoſcat: ſimul ſtat libertas ⁊ vertibilitas voluntatis cū predeſtinatiõe ⁊ ꝑſciẽtia. ¶ Intelligentia aūt ⁊ ratio ꝑdictoꝝ hec eſt: qm̄ primu principiū hoc ipo ꝙ primū eſt ⁊ ſummū: cognitionẽ habet ſimul ſimpliciſſimā ⁊ ꝑfectiſſimā. Q: perfectiſſimā idō cognoſcit oĩa diſtinctiſſime ſub oĩbus ꝯditionibus quas res habent vel habere poſſunt ⁊ ꝓpterea futura ſcit eſſe futura: ⁊ ꝑſentia ꝑſentia. ⁊ bona ſcit approbanda: mala reprobāda. Hinc ē ꝙ diuerſa ſortit̄ vocabula ſm̄ ꝙ dictū eſt ſupra. Sed q: ſimul ſtat perfectio ſapiẽtie cū ſumma ſimplicitate: hinc ē ꝙ oĩa alia a ſe cognoſcit in ſe ⁊ per ſe. Ex quo ſequit̄ ſecūduꝫ: ꝙ creata cognoſcit increate. Ex quo ſequit̄ tertium ꝙ depẽdentia cognoſcit indepẽdenter. Ex quo orit̄ quartū ꝙ tꝑalia cognoſcit eternaliter. Ex quo ſequit̄ quintū ꝙ futura cognoſcit ꝑñtialr̄. Ex quo orit̄ ſextum: ꝙ mutabilia cognoſcit imutabiliter. Ex quo ſequit̄ ſeptimū ꝙ cõtingentia cognoſcit infallibiliter. ⁊ ita ꝯtingentia manẽtia ꝯtingentia ſunt diuine ſapĩe ꝓpter ſuã infallibilitatẽ in ꝯtingentibꝰ que ſubiacent nature: q̄ʒ libertati volūtatis humane. Vñ qui vult hoc veruꝫ intelligere qñō ſimul ſtet libertas volūtatis create cum infallibilitate ꝑdeſtinationis eterne. reſoluẽdo ab hoc vltimo ꝓcedat ꝑ illos ſepteꝫ gradus vſq̄ʒ ad primū: q̄ꝫ primū principiū ꝑfectiſſime cognoſcit oĩa per ſeipm̄. qꝫ eſt veꝝ certiſſimū. ex quo cetera predicta ratiocinādo infal'ibiliter concludunt̄. Sicut aūt diuine cognitionis certitudo ſimul ſtat cum contingentia reꝝ cognitaꝝ. q: ſimul eſt ſimpliciſſima ⁊ perfectiſſima diuina ſapĩa. ſic vnitas ſimul ſtat cum multiformitate rōnum ⁊ ideaꝝ ex eadem cauſa. Quia enim perfectiſſima eſt: ideo diſtinctiſſime ⁊ ꝑfectiſſime cognoſcit vniuerſa ⁊ ſingula. ⁊ illa oĩa diſtinctiſſime ⁊ ꝑfectiſſime repreſentat: ⁊ idō ſingu loꝝ dicit̄ habere rōnes ⁊ ideas tanq̄ʒ reruꝫ ſimilitudines perfectiſſime expreſſiuas. Q: vero ſimpliciſſima eſt: ideo omnes ſimilitudines ille ſunt vnū in ipſa. Vñ ſicut deꝰ vna virtute oĩa ꝓducit ex tꝑe: ſm̄ omnimodam reꝝ integritatẽ. ſic vna virtute oĩa exprimit ſempiternaliter. Et ſicut vna eſt in deo operatio actiua ſm̄ rẽ: dicunt̄ tñ plures rerum ꝓductiones rōne pluralitatis ꝓductoꝝ. ſic vna eſt veritas vnius actus intelligentie in deo: dicuntur tñ plures ſimilitudines idee ⁊ rōnes rōne pluralitatis ideatoꝝ vel exiſtentium: vel futuroꝝ vel poſſibiliū. He aūt rationes vel idee licet ſint vna veritas ⁊ lux ⁊ eſſentia: nō tñ dicuntur eſſe vna rō vel idea. Ratio enim vel idea dicit̄ vt ad alterū ſm̄ rationẽ intelligendi. noĩat enim ſimilitudinẽ cogniti: que realiter tenet ſe ex parte dei: licꝫ ſm̄ rōnem intelligendi dicere videat̄ aliqd ex parte ideati. Si aūt huius ſimile in creatura requirat̄: dicendū ꝙ hoc eſt iſtius exẽplaris ꝓpriū: q: ſicut dictū eſt ſimul eſt ſimplex ⁊ infinitū ⁊ perfectiſſimū quo ꝑintellecto cetera ꝯſequenter innoteſcunt. Quia. n. exemplar illud eſt ſimpliciſſimū ⁊ perfectiſſimū. ideo actus purus. Quia vero infinitū ⁊ imenſum: ideo extra omne genus. Et hinc eſt ꝙ exiſtens vnū: poteſt eſſe ſimilitudo expreſſiua multorum.

Capitulū ix

¶ De voluntate dei ⁊ prouidentia.

D E voluntate dei hec tenenda ſunt ꝙ ipſa ſic eſt recta vt nullo mō poſſit obliquari: ſic eſt efficax: vt nullo modo poſſit impediri. ſic eſt vna: vt tamen

multiformiter habeat ſignificari. Significatur enim diuina voluntas que eſt voluntas beneplaciti per voluntatē ſigni ſm quinq; differentias ſignoꝝ que ſunt preceptio: ꝓhibitio: conſiliū: impletio: ꝑmiſſio: ſm que diſponunt a voluntate beneplaciti quecunq; in vniuerſo fiunt. Eſt enim volūtas dei prima ⁊ ſumma cauſa oīuꝫ ſpecierū ⁊ motionum. Nihil enim fit viſibile aut intelligibile ī iſta totius creature ampliſſima quadā vniuerſaq; republica: quod nō de illa impiali aula ſummi imperatoris aut iubeat: aut ꝑmittatur ſm ineffabilē iuſticiā premioꝝ atq; penaꝝ retributionū ⁊ gratiaꝝ. Et q: iſta voluntas ratione regulata dicit̄ ꝓuidentia: hinc eſt ꝙ omnia que in vniuerſo fiunt: aguntur ⁊ regunt̄ diuina ꝓuidētia: que ꝑ omnia eſt irreprehenſibilis: que nihil precipit ꝓhibet vel conſulit niſi iuſte. nihil agit niſi bene: nihil ꝑmittit iniuſte. ¶ Intelligentia aūt ⁊ ratio ꝑdictoꝝ hec eſt. Primū principiū cū ſit ſumme nobile: ⁊ voluntatē habet ⁊ nobili modo habet. Cum igit̄ voluntas de ſe dicat illud ſm qꝺ in agentibus a propoſito attenditur regula rectitudinis ⁊ efficacia operationis: neceſſe eſt ꝙ voluntas in deo ſit rectiſſima ⁊ efficaciſſima. Ideo autem rectiſſima: quia idem eſt in deo voluntas ⁊ veritas. Ideo efficaciſſima: quia idem penitus in deo eſt voluntas ⁊ virtus ſiue poteſtas. Et q: non poteſt diuina voluntas carere veritate: ideo nō tantum eſt recta: verum etiam regula rectitudinis. Quia vero nullo modo poteſt carere virtute: ideo non tm̄ eſt efficax: verum etiā fons ⁊ origo totius efficacie: ita vt nihil ſine illa poſſit effici. nihil contra illam poſſit fieri. nihil etiaꝫ ſit a quo valeat impediri. Et q: rectiſſima eſt: nullus poteſt eſſe rectus niſi conformetur ei. Nullus autem poteſt ei conformari niſi volūtas illa innoteſcat ſibi. Oportuit ergo voluntatē diuinā vt regulā rectitudinis notificari nobis. Rectitudo aūt quedam eſt neceſſitatis: ⁊ hec eſt in faciēdo bonum neceſſarium: ⁊ declinando malum. Quedam autē eſt perfectionis. ⁊ hec eſt in ſuperogando vltra debitum. ⁊ ſm hoc inoteſcit nobis per triplex ſignum. ſcꝫ preceptionem prohibitionē ⁊ conſilium: quod quidē ſignificat diuinū beneplacitū acceptare tāq; iuſtum quod fit ſm diuinū preceptū: quod declinatur ſm diuinam ꝓhibitionem: ⁊ quod impletur ſm diuinū conſilium. Signa vero hec infallibilia ſigna ſunt diuine voluntatis: vt eſt regula rectitudinis. Rurſus q: efficaciſſima eſt: nullo modo poteſt aliquis aliqd efficere: niſi ipſa cooperante ⁊ coefficiente. nullus deficere vel peccare poteſt: niſi ipſa iuſte deſerēte. Et ſm hoc duo ſunt ſigna ei⁹ ſcꝫ impletio: quod eſt ſignum voluntatis vt efficientis. ⁊ permiſſio quod eſt ſignum voluntatis iuſte deſerentis. Iuſte autem deſerit: quia iuſtum eſt vt ſic adminiſtret res quas condidit: vt non infringat leges quas indidit: ⁊ ſic cooperetur rebus quas creauit: vt tamen eas agere proprios motus ſinat. ⁊ iō ſi liberum arbitriū ad vtrunq; vertibile de lege nature in malū dimittat cādere: hoc nō ꝑmittit niſi iuſte. Rurſus ⁊ ſi ꝑ gratiam preueniat ⁊ ſuſtentet nulli iniuriaꝫ facit: ideo nō agit iniuſte: nec omnino iuſte ſm exiſtentiā meritoꝝ: q: merita ad hoc non ſufficiūt. ſed gratis ⁊ miſericorditer ⁊ quodāmodo iuſte quantum eſt ex condecentia bonitatis ſue. Cum ergo diuina ⁊ reprobat operatur ſm iuſticiam. Quandoque vero predeſtinat ſm gratiam miſericordiam que non excludit iuſticiam. Cum ergo deus ſm ꝙ de maſſa perditionis erant debebant dampnari. ideo plures reprobant̄ q̄ eligantur. vt oſtendat̄ ꝙ ſaluatio eſt ſm grām ſpecialem: ſed dampnatio ſm iuſticiam comunem. Nullus ergo poteſt conqueri de diuina volūtate: quia omnia agit rectiſſime. imo in omnibus debemus gratias agere: ⁊ honorificare regimen diuine prouidentie. Si quis autem querat: quare magis vni peccatori gratiam largiatur q̄ alteri. hic

oportet ſilentium imponere humane loqua-
citati. ⁊ exclamare cum apoſtolo. O altitu-
do diuitiarum ſapientie ⁊ ſcientie dei: q̄ȝ in
comprehenſibilia ſunt iudicia eius: ⁊ inueſti
gabiles vie eius. Quis enim cognouit ſen-
ſum domini. aut quis eius conſiliarius fuit.
aut quis prior dedit illi ⁊ retribuetur ei.
Quoniā ex ipſo ⁊ per ipſum ⁊ in ipſo ſunt
omnia. ipſi gloria in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Finit prima pars.

¶ Incipit pars ſecunda de creatura mūdi.
Capitulum primum.

¶ De productione mundi totalis.

h Is ſummatī pre intellectis de
trinitate dei: dicenda ſūt ali
q̄ de creatura mūdi. Circa
quā hec tenēda ſunt i ſum
ma. videlicet q̄ vniuerſitas
machine mūdialis ꝓducta
eſt in eſſe ex tempore: ⁊ de nihilo: ab vno pri
mo principio ſolo ⁊ ſummo. cuius potentia
licet ſit immenſa: diſpoſuit tamen omnia in
certo pondere: numero ⁊ menſura. Hec ge
neraliter intelligenda ſunt circa rerum ꝓdu
ctionem: ex quibus ⁊ veritas colligitur ⁊ er
ror repudiatur. Per hoc enim q̄ dicitur ex
tempore excludit error ponentiū mundum
eſſe eternū. Per hoc q̄ dicit de nihilo ex-
cluditur error ponentiū eternitatē circa prin
cipium materiale. Per hoc q̄ dicit ab vno
principio excluditur error manicheoꝝ po-
nentiū pluralitatē principioꝝ. Per hoc q̄
dicitur ſolo ⁊ ſummo excluditur error ponē
tium deū produxiſſe inferiores creaturas ꝑ
miniſteriū intelligentiarū. Per hoc q̄ ad-
ditur in certo pondere: numero ⁊ menſura
oſtendit q̄ creatura eſt effect⁹ trinitatis cre
antis ſub triplici genere cauſalitatis. Efficiē
tis a quo eſt i creatura vnitas modus ⁊ mē
ſura. Exemplaris: a quo eſt in creatura veri
tas: ſpecies ⁊ numerus. Finalis: a quo eſt in
creatura bonitas: ordo ⁊ pondus. Que qui
dem reperiuntur in omnibus creaturis tanq̄ȝ
veſtigium creatoris: ſiue corporalibus: ſiue
ſpūalibus: ſiue ex vtriſq̄ cōpoſitis. ¶ Ra-
tio autem ad intelligentiam predictoꝝ hec
eſt. Quia ad hoc q̄ ſit ordo perfectus ⁊ ſta
tus in rebus: neceſſe eſt q̄ omnia reducant
ad vnum principium. qd̄ quidē ſit primum
vt det ceteris ſtatum. ⁊ perfectiſſimū vt det
ceteris complementū. Quoniā igitur ꝑmū
principium in quo eſt ſtatus non poteſt eſſe
niſi vnum ſolū. ſi mundū producit: cum non
poſſit ipſum producere de ſeipſo: neceſſe eſt
q̄ producat ipſum ex nihilo. Et quia produ
ctio ex nihilo ponit eſſe poſt non eſſe ex par
te ꝓducti: ⁊ immenſitatem in virtute producē
te ex parte principij cum hoc ſit ſolius dei ne
ceſſe eſt q̄ creatura mundi ſit ꝓducta ex tē-
pore: ab ipſa virtute immenſa agente per ſe ⁊
immediate. Rurſus quī principiū perfectiſſi
mū: a quo manat ꝑfectio vniuerſoꝝ neceſſe
eſt agere a ſe: ⁊ ſm̄ ſe ⁊ ꝓpter ſe. ⁊ q̄ nullo i
agendo indiget extra ſe neceſſe eſt q̄ habe-
at intentionē triplicis cauſe reſpectu cuiuſli-
bet creature. ſ. efficientis: exemplaris ⁊ fina
lis. Neceſſe eſt etiam omnē creaturam ſm̄
hanc triplicem habitudinē comparari ad cau-
ſam primā. Omnis enim creatura ꝯſtituit i
eſſe ab efficiente ⁊ ꝯformatur ad exemplare
⁊ ordinatur ad finem: ac per hoc eſt vna: ve
ra bona: modificata: ſpecioſa: ordinata: mēn
ſurata: diſcreta ⁊ ponderata. Et enim pon-
dus inclinatio ordinatiua. Et hec quidē ge-
neraliter dicta ſūt de omni creatura ſiue cor
porea ſiue incorporea: ſiue ex vtriſq̄ ꝯſtitu-
ta: ſicut eſt natura humana.

Capitulum ij.

¶ De natura corporali quantum ad fieri.

n Atura vero corporea nobis conſide-
randa eſt quantū ad fieri: ⁊ quantū
ad eſſe: ⁊ quantum ad operari. De
natura vero corporea quantum ad fieri hec

ſpecialiter tenenda ſunt. ſcʒ q̄ ſex diebus ſūt in eſſe producta. ita q̄ in principio ante oēm diem creauit deus celū ⁊ terrā. Prima vero die formata eſt lux. ſcd̄a firmamentū factum eſt in medio aquarū. tertia die ſeparate ſunt aque a terra. ⁊ congregate in locū vnū. quarta vero die celū ornatū eſt luminaribꝰ. quinta aer ⁊ aqua volatilibus ⁊ piſcibus. ſexta terra animalibus ⁊ hoībus. ſeptima vero die requieuit deus. non a labore nec ab opere: cum vſqʒ nunc operet: ſed a nouarū ſpecierū conditione. q: omnia fecerat. vel in ſimili: ſicut illa que ꝑpagant. vel in ſeminali rōne: ſicut illa que alijs modis introducuntur in eſſe. ¶ Ratio aūt ad intelligentiā predictorū hec eſt. Quia enim res manat a primo principio ⁊ perfectiſſimo: tale autem eſt omnipotentiſſimū: ſapientiſſimū ⁊ beniuolentiſſimū. ideo oportuit q̄ ſic producerētur in eſſe: vt in ipſa productione repreſentaret triplicem ſui perfectionem ⁊ excellentiā. Et ideo triformis fuit operatio diuina ad mundanā machinam producendā. ſcʒ creatio que appropriate reſpondet omnipotentie. diſtinctio que reſpondet ſapientie. ornatus qui reſpondet bonitati largiſſime. Et quoniā creatio ē de nihilo. ideo fuit in principio ante omnem diem: tanqʒ omniū rerum ⁊ temporū fundamentū. Ruſus quia diſtinctio corporū mūdi attenditur ſm triplicem modum. ideo facta fuit per triduū. Eſt enim diſtinctio nature luminoſe a perſpicua ⁊ opaca. ⁊ hec facta eſt in prima die in diuiſione lucis a tenebris. Et eſt diſtinctio nature perſpicue a perſpicua. ⁊ hec facta eſt ſecunda die in diuiſione aquarū ab aquis. Et eſt diſtinctio nature perſpicue ab opaca. ⁊ hec facta eſt tertia die in diuiſione aquarū a terris. In his aūt implicite dat̄ intelligi diſtinctio celeſtiū ⁊ elementarium. ſm q̄ poſt declarabitur. Sic igitur diſtinctio fieri debuit per triduū. Et q̄ ornatꝰ correſpondet diſtinctioni: ideo ſimiliter tribus diebus debuit conſummari. Eſt enim ornatus nature luminoſe: ⁊ hic factus eſt quarta die in formatione ſtellarum ⁊ ſolis ⁊ lune. Et eſt ornatus nature perſpicue. ⁊ hic factus eſt quinta die in qua ex aquis facti ſunt piſces ⁊ aues ad ornatum aeris ⁊ aque. Et eſt ornatus nature opace ſcilicet terre: ⁊ hic factus eſt ſexto die. in quo facte ſunt beſtie: facta ſunt ⁊ reptilia. facta eſt etiam ad conſummationē omniū natura humana. Hec autē omnia licet potuerit deus facere in inſtanti. maluit tn̄ per ſucceſſionē temporū. tū ꝑpter diſtinctam ⁊ claram repreſentationē potentie: ſapientie ⁊ bonitatis. tum ꝑpter cōuenientem correſpondentiam dierū ſiue temporū ⁊ operationū. tum etiā vt ſicut in prima mundi conditione fieri debebāt ſeminaria operū fiendorū. ſic fierent ⁊ ꝑfigurationes temporū futurorū. Unde in illis ſeptē diebus quaſi ſeminaliter ꝑceſſit diſtinctio omniū temporū que explicant̄ per decurſum ſeptē etatum. Et hinc eſt q̄ ſex diebus operū additur ſeptimus quietis. qui dies non ſcribitur habere veſperam nō q: nō habuit dies illa noctē ſuccedentē: ſʒ ad prefigurandū animarū quietē. que nunqʒ habebit finē. Si aūt diceret alio mō. q̄ oīa eſſent ſimul facta. tūc dies illi ſeptem dies ad cōſiderationē angelicā referrent̄. Verūtn̄ primus modus dicendi ē magis ſcripture cōſonus ⁊ auctoritatibꝰ ſctōꝝ. ⁊ qui ꝑceſſerūt: ⁊ etiam qui ſecuti ſunt beatum Auguſtinum.

## Capitulum iij.

¶ De natura corporali quantum ad eſſe.

De natura vero corporea quantū ad eſſe tenendū eſt. q̄ corporalis mūdi machina tota cōſiſtit in natura celeſti ⁊ elementari. ita q̄ celeſtis diſtinguitur in tres celos principales. ſcʒ empyreū. cryſtallinum ⁊ firmamentū. Infra firmamentum aūt q̄d eſt celū ſtellatū cōtinent̄ ſeptē orbes ſeptē planetarū. qui ſunt. ſaturnus: iupiter: mars: ſol: venus: mercurius: luna. Natura vero elemētaris in quattuor ſpheras diſtinguit̄. ſcʒ ignis: aeris: aque ⁊ terre. Et ſic procedendo a ſummo

cardine celi vsqȝ ad centrum terre decē concurrūt orbes celestes et quattuor ſphere elementares. ex quibus integrat᷑ et conſtituit᷑ tota machina mundi ſenſibilis: diſtincte: pfecte et ordinate. ¶ Ratio aūt ad intelligentiā predictoꝝ hec eſt. Quia cū natura corporalis ad perfectionem ſui et expreſſionem ſapientie multiformis primi pncipij requirat multiformitatē formaꝝ. ſicut apparet in mineralibus plantis et animalibus. neceſſe fuit ponere aliquā corporalē ſimplicē. que multiformiter poſſet miſceri ad introductionē formarū multiformiū. et talis eſt natura ſubiecta contrarietati: et hec eſt elementaris. Neceſſe etiā fuit fieri naturā per quā haberēt hec cōtraria in mixto ꝯciliari. et talis eſt natura elōgata a ꝯtrarietate. cuiuſmōi eſt natura lucis et corporis ſupercelestis. Et qm̄ mixtio fieri non poteſt. niſi per contraria agentia et patientia. ideo neceſſe fuit duplicem cōtrarietatem fieri in elementis. ſ. quantum ad qualitates actiuas. que ſunt calidum et frigidum. et quātū ad paſſiuas: que ſunt humidū et ſiccum. Et q: qdlibet elementū agit et patitur. ideo qdlibet habet duas qualitates. vnam actiuā et aliā paſſiuam. ita tñ q vnam principalem et ꝓpriā. ac per hoc neceſſe eſt tñ quattuor eē elementa ſm̄ quattuor qualitates pdictas quadrupliciter cōbinatas. Natura autem celeſtis aut eſt vniformis et īmobilis: et hoc eſt empyreū. q: lux pura. aut mobilis et multiformis: et ſic eſt firmamentū. aut mobilis vniformis: et ſic celum mediū inter empyreū et ſtellatum: qd eſt celum cryſtallinum. Quartū mēbꝝ. ſ. q ſit multiforme et imobile nō pōt ſtare. q: multiformitas diſponit ad motus varietatem: nō ad vniformem quietem. Sunt igit᷑ tres celi quoꝝ primum per totū eſt luminoſum. ſ. empyreum. ſcdm per totum perſpicuū. ſ. cryſtallinū. tertiuꝫ ex vtroqȝ coniunctum. ſ. firmamentuꝫ. Cū igitur tres ſint celi incorruptibiles. et quattuor elementa variabilia. vt fiat debita cōnexio et concordia et correſpondentia: diſpoſuit deus ſeptem orbes planetaꝝ: qui ſua varietate motuū: et incorruptibilitate formaꝝ quaſi qddā vinculum eſſent. et iunctura inferioꝝ elementariū orbium et ſupioꝝ celeſtiū ad perficiendum et decorandū vniuerſum: qd ſm̄ numerales ꝓportiones ordinatum dicit᷑ et ꝯcerū denario celeſtiū orbium et quaternario elementoꝝ. reddentibus ipſum proportionaliter tam pulchꝝ: q̄ꝫ perfectum: et ordinatum. vt hoc modo ſuum repreſentent principium.

## Capitulum iij.

¶ De natura corporali quantum ad operari et influere.

De natura corporali q̄ꝫtum ad operari hoc tenendū eſt. ſ. q celeſtia influunt in terreſtria et elementaria quantū ad diſtinctiuam ſignificationē tpm̄. ſ. dieꝝ menſium et annoꝝ. Sic enim dicit ſcriptura. q ſint in ſigna et tpa et dies et annos. Influūt etiā q̄ꝫtum ad effectiuā ꝓductionē rerū generabiliū et corruptibiliū. ſ. mineraliū: vegetabiliuꝫ: ſenſibiliū et corporū humanoꝝ. Sic tñ ſunt in ſigna tpm̄ et regiminē operationū vt non ſint certa ſigna futuroꝝ ꝯtingentium. nec influant ſuper liberū arbitrium per vim ꝯſtellationum. quā dixerunt aliqui phi eſſe fatum. ¶ Ratio aūt ad intelligentiam predictoꝝ hec eſt. Quia cū in corporibus celeſtibus propter ꝓximitatē ad primū principiuꝫ ſit lux: motus: calor et virtus. Lux ratione ſue forme et ſpeciei. Motus reſpectu ſuperioris influentis. Calor reſpectu inferioris nature ſuſcipientis. Virtus vero omnibus modis predictiſ. Cum ingꝫ ita ſit. celeſtia corpora per lumen et motū ſunt in diſtinctiones temporū. ſ. dieī ſm̄ lucem ſolis et motū firmamenti. menſis ſm̄ motū lune in circulo obliquo. anni ſm̄ motū ſolis in eodē circulo temporū vero ſm̄ variū planetarū motū: diſtantiā et ꝯcurſum. aſcenſum et deſcenſum. retrogradationē et ſtatum. ex quibus orit᷑ diuerſitas in temporibus. Per virtutē aūt et calor

rem influunt ad ꝓductiones coꝝ que ex ele-
mentis generantur: excitando: ꝓmouendo. con
ciliando. ita ꝙ ſcḿ ꝯciliationē cōtrarioꝝ ab
equalitate remotā influūt in mineralia. ſcḿ
ꝯciliationē ab equalitate minus longinquā
in vegetabilia. ſcḿ ꝯciliationē equalitati pro
ximantē in ſenſibilia. ſcḿ vero conciliationē
equalem in corpora humana. que diſpoſita ſūt
ad nobiliſſimā formā que eſt anima rōnalis
ad quā ordinatur ⁊ terminatur appetitus oīs na
ture ſenſibilis ⁊ corporalis: vt per eam que eſt
forma: ens: viuens: ſentiens ⁊ intelligēs. quaſi
ad modū circuli intelligibilis reducatur ad
ſuū principiū in quo perficiatur ⁊ beatifice-
tur. Et quō in illud tendit per liberū arbitriū
ideo quantū ad arbitrij libertatem precellit
oēm virtutem corporalem. ac per hoc cuncta
nata ſunt ſibi ſeruire. nihil autē ſibi dominari
habet niſi ſolus deus: nō fatū ſiue vis poſi-
tionis ſiderū. Et ꝓpterea indubitanter verū
eſt ꝙ ſummus finis oīum eoꝝ que ſunt: ⁊ oīa
corporalia facta ſunt ad humanū obſequiū: vt
ex illis oībus accendatur hō ad laudandum ⁊
amandū factorē vniuerſoꝝ. cuius ꝓuidētia
cuncta diſponuntur. Hec autē ſenſibilis cor-
poraliū machina: eſt tanquā quedam domus
a ſummo opifice homini fabricata: donec ad
domū veniat nō manufactā in celis. vt ſicut
anima modo rōne corporis: ⁊ ſtatus meriti
nunc eſt in terris. ſic aliquando corpus rōne
anime ⁊ ſtatus premij ſit in celis.

Capitulum v

¶ De modo deſcribendi predicta in ſacra
ſcriptura.

[E]x iam dictis colligitur ꝙ ſicut deus
res ordinate ꝯdidit quantū ad tēpus.
⁊ ordinate diſpoſuit quantū ad ſitū
ſic etiā ordinate gubernat quantū ad influen
tiā. ⁊ ſcriptura ordinate narrat quantum ad
doctrine ſufficientiā. licet nō ita explicite de
ſcribat diſtinctionē orbiū: nec celeſtium: nec
elementariū. ⁊ parꝝ aut nihil dicat de moti-
bus ⁊ virtutibus corpoꝝ ſuperiorū. ⁊ de mix-
tionibus elementoꝝ ⁊ elementatoꝝ. ⁊ quod
plus eſt nihil explicite narrat de conditione
ſuperioꝝ ſpirituū. maxime cū deſcribit iſtud
vniuerſum incepiſſe ꝓduci. ¶ Ratio autē
ad intelligentiā predictoꝝ hec eſt. Quia cū
primū principiū reddat ſe nobis cognoſcibi
le ⁊ per ſcripturā ⁊ per creaturā. ꝑ librum
creature ſe manifeſtat vt principiū effectiuū
per libꝝ ſcripture vt principiū reparatiuū. et
principiū reparatiuū nō poteſt cognoſci niſi
cognoſcatur ⁊ effectiuū. ideō ſacra ſcriptu-
ra licet principaliter agat de operibus repa
rationis debet nihilominus agere de ope-
re ꝯditionis. inquantū tñ ducit in cognitionē
primi principij efficientis ⁊ reficientis. Et ideō
ipſa eſt cognitio ſublimis ⁊ ſalutaris. Subli
mis quia de primo principio effectiuo. qđ eſt
deus creator. Salutaris. quia de primo princi-
pio reparatiuo. quod eſt chriſtus ſaluator ⁊ me
diator. ¶ Rurſus quia ſublimis eſt. vtpote que
agit de primo principio ⁊ ente ſummo: ideō
nō deſcēdit ad deſcribendas ſpēales entium
naturas: motus: virtutes ⁊ differentias. ſed
ſtat in quadā generalitate: in qua multiplicā
tur ſpēalia. deſcribendo ſcꝫ ꝯditionē mundi
quantū ad diſpoſitionē ⁊ influentiā. quo ad
naturā luminoſam. opacā: ⁊ ꝑuiā in genera
litate quadam. Et quō primū principiū de quo
agit habet in ſe ordinē nature in exiſtendo:
ordinē ſapiē in diſponēdo. ordinē bonitatis
in influendo. ita ꝙ ordo nature habet in ſe
ſimultatē ⁊ equalitatē. ordo ſapientie ꝯſide-
rat prioritatē ⁊ poſteritatē. ordo influentie ſu
perioritatē ⁊ inferioritatē. Ideo ad inſinuā-
dum ordinē nature: determinat ſcriptura iu
xta qđ deū operari decebat. ꝙ in principio
ante tēpis decurſum fuerit illa triplex natura
de nō eſſe in eſſe ꝓducta. cū dicit. In princi-
pio creauit deus celū ⁊ terrā: ⁊ ſpūs dei fe-
rebatur ſuper aquas. Ubi noīe celi inſinuatur na
tura luminoſa. noīe terre natura opaca. noīe
aque natura ꝑuia: ſiue ꝑſpicua: ſiue ꝯrietati
ſubiecta: ſiue ſupra ꝯrietatē eleuata. Ubi eti-

ant insinuat̃ trinitas eterna .ſ. pater in noīe
dei creantis. filius in noīe principij ſpūs ſan
ctus in noīe ſpūs dei. Et ſic intelligendū eſt
illud qḋ dicit̃. Qui viuit in eternū creauit
oīa ſimul. non ꝙ ea creauit in chaos oīmo-
de ↄfuſionis ſcḋ ꝙ fuerũt poete. cū ꝓdu-
xerit hanc triplicem naturā: ſummā in ſum-
mo. mediā in medio. ⁊ infimā in infimo. nec
etiā creauit in eſſe oīmode diſtinctionis: cū
celū eſſet ꝑfectum ⁊ terra incōpoſita. natura
vero media quaſi mediū tenens nondū eſt
ad ꝑfectam diſtinctionē deducta. Ad inſinu
andū aūt ordinē ſapiētie in diſponēdo deter-
minat ꝙ hec triplex natura nō ſimul fuit di
ſtincta ⁊ ornata: ſꝫ iuxta triplicis nature crea
te exigentiā: ꝑ triduū diſtincta. ⁊ ꝑ triduum
ↄſiīr ornata. vt ſicut deus in principio tripli
cem naturā ſimul creauit in primordio tꝑis.
ſic ſucceſſione tꝑis in triplici mēſura tꝑis ſcꝫ
triplicis diei: triplicē faceret diſtinctionē na
ture triplicis create. Et rurſus in alio triduo
triplicē ornatū triplicis nature diſtincte. Ad
inſinuandū vero ordinē bonitatis in influen
do determinat ꝙ hec triplex natura colloca
ta eſt in mundo ſcḋm ſub ⁊ ſupra. iuxta ſuā di
gnitatē ⁊ influētiam. Et quia luminoſum plu
rimū habet de ſpecie. ideo ſibi debet̃ circū-
ferentia. Quia vero opacū minimū hꝫ de
ſpecie. iō ſibi debetur cētrum. Sed qꝛ ꝑuia
tenet mediū. ideo mediū ſortita eſt ſitum. Et
qm̄ natura corpis ꝑuij ⁊ ꝑſpicui cōmunis ē
nature celeſti ⁊ elemētari. ⁊ rurſus lumino-
ſa vtriqꝫ conuenit. ideo recte dicit̃ firmamē
tum factū in medio aquaꝝ. non qꝛ aque ſup
celos ſint aque fluxibiles: frigide: graues et
corruptibiles. ſed qꝛ ſubtiles ⁊ incorruptibi
les ⁊ ꝑuie: ⁊ ſuper omnē contrarietatē ſub
limate. ac ꝑ hoc celeſtis nature. ⁊ in celeſtibꝰ
collocande. rōne nobilitatis forme collocan-
tur etiam rōne virtutis ⁊ influētie. Quia .n.
oīs actio corꝑalis in rebus inferioribus re-
gulā: originē ⁊ vigorē ſumit a natura celeſti.
cum due ſint qualitates actiue ſcꝫ calidum ⁊
frigidum. ⁊ aliqḋ ſit celum principaliter in-
fluens in calidum. ſicut celū ſidereū rōne lu-
minoſitatis. congruum fuit ꝙ aliqḋ influe-
ret ſuper frigidum: ⁊ ſic cryſtallinum. Et ſi-
cut celum ſidereum licet influat ad calorem:
non tamen eſt formaliter calidum. ſic etiam
celum qḋ dicitur aqueū ſiue cryſtallinū nō
eſt eſſentialiter frigidum. Unde ꝙ ſancti di-
cunt ꝙ aque ſunt ibi conſtitute ad reprimen
dum calorem ſuperioꝝ corporum: ⁊ cetera
ↄſimilia. non ſcḋm formalem predicationem.
ſed ſcḋm efficientiam ⁊ influentiā ſunt intelli-
genda. Competit ergo conditio creature ſcꝫ
ordinem predictum ⁊ ordini creatricis ſapiē
tie ⁊ diuine ſcripture q̄ eſt ſcientia ſublimis.
¶ Rurſus quia ipſa eſt ſcientia ſalutaris iō
non determinat de opere conditionis niſi ꝓ
pter opus reparationis. Et quoniā angeli ſic
conditi ſunt vt labentes nullatenus reparen
tur ſicut apparebit in ſequentibus. ideo tace
tur ſcḋm litteram exteriorem angeloꝝ lapſus
⁊ conditio. quia nō debebat ſubſequi repa-
ratio. Quia vero ſublimitatē ſacre ſcriptu
re non decebat proſus reticere de conditio
ne ſublimiſſime creature. ideo ſic ſacra ſcri-
ptura deſcribit reꝝ conditionē: iuxta qḋ exi
git ſcientia ſublimis ⁊ ſalutaris. vt tamē ſcḋm
ſpūalem intelligentiam tota conditio littera-
liter deſcripta ſpūaliter referatur ad deſcri-
bendam hierarchiam ⁊ angelicam ⁊ eccle-
ſiaſticam. Ideo ſcḋm ſpūalē intellectū deſcri
bitur in illis tribus naturis primo productis
hierarchia angelica noīe celi. ⁊ eccleſiaſtica
nomine terre. ⁊ gratia per quam irrigatur
vtraqꝫ noīe aque. ¶ Rurſus per ſeptena-
rium numeꝝ dieꝝ intelligit̃ ſeptiformis ec-
cleſie ſtatus ſcḋm decurſum ſeptem etatum.
Per eundem etiam ſeptenariū intelligitur
ſeptiformis conuerſio angelorum a creatu-
ra ad deum. Et ſic ex predictis apparet ſuffi
cientia ⁊ veritas ſcripture: ⁊ diuerſis opinio
nibus ſanctoꝝ .ſ. Aug. ⁊ alioꝝ qui ſibi non
ↄdicunt cū vere ſint ſi recte intelligātur.

Capitulū vi.

¶ De ꝓductione supernoꝝ spirituum.

C Onsequenter vero agendū est de natura spūali ⁊ incorpea. cuiusmōi est angelica. de qua ꝯsiderari oportet q̄ntum ad conditionē supioꝝ spirituum: quantū ad ruinā demonū: ⁊ quantū ad confirmationē bonoꝝ angeloꝝ. ¶ Sciendum est igit̄ q̄ angelis a primordio sue ꝯditionis quattuor sunt attributa. s. simplicitas essentie ꝑsonalis discretio ꝓpter rōnem insitam. memoria: intelligentia ⁊ voluntas ⁊ libertas arbitrij ad eligenda bona ⁊ respuenda mala. Hec aūt quattuor attributa principalia alia quattuor comitantur. s. virtuositas ī opādo officiositas in ministrando. ꝑspicacitas in cognoscendo ⁊ immutabilitas post electionē siue in bono siue in malo. ¶ Ratio aūt ad intelligentiam predictoꝝ hec est. Quia primū principiū hoc ipso q̄ primū: ideo de nihilo ꝓduxit. idō non solū prope nihil: sed etiam prope se non tantū substantiā a se longinquā. s. naturā corporeā ꝓducere debuit. verum etiā ꝓpinquam. ⁊ hec est substantia intellectualis ⁊ incorporea. que hoc ipso q̄ deo simillima est: simplicitatem habet nature: ⁊ discretionem ꝑsonalē. vt deo assimilet̄ ex pte substantie siue communis siue indiuidue. Habet etiā in mente imaginē trinitatis ꝑm memoriā: intelligentiā ⁊ voluntatem. Habet etiā voluntatis libertatē: vt assimilet̄ deo ex parte potentie siue naturalis siue electiue. vt sic potentia naturalis insignita sit dei imagine. electiua vero arbitrij libertate. Nequaquā enim perueniret merito: id ad premiū gloriosum: qd̄ facit quēq̄ beatū nisi haberet liberum voluntatis arbitriū. hoc aūt esse nō potest nisi in substantia rōnali. quā comitat̄ memoria: intelligentia ⁊ voluntas. Ubi aūt est ratio oportet q̄ sit rationalis nature substantia indiuidua. necesse est etiā q̄ sit substantia spiritualis ⁊ incorporea. ac per hoc simplex carens omni diuisione q̄ntitatiua. Talis aūt substantia hoc ipso q̄ simplex est virtuosa est in operando. hoc ipso q̄ virtuosa est ⁊ ꝑsonaliter discreta: competit ei distinctio officij in ministrando. hoc ipso q̄ simplex ⁊ virtuosa competit ei ꝑspicacitas in discernēdo. hoc ipso aūt q̄ perspicax ⁊ simplex est habens intellectū deiformē: ideo stabilitatē hz post electionē in electo: siue in bono siue in malo. Et he ꝯditiones ipsaꝫ generalē ꝯditionē supioꝝ spirituū generaliter ꝯcomitant̄.

Capitulū vij.

¶ De apostasia demonum.

D E apostasia vero demonū hoc ē tenendū. s. q̄ deus angelos oēs fecit bonos. tñ medios inter se summū bonū ⁊ commutabile bonū qd̄ est creatura. ita q̄ si conuerterent̄ ad amandū qd̄ est supra ascenderent ad statū gratie ⁊ glorie. Si vero ad bonū commutabile qd̄ est infra. hoc ipso ruerent in malū culpe ⁊ pene. q̄ non est decus peccati sine decore iusticie. Primus autem lucifer inter angelos. presumens de priuato bono: priuatam appetijt excellentiā. volens alijs superferri. ⁊ ideo cecidit cū ceteris consentientibus sibi. Cadens aūt fact⁹ est impenitens obstinatus ⁊ excecatus: ⁊ exclusus a dei contēplatione: ⁊ deordinatus in opatione toto nitens conamine ad subuertēdum hominem per tentationē multiplicem. ¶ Ratio aūt ad intelligētiam p̄dictoꝝ hec est. Quia cum primū principiū sit summe bonum nihil facit nisi qd̄ sit bonum quia a bono non ꝓcedit nisi bonum: qd̄ tñ fit ab ipso hoc ipso minus est eo: ⁊ ideo nō potest esse summū bonū. Fuit igit̄ angelus a deo ꝯditus: bonus quidē sed nō summus: ꝑficiēdus tñ si affectū tenderet in summū. Et q̄m ꝑ liberū arbitriū voluntatis poterat tēdere ī bonum summū. vel ꝯuerti ad bonū priuatum. lucifer sue pulchritudinis ⁊ latitudinis ꝯsideratione excitatus ad se diligēdū ⁊ suū priuatū bonū: ꝓsumpsit de altitudine habita: ⁊ ambiuit excellentiā ꝓpriam. non tamen obtentā.

ac per hoc preſumendo conſtituit ſe ſibi principium ſummum in ſeipſo gloriando ⁊ ambiendo: conſtituit ſe ſibi ſummū bonū in ſeipſo quieſcendo. Cum autem ipſe nec eſſet ſummum principiū: nec ſummū bonum: neceſſe fuit vt inordinato aſcenſu appetito: deſcenſu rueret pari ratione, ⁊ omnes in hoc conſentientes. Et quia non est dedecus peccati ſine decore iuſticie. ideo ſtatim cum cecidit in peccatum cum ceteris adherentibus ſibi: perdidit locū ſummum. ſcilicet celum empyreū: deſcendens ad imū. ſcilicet caliginoſum aerem vel infernum. ita quod lapſus in culpam fuit per liberū arbitriū: lapſus vero in penam per diuinum iudicium. Et quia immutabilitatem habuit poſt electionem. ideo ſtatim obſtinatus eſt in malo ⁊ per hoc excecatus a vero, ⁊ deordinatus eſt in operatione: ⁊ infirmatus in virtute. ideo voluntas eius impia. ⁊ actio auerſa a deo: conuerſa eſt ad hominis odium ⁊ inuidiam. ⁊ perſpicacitas rationis a vero lumine excecata: conuerſa eſt ad deceptiones per diuinationes ⁊ cautelas. ⁊ officioſitas in miniſtrando a vero miniſterio amota: conuerſa eſt ad temptamenta: ⁊ virtuoſitas immutata ⁊ coartata quantū permittitur: conuertitur ad miracula facienda per tranſmutationes repentinas quas facit circa corporeas creaturas. Et quia hec omnia ſunt deordinata per voluntatem deprauatam per ſuperbiā. ideo hec omnia conuertit ad fomentum ſue ſuperbie: querens ab hominibus coli ⁊ honorari ad modum dei. Hinc eſt quod omnia male agit que tamen iuſto iudicio deus permittit ad vindictam malefactorum. laudem vero bonorum. ſicut apparebit per finale iudicium.

Capitulum viij.

De confirmatione bonorum angelorum.

d. E confirmatione vero bonorū angelorū tenendū eſt quod ſicut angeli a deo auerſi ſtatim ſunt obſtinati per impenitentiā. ſic angeli ad deum conuerſi ſtatim fuerunt confirmati per gratiam ⁊ gloriam in voluntate. perfecte illuminati in ratione ſecundum cognitionem matutinam ⁊ veſpertinam. perfecte fortificati in virtute: ſiue motiua ſiue operatiua. perfecte ordinati in operatione. ſiue contemplatiua ſiue miniſtratiua. ⁊ hoc ſecundum triplicem hierarchiam. ſcilicet ſupremā: mediā ⁊ infimam. Ad ſupremā autem ſpectant throni: cherubin ⁊ ſeraphin. Ad mediā autem dominationes virtutes: poteſtates. Ad infimā vero principatus: archangeli: ⁊ angeli. ex quibus plurimi ſunt in miniſterium miſſi. ⁊ ad cuſtodiā hominum deputati. quibus miniſtrant purgando: illuminando ⁊ perficiendo ſecundum imperiū voluntatis dei. Ratio autem ad intelligentiā predictorum hec eſt. Quia cum angeli propter expreſſam ſimilitudinē ⁊ propinquitatē ad primū ⁊ ſummū principium habeant intellectū deiformem ⁊ mutabilitatem poſt conſenſum ex libertate arbitrij: omnia ſuperueniente gratia ad ſummū bonum conuerſi: cum totaliter in deum tenderent. per gloriam fuerunt confirmati pariter ⁊ perfecti. ideo quantū ad voluntatem fuerunt ſtabiles ⁊ felices. quantū ad rationem perſpicaces. ita vt non tantū cognoſcerent res in proprio genere: ſed etiam in ipſa arte eterna. ac per hoc non tantū haberent cognitionē veſpertinam. ſed etiā matutinā: vel etiam diurnā propter diuine lucis plenitudinē ⁊ omnimodā paritatē. reſpectu cuius omnis creatura merito poteſt dici tenebra. Quantū autem ad virtuoſitatem perfecte fortificati ſunt in imperando ſiue in exequendo: ſiue in contemplando: vel aſſumpto corpore vel etiam nō aſſumpto. Quantū vero ad operationem perfectiſſime ordinati vt iam non poſſint deordinari. nec aſcendendo ad contemplationem dei. nec deſcendendo ad miniſtrandum homini. quia cum deum facie ad faciem contemplentur: quocunque mittantur intra deum currunt. Aguntur enim ⁊ agunt ſecundum ordinem hierarchicum in eis initiatum per naturam: ⁊ conſummatum per gloriam: que ſtabiliendo liberi arbitrij vertibilitatem illuſtrauit

perſpicacitatē. ordinauit officioſitatem: ⁊ roborauit virtutē ſm quattuor attributa ſuperius nominata. Perſpicacitas aūt rationis in contemplādo aut principaliter reſpicit ad maieſtatē diuinā venerandā. aut ad veritatē intelligendā. aut ad bonitatē deſiderandā: ⁊ ſm hoc ſunt tres ordines in prima hierarchia. ſ. throni. ad quos ſpectat reuerētia. cherubin: ad quos ſapiētia: ⁊ ſeraphin ad quos ſpectat beniuolentia. Ad perfectam aūt virtuoſitatē ſpectat virtus imperatiua: virtus executiua. ⁊ virtus expeditiua. Prima ad dn̄ationes. ſcd̄a ad virtutes. tertia vero ad poteſtates ſpectat. quarū eſt arcere poteſtates ↄtrarias. Ad perfectam vero officioſitatem ſpectat regere: reuelare: ⁊ releuare. Primū eſt principatuū. ſcd̄m archangeloꝝ. tertium angeloꝝ. q: cuſtodiūt ne ſtantes cadant: ⁊ cadentes adiuuant vt reſurgāt. Et ſic patet q hec oīa ſunt in beatis angelis ſm plus ⁊ minus gradatim a ſuperioribus deſcendendo vſq₃ ad ima. Ordo autem denoīari debꝫ ab eo qd̄ excellentius accipit in munere.

## Capitulū ix.

De productione hoīs quantū ad ſpm̄.

Post naturā vero corporeā ⁊ incorporeā: dicenda ſunt aliqua de natura ex vtriſq₃ cōpoſita. primo ex parte mentis. ſcd̄o ex parte carnis. tertio ex parte totius hoīs. De aīa igitur rōnali hec in ſūma tenenda ſunt ſm ſacram doctrinā. ſ. q ipſa eſt forma ens: viuens: intelligēs: ⁊ libertate vtens. Forma quidem ens: non a ſeipſa. nec de diuina natura. ſed a deo de nihilo per creationem in eſſe deducta. Forma aūt viuens non ex natura extrinſeca: ſed ſeipſa. nō vita mortali ſed vita perpetua. Forma vero intelligens: non tantum creatā. ſed etiam creatricem eſſentiam. ad cuius imaginē facta eſt per memoriā: intelligentiam ⁊ voluntatem: Forma libertate vtens. q: ſemper eſt libera a coactione. A miſeria vero ⁊ coactione liberā fuit in ſtatu innocentie. licet nō in ſtatu nature lapſe. Hec autem libertas a coactione: nihil aliud eſt q̄ꝫ facultas voluntatis ⁊ rationis. que ſunt potentie anime principales. Ratio autem ad intelligentiam predictoꝝ hec eſt. Quia cum primū principium ſit beatiſſimū ⁊ beniuolentiſſimū: ideo pro ſumma beniuolentia: beatitudinem ſuā cōmunicat creature. non tantum ſpirituali ⁊ proxime: ſed etiam corporali ⁊ longinque. Corpali tamen ⁊ longinque cōmunicat mediate. q: lex diuinitatis hec eſt vt infima per media reducant ad ſumma. Et ideo nō tantum ſpm̄ angelicum ⁊ ſeparatū fecit beatificabilem: ſed etiam ſpm̄ ↄiunctam ſcꝫ humanū. Eſt igit anima rōnalis forma beatificabilis. Et q: ad beatitudinis pmiū peruenire non eſt glorioſum niſi per meritū: nec mereri ↄtingit niſi in eo qd̄ voluntarie ⁊ libere fit. ideo anime rationali libertatem arbitrij dari oportuit per remotionē omnis coactionis. q: h eſt de natura voluntatis vt nullatenus poſſit cogi: licet per culpam miſera efficiat ⁊ ſerua peccati. Rurſus q: forma btificabilis eſt capax dei per memoriā: intelligentiā ⁊ voluntatē: ⁊ hoc eſt eſſe ad imaginem trinitatis ppter vnitatē in eſſentia ⁊ trinitatē in potentijs. ideo animā hoīs neceſſe fuit eē intelligentē deū ⁊ omnia: ac per hoc imagine dei inſignitā. Et q: nihil beatū poteſt beatitudinē amittere. nihil poterat eſſe beatificabile niſi eſſet incorruptibile ⁊ immortale. neceſſe igit fuit aīam rōnalem imortali vita de ſui natura eſſe viuentem. Poſtremo q: omne qd̄ ab alio beatificabile eſt ⁊ imortale eſt mutabile ſm bene eſſe: ⁊ incorruptibile ſm eſſe: ideo anima nec a ſe eſt nec de diuina natura. q: mutabilis. nec producta de aliquo nec p naturā generata. q: eſt imortalis ⁊ incorruptibilis. ⁊ ita hec forma nō pōt p generationē in eſſe introduci. q: om̄e naturaliter generabile eſt naturalr̄ corruptibile. Ex his apparet qualiter finis btitudinis neceſſitatē imponit pdictaꝝ ↄditionū ipſi aīe ad beati-

moueri ordinate. Quoniã aũt vt beatificabilis eſt ĩmortalis. ideo cũ vnit corpori mortali põt ab eo ſeparari. ac per hoc nõ tantũ forma eſt verũetiã hoc aliquid. ⁊ iõ non tñ vnit corpori vt pfectio: verũetiã vt motor. ⁊ ſic pficit p eſſentiã. qꝛ mouet pariter p potentiã. Et qm̃ ipſa non tñ dat eſſe. veruetiã viuere ⁊ ſentire ⁊ intelligere. ideo potentiã habet vegetatiuã ⁊ ſenſitiuã ⁊ intellectiuã. ita qꝛ p potentiã vegetatiuã generat. nutrit ⁊ augmentat. generat vt quid: nutrit vt quale: augmentat vt quantũ. Per ſenſitiuã vero apprehendit ſenſibilia. retinet apprehẽſa cõponit ⁊ diuidit retenta. Apprehendit quidẽ per ſenſitiuam exteriorẽ quinqꝫ partitã ſm correſpondentiam ad quinqꝫ mundi corpa principalia. retinet p memoriã: componit ⁊ diuidit per phãtaſiam. que eſt prima virtus collatiua. Per intellectiuã aũt diſcernit verũ. refugit malũ ⁊ appetit bonũ. Verũ quidem diſcernit p rõnalẽ: malũ repellit p iraſcibilẽ: bonũ appetit p ꝯcupiſcibilẽ. Rurſus qꝛ diſcretio eſt veri cognitio. fuga ⁊ appetitus eſt affectio. iõ tota aĩa diuidit in cognitiuã ⁊ affectiuam. Amplius qm̃ cognitio veri eſt duplex. vel veri vt veri. vel veri vt boni. ⁊ hoc vel eterni qđ eſt ſupra aĩam. vel tpalis qđ ẽ infra. hinc eſt qꝛ potẽtia cognitiua vtpote intellectus ⁊ rõ diuiduntur. ita qꝛ intellectus in ſpeculatiuũ ⁊ practicũ. rõ in ſupiorẽ portionem ⁊ inferiorẽ. que potius noĩant diuerſa officia qꝫ diuerſas potẽtias. Poſtremo qm̃ appetitus dupliciter põt ad aliqđ ferri. ſ. ſm naturalẽ inſtinctũ: vel ſm deliberationem ⁊ arbitriũ: hinc eſt qꝛ potẽtia affectiua diuidit in voluntatẽ naturalẽ ⁊ voluntatẽ electiuã: que pprie volũtas dicit. Et qm̃ talis electio indifferẽs eſt ad vtrãqꝫ partẽ. iõ eſt a libero arbitrio. Et qm̃ hec indifferentia ꝯſurgit ex deliberatione pambula ⁊ volũtate adiũcta. hinc eſt qꝛ liberũ arbitriũ eſt facultas rõnis ⁊ voluntatis. ita qꝛ ſicut dicit aug⁹. oẽs predictas rõnales potẽtias comprehendit. Ait enim. Cum de libero arbitrio loqmur: non de parte aĩe loquimur ſed certe de tota aĩa. Ex ꝯcurſu nãqꝫ illaꝝ potẽtiaꝝ rõnis ſupra ſeipſam redeuntis. ⁊ voluntatis ꝯcomitantis: conſurgit integritas libertatis. que eſt principium meriti vel demeriti: ſm electionem boni vel mali.

## Capitulũ x.

¶ De pductione hoĩs quantũ ad corpus.

De corpe aũt humano in ſtatu prime ꝯditionis tenẽda ſunt hec ſm doctrinã fidei orthodoxe. videlicet qꝛ corpus pmi hoĩs ſic ꝯditũ fuit: ⁊ de limo terre formatum. vt tñ eſſet aĩe ſubiectum. ⁊ ſuo mõ pporcionabile. pporcionabile inquam quantũ ad ꝯplexionem equalẽ. quantũ ad organizationẽ pulcherrimã ⁊ multiformẽ: ⁊ quantũ ad ſtature rectitudinẽ. Subiectũ autem vt eſſet obtẽperãs ſine rebellione: eſſet etiã ppagãs ⁊ ppagabile ſine libidine. eſſet vegetabile ſine defectione. eſſet ⁊ imutabile ad oĩmodã incorruptionẽ. nõ interueniente morte. ⁊ ſm hoc datus eſt ſibi locus paradiſi terreſtris in habitationẽ trãquillã. Formata eſt mulier de latere viri in ꝯſortiũ ⁊ adiutoriũ ad ppagationẽ ĩmaculatã. Datum eſt lignũ vite ad vegetationẽ ꝯtinuam. ⁊ tandẽ ad ĩmutationẽ perfectã: p imortalitatẽ perpetua. ¶ Ratio aũt ad intelligentiam predictoꝝ hec eſt. Quia cũ primũ principium ſit in producẽdo potentiſſimũ ſapientiſſimũ ⁊ optimũ. ⁊ in oĩbus effectibus ſuis hoc aliquo mõ manifeſtet. potiſſime debuit hoc manifeſtare in vltimo effectu ⁊ nobiliſſimo cuiuſmodi eſt hõ: quẽ inter ceteras creaturas pduxit vltimo. vt in hoc potiſſime appareret ⁊ reluceret diuinoꝝ operꝝ ꝯſummatio. ¶ Vt igit in hoie manifeſtaret dei potentia. iõ fecit eũ ex naturis maxime diſtantib⁹: ꝯiunctis in vna pſonam ⁊ naturã. cuiuſmõi ſunt corpus ⁊ anima. quarũ vnũ eſt ſubſtantia corpea. alterũ vero ſcꝫ anima ſubſtãtia ſpiritualis ⁊ incorporea. que diſtant maxime in

genere ſubſtantie. ¶ Ut vero ibidē manifeſtaret dei ſapiētia: fecit tale corpus qđ ꝓportionem ſuo modo haberet ad aiam. Quō ergo corpus vniret aīe vt perficiēti ⁊ mouēti: ⁊ ad beatitudinē ſurſum tendēti. ideo vt conformaret aīe viuificanti: habuit cōplexionem equalē nō a pondere vel mole. ſed ab equalitate naturalis iuſticie. que diſponit ad nobiliſſimū modū vite. Ut aūt ꝯformaret mouēti per multiformitatē potentiarū: habuit multiformitatē organorū cum ſumma venuſtate ⁊ artificioſitate ⁊ ductibilitate: ſicut patet in facie ⁊ in manu. que eſt organum organorū. Ut aūt ꝯformaret anime ſurſum tendēti ad celum habuit rectitudinem ſtature: ⁊ ſurſum erectum caput. vt ſic corporalis rectitudo atteſtaret rectitudini mentali. ¶ Poſtremo vt in hoīe manifeſtaret dei bonitas ⁊ beniuolentia: ideo fecit hoiem abſqꝫ omni macula ⁊ culpa: ⁊ abſqꝫ omni pena ſiue miſeria. Cum enim primū principium ſimul ſit optimū ⁊ iuſtiſſimū. q: optimū non debuit facere hominē niſi bonū. ac ꝑ hoc innocentē et rectum. Quia vero iuſtiſſimū non debuit īfligere penā ei qui nullum omnino habebat peccatū. ac ꝑ hoc illi anime rationali tale corpus conſtituit. qđ ſibi eſſet ita obtemperans vt nulla eſſet in eo pugna rebellionis. nulla pronitas libidinis. nulla imminutio vigoris. nulla corruptio mortis. Ita etiā eſſet anime conforme: vt ſicut anima erat innocens: ⁊ tamen poterat cadere in culpam. ſic corpus eſſet impaſſibile ⁊ tamen poſſet cadere in penam. ⁊ ideo poterat non mori: ⁊ poterat mori. poterat habere ſufficientiā ⁊ poterat habere indigentiā. poterat obtemperare: ⁊ poterat habere rebellionem ⁊ pugnā. Et propterea in ſtatu illo corpus erat tale: vt ab eo fieret deciſio ſeminalis ad propagationē prolis. per amminiculū ſexus muliebris pariter ꝯprincipiantis. Fieret etiam humoris nutrimentalis conſumptio per actionem caloris. Fieret nihilominus reſtauratio per alimentum lignorum paradiſi. reſtaurato ſeu preſeruato per lignum vite humido radicali. qđ quidem lignum hanc virtutem habuit. quam vt dicit Aug. fuit non ſolum in cibum verūetiam in ſacramentum. Incorruptio igitur ⁊ immortalitas corporis adeo principaliter veniebat ab aīa. ſicut a continente ⁊ īfluente. a corporis bona ⁊ equali complexione: ſicut a diſponente ⁊ ſuſcipiente. a ligno autem vite ſicut a vegetante ⁊ amminiculante a regimine: vero diuine prouidentie ſicut interius conſeruante ⁊ exterius protegente.

## Capitulū xi.

¶ De productione hominis quantum ad totum coniunctum.

Poſito autem homine in paradiſo collocato hec tenenda ſunt. vꝫ q: datus eſt ei duplex ſenſus. ſcꝫ interior ⁊ exterior. ſcꝫ mentis ⁊ carnis. Datus eſt ei duplex motus. ſcilicet imperatiuus in voluntate. ⁊ executiuus in corpore. Datum eſt ei duplex bonum vnum viſibile: ⁊ alterum inuiſibile. Datum eſt ei duplex preceptum. ſcilicet nature ⁊ diſcipline. Preceptū nature. Creſcite ⁊ multiplicamini. Preceptum diſcipline. De ligno ſcientie boni ⁊ mali ne comedas. Iuxta que datum eſt ſibi quadruplex adiutorium. ſcilicet ſcientie: conſcientie: ſynderesis ⁊ gratie. ex quibus ſufficienter habuit vt poſſet ſtare in bono ⁊ proficere. ⁊ a malo cauere ⁊ declinare. ¶ Ratio autem ad intelligentiam predictorū hec eſt. Quia primum principium fecit mundum iſtum ſenſibilem ad declarandum ſeipſum. videlicet vt homo per illum tanquā per ſpeculum et veſtigium reduceretur in deum artificem amandum ⁊ laudandum ⁊ ſm hoc duplex eſt liber. vnus. ſcilicet ſcriptus intus. qui eſt dei eterna ars ⁊ ſapientia. ⁊ alius ſcriptus foris. ſ. mundus ſenſibilis. Cum igitur eſſet vna creatura que ſenſum habebat intus ad cognitionē libri interioris: vt angelus: ⁊ alia q̄ totū ſenſū habebat foris: vt qđlibet animal

buturi: ad perfectionem vniuerſitatis de‑buit fieri creatura que hoc ſenſu duplici eēt pdita: ad cognitionem libri ſcripti intus ⁊ fo‑ris. i. ſapientie ⁊ ſui opis. Et q: in xp̄o ſimul ꝯcurrit eterna ſapientia ⁊ eius opus in vna perſona. ideo dicitur liber ſcriptus intus et foris ad reparationē generis humani. Et q: cuilibet ſenſui corrn̄det motus. ideo duplex eſt hoī datus motus. Unus ſm̄ inſtinctum rōnis in mente. alius ſm̄ inſtinctū ſenſualita‑tis in carne. Primi eſt imparē. ſcdi vero eſt obtemperare ſm̄ rectū ordinē. Qn̄ aūt fit econuerſo: tunc rectitudo ⁊ regimē aīe pre‑cipitatur de ſtatu ſuo. Et q: cuilibet motui ⁊ ſenſui rn̄det appetitus ad aliqđ bonū. iō du‑plex bonū preparatū eſt hoī. vnū ſc3 viſibile ⁊ alteꝝ inuiſibile. vnū tpale ⁊ aliud eternū. vnū carni ⁊ alteꝝ ſpiritui. Ex his aūt bonis deus vnū dedit. alteꝝ ꝓmiſit. vt vnū gratis poſſideret alteꝝ vero p meritū acquireret. Et q: fruſtra bonum daē niſi cuſtodiaē. fru‑ſtra ꝓmittiē niſi ad ipſum perueniatur. ideo duplex fuit preceptū hoī datū. ſ. vnū nature ad cuſtodiendū bonū datū. aliud diſcipline ad ꝓmerendū bonū ꝓmiſſū. qđ nullo mō poterat mereri melius q̄3 p merā obedien‑tiā. Obedientia aūt mera eſt qn̄ preceptum ex ſe ſolo obligat: nō ex aliqua cauſa alia. ⁊ tale dicitur preceptū diſcipline. q: per ipſu3 diſciē quanta ſit virtus obedientie q̄ ſuo me‑rito ducit ad celū. ſuo aūt demerito ꝓcipitat in infernū. Nō ergo datū eſt illud mandatū hoī ꝓpter indigentiā aliq̄3 quā deus habe‑ret de humano obſequio. ſed ad dandā viā merendi coronā p merā ⁊ voluntariā obe‑dientiā. Et qm̄ hō rōne nature deſectiue ex nihilo formate: nec p gloriā ꝯfirmate: pote‑rat cadere: benigniſſimus deus quadruplex ꝯtulit ei adiutoriū. ſ. duplex nature ⁊ duplex gratie. Duplicē enim indidit rectitudinē ipſi nature. vic3 vnā ad recte iudicandū: ⁊ hec eſt rectitudo ꝯſciētie. Aliā ad recte volēdū. ⁊ hec eſt rectitudo ſynderēſis. cuius eſt re‑mur murare ꝯtra malū ⁊ ſtimulare ad bo‑num. Duplicē etiā ſupaddidit perfectione3 grē. vnā gratie gratis date: que fuit ſcia illu‑minans intellectū ad cognoſcendū ſeipſum ⁊ deū ſuū ⁊ mundū iſtū: qui factus fuerat ꝓ‑pter ipm̄. Aliā vero gratie gratū facientis: que fuit charitas habilitans affectū: ad dili‑gendū deū ſup omnia: ⁊ ꝓximū ſicut ſeipm̄. Et ſic ante lapſum hō perfecta habuit natu‑ralia ſupueſtita nihilominus gratia diuina. Ex quo manifeſte colligiē q ſi cecidit non aliunde fuit niſi ex ſua culpa quia obedire contempſit.

Capitulū xij

¶ De complectione ⁊ ordine totius mun‑di conſummati.

Ex predictis colligi pōt q creatura mundi eſt quaſi quida3 liber i quo relucet repreſentaē ⁊ legiē trinitas fabricatrix ſm̄ triplicē gradū expreſſionis. ſ. p modū veſtigij reperiē in creaturis oībus. ratio imaginis ſolum in intellectualibus ſiue ſpiritibus rationalibus. ⁊ rō ſimilitudinis in ſolis deiformibus. ex quibus quaſi per quoſ‑dam ſcalares gradus natus eſt intellect⁹ hu‑manus gradatim aſcēdere in ſummū princi‑piū qđ eſt deus. ¶ Ratio aūt ad intelligen‑tiā predictoꝝ hec eſt. Quia cū omnes crea‑ture reſpectū habeant ⁊ dependentiā ad ſuū creatorē tripliciter poſſunt ꝯpari ad ipm̄ ſc3 aut ſicut ad principiū creatiuū. aut ſicut ad obiectū motiuū. aut ſicut ad donū inhabita‑tiuū. Primo mō ꝯpaē ad ipſum ois eius ef‑fectus. ſcđo modo oīs intellectus. tertio mō omnis ſpiritus iuſtus ⁊ deo acceptus. Ois enim effectus q̄ntūcunq3 paꝝ habens de eē habet deum ſicut principiū. Ois intellectus quantūcunq3 paꝝ habens de lumine: natus eſt: per cognitionem ⁊ amorē deum capere. Ois ſpūs iuſtus ⁊ ſanctus h3 donū ſpūſſan‑cti infuſum ſibi. Et qm̄ creatura habere non pōt deū ſicut principiū. quin ꝯfigureē ei ſm̄ vnitatē: veritatem: ⁊ bonitate3. nec deū ſicut

obiectum: quin eum capiat per memoriam: intelligentiam et voluntatē. nec deū ſicut donum infuſum: quin ꝯfiguretur ei p fidē: ſpem et charitatē: ſiue per triplicē dotē. Et prima ꝯformitas eſt longinqua. ſcd̄a ꝓpinqua. tertia ꝓxima. Hinc eſt q̄ prima dicit̄ veſtigiū trinitatis. ſcd̄a imago. tertia ſimilitudo. Eſt igit̄ ſpūs rōnalis medius inter primā et vltimā: ita q̄ primā habet inferius: ſecundā interius: tertiā ſuperius. Et iō in ſtatu innocentie cū imago nō erat viciata ſed deiformis p grām effecta: ſufficiebat liber creature in q̄ ſeipm̄ exerceret hō ad ꝯtuendū lumen diuīe ſapientie. vt ſic ſapiens eſſet cum vniuerſas res videret in ſe. videret in ꝓprio genere. videret in arte ſm̄ q̄ tripliciter habent eē res ſcʒ in materia vel in natura propria: in intelligentia creata. et in arte eterna. Scd̄m que tria dicit ſcriptura. dixit deus fiat: fecit et factum eſt ita. Propter quā etiam triplicē viſionem accepit homo triplicem oculū: ſicut dicit hugo de ſancto victore. ſcʒ carnis rōnis et ꝯtemplationis. Carnis quo videret mundum et ea que ſunt in mundo. Oculum rationis quo videret animū et ea que ſunt in animo. Oculum contemplationis quo videret deum et ea que ſunt in deo. Et ſic oculo carnis videret homo ea que ſunt extra ſe. oculo rationis ea que ſunt intra ſe. oculo cōtemplationis ea que ſunt ſupra ſe. Qui q̄dē oculus contemplationis actū ſuū non habet perfectum niſi per gloriam quā amittit per culpam. recuperat autem per grām et fidem et ſcripturaꝝ intelligentiā: quibus mens humana purgatur: illuminatur et perficitur ad celeſtia contemplāda. ad que lapſus homo peruenire nō poteſt: niſi prius defectus et tenebras proprias recognoſcat. qḋ non facit niſi ruinam humane nature diligenter conſideret et attendat.

Finit ſecunda pars.

¶ Incipit tertia pars ꝺ corruptela peccati. Capitulū primū.

¶ De origine mali in communi.

Pre determinatis igit̄ breuiter aliq̄bus de trinitate dei et creatura mundi. reſtat nūc aliqua breuiter tangere de corruptela peccati. De qua tenendū eſt in ſumma q̄ peccatū non eſt eſſentia aliqua: ſed defectus et corruptela. q̄ ſcʒ corrūpit̄ modus ſpēs: et ordo: in volūtate creata. Ac per hoc peccati corruptio eſt ꝯtraria ipſi bono. Nō m̄ hʒ eſſe niſi in bono. nec ortum trahit niſi a bono. Qḋ q̄dem bonū eſt liberū arbitriū volūtatis. Et ipm̄ nec eſt ſumme malū: cū poſſit velle bonū. nec ſūme bonum cū poſſit declinare in malū. ¶ Ratio aūt ad intelligentiā predictoꝝ hec eſt. Quia primū principiū cū ſit ens a ſeipo: nō ab alio neceſſe eſt q̄ ſit ens ꝓpter ſeipm̄. ac per hoc ſumme bonū: nullū ꝓrſus habens defectū. Nō eſt igit̄ aliq̄d neceſſe pōt qḋ ſit primū et ſumme malū. q: principiū primū dicit ſummū ꝯplementū: et ſumme malū dicit defectū ꝑmaximū. Cū ergo primū principiū vt ſūme ens et ꝯpletū: nec in eſſendo: nec in operando deficere pōt. nec ſumme malū eſt: nec aliqḋ malū eſt. nec aliquo mōmalū principiare poteſt q: cū oīpotens eſt pōt bonū de nō eſſe in eſſe deducere. etiā ſine amminiculo alicuius materie. Quod et fecit cū creaturam finxit. cui dedit eſſe: viuere: intelligere et velle. Que quidē q: a ſūmo bono fuit ſm̄ triplicis cauſe habitudinē. oportuit q̄ haberet in ſua ſubſtātia et volūtate modū ſpeciē et ordinē. Nata ergo fuit agere opa ſua a deo ſm̄ deū et ꝓpter deū. et hoc ſm̄ modū: ſpēm et ordinē ſibi inſitū. Sed q: de nihilo fuit et defectiua. potuit deficere ab agēdo propter deū. vt ſ. aliq̄d faceret ꝓpter ſe. nō ꝓpt̄ deū. ac ꝑ hoc nec a deo. nec ſm̄ deū. et hoc ē peccatū. qḋ eſt modi: ſpēi et ordinis corruptiuū. Quod q: defectus eſt: nō hʒ cauſaʒ efficien

tenit. ſꝫ deficiéte vꝫ defectiuꝫ volūtatꝫ create. Qꝛ vo corruptio ē: ⁊ nō niſi boni: ⁊ oīs corruptio in re corruptibili eſt: iō nō niſi i bono eſt. ac per hoc cū voluntas libera corrūpit i ſeipſa modū ſpēm ⁊ ordinē: deficiendo a vero bono: peccatū oē inquantū hmōi ē a voluntate ſicut a prima origine. ⁊ eſt in voluntate ſicut in ꝓprio ſubiecto. qđ quidē facit voluntas q̄ſi ſua defectibilitate: mutabilitate et vertibilitate: ſpreto bono indeficiēte ⁊ incōmutabili inheret bono ꝯmutabili. Ex quib⁹ colligitur ꝙ peccatū nō eſt appetitio malaꝝ reꝝ: ſed deſertio melioꝝ. ⁊ ideo in appetitu voluntatis eſt modi: ſpeciei ⁊ ordinis corruptiuū. ac per hoc adeo voluntariū: ꝙ ſi non eſt voluntarium iam non eſt peccatuꝫ. His autem p̄intellectis: manifeſte cadit impietas manicheorum: ponentium ſummuꝫ malum omnium maloꝝ principium primum. Apparet etiam que ſit mali origo. ⁊ quid ſit mali ſubiectum.

Capitulū iij.

¶ De primoꝝ parentū tentatione.

Ad intelligendū autem qualiter corruptela peccati intrauit in mundū. cōſiderare oportet lapſum primi parentis. traductionē culpe originalis. ⁊ ortum ſiue radicē peccati actualis. Circa lapſuꝫ igitur primi parentꝫ hec tria nobis occurrunt ꝯſideranda. ſ. tētatio diabolica. culpa ꝯmiſſa ⁊ pena inflicta. Hec igit̄ de tentatione ſunt tenēda. vꝫ ꝙ cū dyabolus hoīem vidiſſet i ſtatu paradiſi in ſexu duplici. ſ. virili ⁊ muliebri. diabolus inuidens hoīi aſſumpta ſpecie ſerpentina aggreſſus eſt mulierē. primo querendo cur precepit vobis deus [illegible] ſcđo aſſerendo dicens nequaquā moriemini. tertio ꝓmittendo. eritis ſicut dij ſcientes bonū ⁊ malū. volens iſta tentatione deijcere mulierem infirmiorē ⁊ per illā poſtea ſupplantare ſexū virilē. qđ ⁊ fecit deo permittente. ¶ Rō autē ad intelligētiā p̄dictoꝝ hec eſt. Qꝛ ſicut primū principiū eſt potētiſſimū in operādo [illegible] ſic etiā ē rectiſſimū in gubernando. ⁊ iō ſic res quas ꝯdidit adminiſtrat vt eas agere ꝓprios motus ſinat. Quia igit̄ hō ſic factus erat vt p victoriā pugne ꝑueniret ad p̄miū glorie [illegible] tentationi ſuccūbere: debuit ſiñ hoīem ꝑmittere tentari ab eo qui ſciret poſſet ⁊ vellet. Quia ergo diabolus q̄ primo erat ſciēs ⁊ rectus. p ſupbiā cadēdo factus eſt verſutus ⁊ inuidus. iō p inuidiā tētare volebat: ⁊ p aſtutiam ſciebat. ⁊ ideo tētauit iuxta qđ potuit ⁊ deus ꝑmiſit. Qꝛ igit̄ in tentādo ſpēm ſerpentinā aſſūpſit: hoc diſpēſationis diuine fuit. vt nō ſolū dephendi eius verſutia poſſet verū etiā vt ex illa effigie verſutia diabolica in tētando cunctis filijs ade innoteſcere poſſet. Rurſus qꝛ tentauit de p̄cepto diſcipline ħ ſimiliter fuit diſpēſationis diuine: vt ſiue vinceret ſiue vinceretur cunctis innoteſceret meritū obedientie. ſiue demeritū inobedientie. Qꝛ aūt incepit a muliere hoc fuit ꝟſutie ſue: qꝛ facilius eſt deijcere minus fortē. Unde ⁊ verſutia hoſtis ex infirmiori parte aggredit̄ ciuitatē. Silr modus quo in tentatiōe ꝓceſſit maxime verſutie fuit. qꝛ experiendo: impellendo ⁊ alliciēdo ꝓceſſit. Experientiā enī ſumpſit in interrogatione. ipulit in aſſecuratione allexit aūt in ꝓmiſſione. Primo enim interrogauit de cauſa mandati: vt rōnem duceret in dubiū. Scđo aūt dubitatione habita: ne fortē moueretur aſſecurauit [illegible] ceret in p̄cipitiū. Tertio ꝓmiſit vt [illegible] in appetitū. ⁊ ſic his tribus [illegible] dis liberum arbitrij traheret ad ꝯſenſum [illegible] facultas eſt rōnis ⁊ voluntatis. [illegible] vires. ſ. rōnalē iraſcibilē ⁊ ꝯcupiſcibilē. reſpectu quarū [illegible] triplex appetibile. ſ. ſciētiā que eſt appetibilis rōnali p excellentiā ad modū dei que eſt appetibilis iraſcibili [illegible] per ſuauitatē ligni que eſt appetibilis concupiſcibili. ⁊ ſic tentauit omne qđ erat i homine [illegible] omne illud qđ poteſt [illegible] in tentationē induci. quod eſt triplex appetibile mūdi ſcilicet ſm concupiſcentiam carnis. concupi

ſcentiam oculorum ⁊ ſupbiam vite. ſm̄ que tria attenditur omnis tentatōnis origo ſiue a mūdo ſiue a carne: ſiue a diabolo.

## Capitulū iij.

¶ De primorum parentum tranſgreſſione.

De culpa vero primoꝝ parentū ſunt hec tenenda. ſ. q̄ mulier aſſentiens tentationi diabolice appetijt ſciām ⁊ excellentiā ad modū dei appetijt nihilominus experiri ſuauitatē ligni vetiti. ⁊ tandē incidit in tranſgreſſionē mandati. Nec his cōtenta: offerendo fructum ligni vetiti induxit virū. qui nolēs ſuas delici cōtriſtare: mulierem nō corripuit ſed potius ɔſenſum ꝓbuit male ſuadenti. ⁊ oblatū pomū guſtādo effectus eſt tranſgreſſor diuini p̄cepti. ¶ Rō aūt ad intelligentiā ꝓdictoꝝ hec eſt. Quia cū a primo principio: vt ꝓdictum fuit: datus eſſet hoi duplex ſenſus ⁊ appetitus reſpectu duplicis libri. ⁊ reſpectu duplicis boni. vt ſ3 libertatē arbitrij hō poſſet ad vtrūq3 ɔuerti. mulier audita ſuggeſtione ſerpentis exterioris nō recurrit ad librū interiorē. qui legibilem ſe ꝓbet recto iudicio rōnis. ſed potius ſenſum ſuū circa exteriorē libꝝ tenuit. ⁊ circa exterius bonū negociari cepit. Et q2 ſenſus eius nō acceſſit vſq3 ad veꝝ infallibile: appetitus eius ɔuerti cepit ad bonum ɔmutabile. Appetijt igit̄ quod diabolus ꝓmiſit: ⁊ ideo ɔſenſit vt faceret qd̄ ſuggeſſit. Appetēdo igit̄ excellentē ſciām erecta eſt in ſuperbiā. ⁊ erecta in ſupbiā hoc ipſo illecta eſt ad gulā. ac per hoc tertio ꝓſtrata ē p inobedientiā. Primū fuit in mente. ſcd̄m in ſenſualitate. tertium in ope. ⁊ ſicut tentatio ab inferiori incipiens puenit vſq3 ad ſummū. q2 ab auditu p appetitū puenit ad ɔſenſum. ſic ecōuerſo deordinatio a ſupiori incipiēs puenit vſq3 ad intimū. ⁊ fecit vnū peccatū ɔſūmatū qd̄ i humana natura eſt oīs peccati initium ⁊ origo maloꝝ. Nā mulier illecta illexit virum q ſimiliter ad libꝝ exteriorē ɔuerſus ⁊ ab bonū ɔmutabile: nimis appreciando mulieris ɔſortium ⁊ ſue ſocietatis ſolacium. nec mulierem voluit corripere: nec ꝓprias delicias cōtriſtare. Et qm̄ debuit eam corripere ⁊ non corripuit. idcirco imputatur ei peccatū mulieris. Quia vero noluit ſuas delicias contriſtare: eā ſe repellendo mulierē: incipit nimiū diligere ſeipm̄: ac per hoc recedēs a diuina amicitia: incidit in gulā ⁊ inobedientiā. Fuit ergo tranſgreſſio p̄cepti vtriuſq3 cōmunis. licet ex alia ⁊ alia cauſa. q2 nō vir ſed mulier fuit ſeducta. In vtroq3 tñ. ſ3 viro ⁊ muliere fuit deordinatio a ſummo vſq3 ad imum. q2 primo in mente fuit ſiue in ratione. deinde i ſenſualitate. ⁊ poſtremo in opere. Ideo eni3 vterq3 proſtratus fuit per inobedientiā. ⁊ intellectus per gulā. quia vterq3 erectus fuit in ſuperbiā. Mulier quidē appetēdo ⁊ ambiendo: quod nondum acceperat. vir autē nimis amando ⁊ appreciando qd̄ iam habebat. Unde mulier manducādo credidit ſublimari. adam vero exiſtimans ſe aliquid magnum ⁊ deo carum. minus grauiter credidit ſe puniendum. Nondum enim expertus fuerat rigorem diuine iuſticie ⁊ ſeueritatis. Et ſic vterq3 dum inordinate erexit ſe ſupra ſe: cecidit miſerabiliter infra ſe. a ſtatu. ſcilicet innocentie ⁊ gratie ad ſtatum culpe et miſerie.

## Capitulū iiij.

¶ De primorum parentum punitione.

De pena vero primorum parentum hoc eſt tenendum. videlicet q̄ vir ⁊ mulier ſtatim poſt culpam ſenſerunt penam rebellionis ⁊ erubeſcentie in carne. ⁊ ideo ad cooperiēdum verenda fecerunt ſibi perizomata. Poſtea vero diuino iudicio vir incurrit penam laboris ⁊ anguſtie. penam famis ⁊ indigentie. penā mortis ⁊ reſolutionis in cinerem. Iuxta qd̄ dicit in ſcriptura. Maledicta terra in opere tuo ⁊c. Mulieri vero duplicata eſt pena. quia inflicta eſt ei penalitas multiplicium erūnaꝝ in conceptu. pena doloris in partu. pena ſubiectionis ad virum in coniugio.

ac per hoc ſm̄ ꝙ apparet ſatis grauiter pu
nitum fuit peccatum illud. ſ. ligni vetiti eius
licet fuerit faciliter perpetratū. ¶ Ratio au
tem ad intelligentiā p̄dictoꝝ hec eſt. Quia
cum primū principiū ſit ꝓuidētiſſimū in gu
bernando: ⁊ rectiſſimū in preſidendo: nihil
ꝑ ſuo inordinatū dimittit i vniuerſo. ⁊ quia
culpa recte ordinatur in pena: ↄuenientius eniꝫ
iniuſtus dolet in ſupplicio q̄ꝫ letatus eſt i de
licto. cū ſit mel⁹ eſt dolere damnū ſalutis q̄ꝫ
letari in dāno equitatis: ideo ſtatim in p̄mis
parētibus dedecus peccati ſubſecutū eſt de
cus iudicij. vt quod inordinatū fuit cadēdo
ab ordine nature caderet ſtatim in ordinē iu
ſticie. Hic enim duplex ordo ſic cuncta ↄple
ctitur. vt quod ab vno ceciderit. ſtatim in al
teram differentiam relabatur. Quoniā ergo
vterq; parens ſuꝑbiendo in mente ⁊ guſtā
do in carne inobediens fuit ſuo ſupiori. iuſto
dei iudicio factū eſt: vt ſibi fieret inobediēs
ſuū inferius. ⁊ maxime quantū ad ptes illas
ſm̄ quas eſt ↄiunctio vtriuſq; ſexus. q̄ ſunt
mēbra virtuti generatiue deſeruientia. Et q:
hoc inerat eis nō ex natura. ſed ex ꝓpria cul
pa. iō erubeſcebant ⁊ cooperiebāt ſe. Rurſus
q: vir ſpreto ſummo delectabili q̄ſiuit in car
ne delectari. ideo iuſto dei iudicio inflictus ē
ei labor ⁊ defectus famis ⁊ ſitis. Poſtremo
q: ꝓpter bonū carnis ſeparari elegit a bono
mentis: iō iuſto dei iudicio aīa inuita ſepatur
a carne p mortē ⁊ incinerationē. ac per hoc
ſicut deus dederat homini ſm̄ ordinē natu
re corpus ſubiectū aīe ꝓpagabile ſine libi
dine. vegetabile ſine defectione. imutabile ſi
ne morte interueniente. ſic homine peccante
ſm̄ ordinē iuſticie factum eſt vt ſubtraheret
cetera p̄dicta ⁊ infligeret oppoſita. vt ſic cul
pa nō remaneret impunita ⁊ inordinata. qđ
nequaq̄ꝫ pati debet diuina ꝓuidētia. Et quia
peccatū a muliere exordiū ſumpſit. ideo pe
na eius debuit duplicari. Quia igitur in men
te ſuperbiens fuit ſubiectionē incurrit. Quia
lignū ad veſcendū ſuaue vidit ⁊ appetijt do
lorem incurrit. Poſtremo q: fregit iugum
obedientie incurrit vinculū ⁊ pondus mul
tiplicis erūne. ⁊ ſic patet quanto ordine diui
ne ꝓuidētie inflicte ſunt viro pene multipli
ces. ⁊ duplicate in muliere vt ſic dedecus
peccati non eſſet ſine decore iuſticie. tanta ē
enim beatitudo iuſticie vt nemo ab ea niſi
ad miſeriam poſſit abſcedere.

## Capitulū v.

¶ De originalis peccati corruptione.

Poſt lapſum primi parentis dicen
da ſunt aliqua de traductione pec
cati originalis. Circa qđ primo cō
ſiderandus eſt modus corruptionis. ſecūdo
modus traductionis. tertio modus curatio
nis. Modus aūt quo genus humanū p ori
ginale peccatū corrumpitur hic eſt. Nam qui
libet per concubitū generatus naſcitur natura
filius ire. q: priuatus rectitudine originalis
iuſticie. ꝓpter cuius abſentiam incurrimus
q̄ꝫtum ad animā quadruplicē penā. ſcilicet
infirmitatē: ignorantiā: maliciā ⁊ concupiſcē
tiam. que quattuor inflicte ſunt propter ori
ginale peccatum. quas ſane penas ſpiritua
les comitatur in corpore multiplex penali
tas: multiplex defectus. multiplex labor: mul
tiplex morb⁹: ⁊ multiplex dolor. Ad quas q;
penas ſubſequitur pena mortis ⁊ incineratio
nis. pena carentie viſionis dei: ⁊ amiſſionis
glorie celeſtis: non ſolū in adultis verumetiā
in paruulis nō baptizatis. qui quidē paruuli
pena mitiſſima inter ceteros puniuntur. quia
ſolam penā damni habēt ſine pena ſenſus.
¶ Ratio autem intelligentiā predictorum
hec eſt. Quia cum primū principium omnia
agat a ſe ⁊ ſm̄ ſe: ⁊ propter ſe: neceſſe eſt eē
optimum ⁊ rectiſſimū. ac per hoc piiſſimum
⁊ iuſtiſſimū: ⁊ inde eſt q̄ vniuerſe vie eius
miſericordia ⁊ veritas ſiue iudiciū. Si enim
deus a principio hominē in tantis miſerijs
ↄdidiſſet: nec pietas eſſet nec iuſticia q̄ tātū
opus ſuū opprimeret miſeria: nulla precede
te culpa. Similiter ſi tantis miſerijs nos re
pleret vel repleri permitteret ſine culpa: nec
pie nec iuſte gubernaret nos diuina proui

dentia. Si ergo certiſſimum eſt primum pn-
cipium ꝛ in producendo ꝛ in prouidendo re-
ctiſſimū ꝛ clementiſſimuꝫ eſſe: neceſſe eſt ꝙ
genus humanū taliter fecerit vt a principio
nulla eſſet in eo culpa nec miſeria. Neceſſe
eſt etiam ꝙ taliter amminiſtret: vt non pmit-
tat in nobis eſſe miſeriā: niſi propter aliquā
culpam ꝑambulaꝫ. Quū igitur certiſſimum
eſt ꝙ a noſtra origine multiplicē ꝯtrahimus
miſeriā pene: certuꝫ eſt ꝙ omnes naſcimur
natura filij ire ac per hoc priuati rectitudine
originalis iuſticie. quā priuationem vocam⁹
originalem culpam. Et q: omnis culpa dicit
receſſum a bono incōmutabili: ꝛ acceſſum
ad bonum cōmutabile. ꝛ recedere a bono i-
cōmutabili eſt recedere a ſumma virtute et
bonitate. accedere aūt ad bonuꝫ cōmutabile
eſt plus debito in illud per amorem tendere
hinc eſt ꝙ perdens originalem iuſticiam in-
currit infirmitatē: ignorantiam malitiaꝫ ꝛ
ꝯcupiſcentiam. Rurſus q: deſerens bonuꝫ
incōmutabile ꝓpter bonū cōmutabile: effici-
tur indignus vtroqꝫ. hinc eſt ꝙ ratione ca-
rentie originalis iuſticie perdit anima quietē
[illegible] in corpore: ꝛ per multipliceꝫ corruptio-
nem ꝛ merores tandem ſeparatur a viſione
lucis eterne: ammittendo felicitatē glorie tā in
anima qꝫ in corpore. Poſtremo q: carentia
huius iuſticie in naſcentibus nō eſt ꝑ moduꝫ
voluntatis proprie: nec per actualeꝫ delecta-
tionē. hinc eſt ꝙ originali peccato poſt hanc
vitā nō debetur pena ſenſus in gehenna: ꝑ
eo ꝙ nō ſupra ꝯdignū ſed citra punit diuina
iuſticia: quā ſemper comitatur ſupabundās
miſericordia. Hoc credendū eſt ſenſiſſe btm̄
Auguſtinū licet verba ipſius exterius ꝓpter
deteſtationē errorꝭ pelagianorꝫ: qui aliq̄leꝫ
felicitatē eis ꝯcedebant: aliud ſentire videan-
tur. vt eniꝫ melius eos reduceret ad mediū
abundantius declinauit ad extremū.

Capitulū. vi.

¶ De originalis peccati tranſfuſione.

Modus aūt traductionis culpe origi-
nalis hic eſt. Quia licet aīa nō ſit ex
traduce: originalis tñ culpa ab aīa ade trāſit
ad animas poſterorꝫ mediante carne ꝑ ꝯcu-
piſcentiā generata. ita ꝙ ſicut ab anima pec-
cante infecta fuit caro ade ꝛ ꝓna effecta ad
libidinē. ſic caro per libidinē ſeminata: ꝛ ſe-
cum trahens infectionem vicioſam: inficit ꝛ
viciat aiam. que quidē infectio vicioſa i aīa
nō tñ eſt pena ſed etiā culpa. ꝛ ſic pſona cor-
rūpit naturā: ꝛ natura corrupta corrūpit p-
ſonam: ſalua in oibus diuina iuſticia: cū nul-
lo modo pōt imputari īfectio anime: licet eā
creādo infundat: ꝛ infundendo viciat cū car-
ne infecta. ¶ Ratio aūt ad intelligentiā pre-
dictorꝫ hec eſt. Quia cū primū principiū fe-
cerit hoīeꝫ ad imaginē ſuā propter ſuiſpius
expſſionem. ſic cū ꝯdidit ex parte corpis vt
oēs hoīes ꝓpagarent a primo hoīe tanquā
ab vno radicali principio. ſic ex pte anime vt
ꝓpter expreſſaꝫ ſimilitudinē tam in eſſendo
ꝛ durando qꝫ intelligendo ꝛ amando: īme-
diate emanarent oēs ſpūs rōnales ab ipſo
deo: tanqꝫ a primo principio ꝛ immediato.
Et quoniā ſpiritus tanqꝫ excellentior magis
accedit ad primū principiū: ſic cōdidit deus
hominem vt ſpiritus [illegible] cor-
pus [illegible] ſpiritui creato: quādiu ille ſub-
eſſet ſpiritui increato. ꝛ ecōtra: ſi ſpiritus nō
obediret deo iuſto dei iudicio corpus ſuuꝫ in-
ciperet ſibi rebellare. Quod ꝛ factū eſt cum
adam peccauit. Sicut igit̄ ſi Adam ſtetiſſet:
corpus ſuū ſpiritui obediens eſſet: ꝛ tale ad
poſteros trāſmitteret: ꝛ deus illi aīaꝫ infun-
deret: ita ꝙ vnita corpi imortali ꝛ ſibi obe-
dienti haberet ordinē iuſticie ꝛ in vnitatem
oīs pene. ſic ergo [illegible] caro
facta eſt rebellis ſpiritui: oportet ꝙ talem ad
poſteros trāſmittat. ꝛ ꝙ deus ſcꝫ inſtitutionē
primariā animā infundat. anima vero cum
vnit̄ carni rebelli īcurrit defectū ordinis na-
turalis iuſticie: quo debebat omnibus infe-
rioribus imperare. Et q: aīa carni vnita eſt
oportet ꝙ ipſam trahat ꝛ trahatur ab ipſa.
ꝛ quia ipſam nō poteſt trahere tanqꝫ rebel-
lent: neceſſe eſt vt ab ipſa trahatur ꝛ incur-

rat morbum concupiſcentie. ⁊ ſic incurrit ſimul carentiam debite iuſticie ⁊ morbum cõcupiſcẽtie. ex quibus duobus tanq̃ʒ ex auerſione ⁊ ↄuerſione dicit̃ integrari ſm Auguſtinum ⁊ Anſelmũ peccatuʒ originale. Quũ igitur ordinatiſſimũ fuit ꝙ natura humana ita conderetur: ⁊ ꝙ condita ſic propagaret̃: ⁊ ꝙ peccans ita puniretur ſicut predictũ eſt prius. ita ꝙ in conditione ſeruat̃ ordo ſapientie. in propagatione ordo nature. in punitione ordo iuſticie: patet ꝙ nõ eſt contra diuinã iuſticiam ſi ad poſteros tranſmittitur culpa. Rurſus q: culpa originalis peccati ĩ animã transfundi non poſſet niſi pena rebellionis in carne precederet. ⁊ pena nõ eſſet niſi culpa preceſſiſſet. nec culpa preceſſit a voluntate ordinata ſed inordina. ac per hoc nõ a voluntate diuina ſed a voluntate humana. patet ꝙ originalis culpe tranſfuſio eſt a peccato primi hoĩs. nõ a deo: nõ a natura cõdita: ſed a vitio perpetrato. Et ſic verũ eſt qḋ dicit Aug⁹. ꝙ peccatũ originale non tranſmittit ad poſteros ꝑpagatio ſed liquido.

Capitulũ. vij.

De originalis peccati curatione.

Poſtremo diligẽter attende ꝙ modus curationis culpe originalis eſt ille. ſ. ꝙ ſic curat̃ culpa originalis ꝙ remanet pena tpalis: ſicut patet in puulis baptizatis. Sic curat̃ quantũ ad reatũ pene eterne ꝙ remanet quantũ ad actũ ⁊ motum concupiſcentie. Sic curat̃ in parente ꝙ nihilominus ab eo qui curatus eſt per baptiſmũ tranſmittit̃ in ꝓlem originale peccatum. Sic tollit̃ originalis peccati macula ꝙ remanet ſequela: cuʒ qua oportet pugnare q̃ʒdiu viuimus in hac vita. q: in nullo penitus extinguit̃ concupiſcẽtia per grãm ↄmunẽ. qḋ dico ꝓpter virginẽ beatiſſimam mariã: in qua in ↄceptione filij dei extincta fuit per gratiã ſingularẽ. Ratio autem ad intelligentiaʒ predictorum hec eſt. Quia ſicut infectio deriuatur in omnes a principio creato: a quo fit ꝑpagatio corporuʒ: ⁊ hoc a parte inferiori: ſcilicet carnis. ſic curatio fieri habet a principio increato: a quo fit infuſio animarum: ⁊ hoc a parte ſuperiori. ſcilicet mentis. Quũ igitur ex parte mentis diſtinctio eſt in hominibus ita ꝙ ſm illam vnus non propagatur ab altero: ſed imediate exit a deo: gratia curatiua mẽti noſtre a deo infuſa reſpicit vnũquẽq3 inquantũ tenet rationem perſone ſingularis ⁊ indiuidue. non inquantũ tenet rationẽ productiui ſm vtutẽ nature. Quũ igitur originale peccatum eſt morbus inficiens perſonam pariter ⁊ naturam: perſonam in voluntate: naturam in carne: ideo ſic curat̃ macula originalis in mente ꝙ remanet infectio ⁊ ſequela in carne. Et quia homo generat non ſm ꝙ curatus eſt in mente: ſed ſcḋm ꝙ corruptus in carne: non ſm ꝙ ſpiritualis ſed ſm ꝙ carnalis. hinc eſt ꝙ q̃ʒuis ſic baptizatus ſit ab originali mundatus in ſe tranſmittit tamen in prolem originale. Rurſus quia reatus pene eterne reſpicit deformitatem mentis ⁊ perſone. actus autem reſpicit inclinationeʒ carnis ⁊ nature: ideo trãſit originale per baptiſmũ quantum ad reatum: ⁊ remanet quantum ad actum. Poſtremo q: afflictio temporalis ↄditioneʒ reſpicit ex parte carnis: cum caro remaneat ſemper ſubiecta cuidam infectioni: remanere debet ſemper ſubiecta penalitati. ⁊ iõ ſicut penalitas ⁊ corruptio per gratiaʒ non aufertur a carne: ſic ſequela illa ſiue concupiſcentia ⁊ languor mẽbrorum ſimul ſtare poteſt cum gratia curatiua. ⁊ ideo q̃ʒuis paulatim minuatur: quia tamen radix non tollitur: nunq̃ʒ oĩno aufertur in viatore: niſi in beata virgine per gratiam ſingularem. Quia enim virgo concepit euʒ qui erat expiatio omnis culpe ideo data fuit ſibi gratia ſingularis. qua extincta fuit in ea radicitus oĩs concupiſcentia ad concipiẽduʒ dei filium abſq3 omnis peccati labe ⁊ corruptela. Decẽs decens erat: vt ea puritate qua maior ſub deo nequit intelligi virgo illa niteret. cui deus pater vnicum filium quem de corde ſuo genuit ſibi equalem tanq̃ʒ ſeipſum

diligebat:ita dare disponebat vt naturaliter esset vn⁹ idē qȝ cōmunis dei patris ⁊ virgīs filius:⁊ quā ipse filius specialiter facere sibi matrem eligebat. ⁊ de qua spūssanctus volebat ⁊ operaturus erat vt conciperetur ⁊ nasceretur ille de quo ipse procedebat.

Capitulū. viij.

¶ De origine peccatorum actualium.

Postq̄ȝ aūt dictū est de traductione peccati originalis:dicenda sunt aliqua de origine peccati actualis. De ortu igit̄ peccati actualis hec tenenda sunt in summa:videlicet q̄ peccatū actuale originē trahit a libera voluntate vniuscuiusqȝ:p̄ suggestionē: delectationē: ꝯsensum:⁊ opatione. Juxta qd̄ dicit scriptura Jaco.i. Unusq̄sqȝ temptatur a ꝯcupiscentia sua abstractus ⁊ illectus. Deinde ꝯcupiscentia cum conceperit peccatū parit. peccatū vero cū ꝯsumatū fuerit generat mortē. Si autem suggestio ⁊ delectatio sistant citra ꝯsensum:est veniale peccatum. Si vero consequat ꝯsensus et opus in his que diuina lege ꝓhibita sunt:peccatū est mortale ꝯsummatum. Qd̄ si medio modo fit:vt ꝯsensus sine opere sit. aut q: vult ī op⁹ ꝓcedere sed nō pōt. tunc voluntas p̄o facto reputat̄. nec minus culpabilis est q̄ȝ si in ipso facto deꝑhenderet̄. aut q: nō vult in opus ꝓcedere:sed vult interius voluptari in delectatione. ⁊ tunc mādučat mulier sed nō vir. Et licet nō sit peccatum plene ꝯsummatū:est tamen inter mortalia cōputandum. q: muliere manducante totus homo dānari meret̄. qd̄ maxime intelligi habet ī peccatis carnalib⁹.

¶ Ratio aūt ad intelligentiā p̄dictoꝝ hec est. Cū peccatū dicat recessum voluntatis a p̄mo principio. inquantū ipsa voluntas nata est agi ab ipso ⁊ s̄m ipsum ⁊ ꝓpter ipsuȝ. oē peccatū est inordinatio motio siue voluntatis. circa quā nata sunt esse virtus ⁊ vitium: peccatū igit̄ actuale est actualis inordinatio voluntatis. Jnordinatio aūt ista aut est tanta q̄ ordinem iusticie exterminat:⁊ hoc modo dicitur mortale peccatuȝ. q: natū est auferre vitam:separando ipsam a deo:per quē viuificatur anima iusta. Aut est tā modica q̄ ordinem illū nō perimit:sed tantū in aliquo perturbat:⁊ tunc dicit̄ veniale peccatum. q: de ipso adipisci possumus cito veniā: p̄ eo q̄ gratia non tollitur per ipsum:nec inimicitia diuina incurritur. Est aūt ordo iusticie vt bonum incōmutabile p̄feratur cōmutabili. vt bonū honestū p̄feraē vtili:⁊ voluntas dei p̄feraē voluntati nostre:vt iudiciū rationis recte p̄sit sensualitati humane. Et q̄m lex dei istum ordinē p̄cipit ⁊ vetat oppositum:q̄n bonum ꝯmutabile p̄fert̄ eterno. ⁊ bonū vtile p̄fert̄ honesto. ⁊ voluntas nostra p̄fert̄ diuine voluntati. ⁊ sensualis appetit⁹ p̄fert̄ rōni recte:tunc cōmittit̄ mortale peccatum. De quo dicit Ambro. q̄ est p̄uaricatio legis diuine. ⁊ celestiū inobedientia p̄ceptoꝝ vel mandatoꝝ. Hoc autem cōmittitur:siue obmittat̄ qd̄ lex diuina p̄cipit siue fiat id qd̄ ꝓhibet. Et sic triplex genus peccati oritur. scilicet mortale. ⁊ veniale. Quando vero bonum cōmutabile plus debito diligit̄ sed non p̄fert̄ incōmutabili. ⁊ vtilitas nō p̄fectur honestati:⁊ voluntas nostra plus debito amat̄. ita tn̄ q̄ nō p̄fert̄ diuine. ⁊ caro ꝯcupiscit:nō tamen p̄fert̄ iudicio rationis recte. tunc nō est mortale sed veniale. q: licet hoc sit p̄ter legem. nō tn̄ directe est contra legē. Sensualis aūt appetitus rōni recte nō p̄fert̄ nisi q̄n ei ratio consentit. ⁊ ideo peccatū mortale citra ꝯsensum nō ꝯmitt̄ŕ si tamen sensualitas inordinate moueat̄. cum illa inordinatio ad malū inclinet. licet ratio non ꝯsentiat:peccatū est aliqd̄. q: aliquo modo ledit ordinē iusticie. Et q: in statu innocentie nō mouebat̄ sensualitas nisi s̄m rationis motum. ideo stante hoīe nō poterat ibi esse veniale peccatū. Nunc autē q: rōni repugnat sensualitas:velimus nolimus:oīō necesse habemus ꝯmittere aliqd̄ veniale peccatum p̄ p̄imos motus. qui ⁊ si p̄ticulariter ⁊ sigillatim possint declinari. oēs tamen nullo modo possunt caueri. q̄ sic sunt peccata q̄ sunt

etiam pene peccati. ⁊ ideo merito dicuntur
venialia. q: hoc ipſo digna ſunt venia. Ve-
rum q: ratio his cõſentire non compellitur.
ſi poſt cõſenſum delectationis conſentiat in
opus tunc eſt plenus cõſenſus. ac per hoc
peccatũ conſummatũ. q: peruenit vſqꝫ ad ve
rum idest vſqꝫ ad partem ſupremã rationis:
ex qua pendet plenitudo cõſenſus. Quia ve
ro non ſolum in opus verũetiam in delecta
tionem eſt cõſenſus. in quo inferior portio ſe
quitur ſenſualitatẽ. ideo ſi in delectatione ſen
ſuali ratio ſenſualitati ſuccũbat: ⁊ mulier ſer-
pẽti obedit: ac per hoc fit ſubuerſio recti or
dinis: ⁊ ita ſubuerſio iuſticie: ⁊ propter hoc
cõmittitur mortale peccatum: licet min⁹ gra
ue. qđ non ſolum imputatur mulieri. verum
etiam viro: a quo mulier compeſci debuit ⁊
cohiberi ne optemperaret ſerpẽti. Et ſic pa
tet ꝙ in perpetratione oĩs peccati actualis
fit aliqualis imitatio primi peccati ſm expla
nationem doctoris precipui auguſtini. xi. de
ciuitate dei.

## Capitulum ix.

De origine ⁊ diſtinctione capitalium pec
catorum.

C onſequenter deſcendenduꝫ eſt ad
ortuꝫ peccatorum in ſpeciali. inter q̃
quedam ſunt capitalia. quedam pe
nalia. quedaꝫ finalia ſiue irremiſſibilia. qua-
ſi prima media ⁊ poſtrema. Circa ortum ve
ro peccatoꝝ capitalium hoc eſt in ſumma te
nendum. videlicet ꝙ peccatorum actualium
vnum eſt initiuꝫ: duplex radix: triplex fomẽ
tum. ſeptiforme caput ſiue capitale peccati.
Unum inquaꝫ eſt capitale initium. ſ. ſuper-
bia: iuxta qđ dicit ſcriptura. Initiuꝫ oĩs pec
cati ſuperbia. Duplex radix. ſ. timor male hu
milians: ⁊ amor male accẽdens. Triplex fo
mentum ſm tria que ſunt in mundo. ſ. cõcu-
piſcentia carnis: concupiſcentia oculoꝝ: ⁊ ſu
perbia vite. Septiforme vero caput. ſ. ſuper
bia: inuidia. ira. acidia. auaricia. gula: ⁊ luxu-
ria. Inter que quinqꝫ p̃cedentia ſunt pecca-
ta ſpũalia. duo vero vltima ſunt carnalia.

Ratio aũt ad intelligentiã horuꝫ hec eſt.
Quia cum petm̃ mortale ſit actualis a p̃mo
principio receſſus. receſſus aũt a primo prin
cipio non poteſt eſſe niſi per ꝯtemptũ ipſius
vel in ſeipſo vel in ſuo precepto. Contẽptus
aũt primi principij cũ ſit ſuperbia. neceſſe eſt
ꝙ oĩs mortalis peccati culpa ſiue offenſa ini
tiuꝫ ſumat a ſuperbia. Quia vero nullus cõ
tẽnit primuꝫ ⁊ ſummũ principium vel eius
preceptũ per ſe: niſi per hoc ꝙ aliqd aliud
ab ipſo vel vult acquirere vel timet perdere
hinc eſt ꝙ neceſſe eſt omne peccatũ actuale
originem trahere a duplici radice. ſ. timore ⁊
amore. qui radices ſunt malorũ licet nõ eque
prime. Nam oĩs timor ortum habet ab amo
re. nullus eniꝫ timet aliquid perdere niſi q:
amat illud habere. ⁊ ideo per ea habet foue
ri timor per q̃ fouetur ⁊ amor. Amor aũt inor-
dinat⁹ eſt reſpectu cõmutabilis boni. Et qm̃
illud eſt triplex. ſ. interius excellentia. exteri⁹
pecunia. inferius carnalis laſciua. hinc eſt ꝙ
neceſſe eſt eſſe tria petõꝝ actualium radica
lia fomenta. que ſuperius ſunt pretacta. ad q̃
dum aĩa inordinate fertur: oĩa peccata actua
lia oriuntur. Et q: hoc fit ſm ſeptiformẽ modũ
ideo ſeptem ſunt peccata capitalia. ex quibus
generatur vniuerſitas viciorum. Voluntas eni
noſtra aut deordinatur q: appetit qđ nõ eſt ap
petendum. aut q: refugit qđ non eſt refugiẽ
dum. Sed q: appetit qđ non eſt appetendũ:
vtpote bonũ vt nũc. ſiue cõmutabile ſiue ap
parens bonũ. aut eſt interius: ⁊ ſic eſt priua-
ta excellentia. quã amat ſuperbia. aut exteri⁹
⁊ ſic ſufficientia. quã amat auaricia. aut infe
rius ⁊ ſic aut delectabile q: ad cõſeruationẽ
indiuidui. ⁊ ſic alimentũ qđ eſt delectabile ſꝫ
guſtũ: ⁊ appetitur a gula. aut q: ad cõſeruatio
nem ſpeciei. ⁊ ſic coitus qui eſt delectabilis
ſm tactum: ⁊ appetitur a luxuria. Si aũt vo-
luntas deordinatur q: refugit qđ non eſt refu-
giendum: hoc põt eſſe tripliciter ſm triplicẽ
modum refugiendi. Aut eni refugit ſm per
uerſum inſtinctũ ipſius rõnalis: ⁊ ſic eſt inui-
dia. Aut ſm inſtinctum iraſcibilis: ⁊ ſic ira.

Aut ſm̄ inſtinctum concupiſcibilis: ⁊ ſic eſt
acedia. Unde q: quattuor ſunt principalia ap
petibilia: ⁊ tres vires ſm̄ quarū inſtinctum
eſt fuga. ideo tm̄ ſeptem ſunt capitalia pecca
ta. Rurſus q: ſenſus appetibilis eſt cum de
lectatione. ſenſus autem rei fugiende eſt cuꝫ
dolore. hinc eſt ꝙ quattuor habent coniun-
ctam leticiam: tria vero alia habent adiun-
ctam triſticiam ⁊ penam. Oia tn̄ dicunt̄ ca-
pitalia: q: deordinationes ſunt principales. ⁊
multarum aliaꝝ deordinationum ſunt prin-
cipia: ſuo modo influentia. Unde licet que-
dam ex his principaliter fugam reſpiciant.
habent tn̄ ⁊ ipſa delectabilia ſua. Nam inui
dia vult priuatum bonum poſſidere ſine ſo-
cio: ⁊ ita integraliter. Ira ſine cōtrario ⁊ ita
iperturbabiliter. Accidia ſine labore aliquo
⁊ ita infatigabiliter. Et quia hec non de faci
li obtinent̄. ideo magnum exercitum vicio-
rum ſecum trahunt. ad hm̄oi que appetunt
exequenda. vel ad ea que reſpiciunt declinā
da. reſpectu quoꝝ dicunt̄ capitalia peccata
quaſi capita ex quibus manāt alia q̄ꝫ plurima.

## Capitulum x.

De origine ⁊ q̄litate penaliū peccatoꝝ.

d E peccatis penalibus hoc tenēduꝫ
eſt ꝙ licet malum culpe ⁊ maluꝫ pe
ne ſint diuerſe maloꝝ differentie. q̄
dam tn̄ ſic ſunt peccata ꝙ etiā ſunt pene pec
cati. Speciali nāqꝫ mō peccata ⁊ pene pec-
cati dicuntur illa que habent adiunctum do
lorem ⁊ meſticiam: ſicut acidia: inuidia ⁊ con
ſimilia. Maxime ſpecialiter dicuntur illa: que
habent adiunctam vel meram deprauatio-
nem nature vel ignominiam. ſicut ſunt illa p
pter que dicitur peccator in reprobum ſen-
ſum tradi. Generaliter autem peccata que
ſunt inter primam apoſtaſiam ⁊ vltimam ge
henne penam: ⁊ peccata poſſunt dici ⁊ pe-
ne peccati. iuxta qḋ dicit Gre. Crimina cri-
minibus vindicari Licet autem idem dica-
tur peccatum ⁊ pena peccati. tenendū tn̄ eſt
ꝙ oīs pena inquantū pena iuſta eſt ⁊ a deo.
Nulla vero culpa iuſta eſt nec a deo ſed tm̄
a libere voluntatis arbitrio. Pena vō que-
mere eſt pena a deo eſt inflicta. Que vō eſt
culpa vel inclinans ad culpam eſt contracta
vel acta. Ratio aūt ad intelligentiam pre
dictorum hec eſt. Quia cū malum dicat re-
ceſſum a primo principio per hoc ꝙ nocet
bono: non auteꝫ nocet bono niſi aliquid adi-
mendo de bono. bonum aūt conſiſtit in mo
do: ſpecie ⁊ ordine: nullum eſt malum qḋ nō
ſit modi: ſpeciei ⁊ ordinis corruptiuum. Or
do autem duplex eſt. ſcꝫ ordo nature ⁊ ordo
iuſticie. Ordo autem nature eſt in bono na
turali. Ordo iuſticie ī bono morali. Et q: bo
num naturale in omni natura. bonum mora
le in voluntate habet conſiſtere. ideo ordo
nature eſt in omni natura. ordo autem iuſti-
cie in voluntate electiua habet conſiſtere. Et
q: voluntas eſt īſtrumentum ſeipſum mo-
uens. natura vero non. hinc eſt ꝙ ordo iuſti
cie eſt ordo non tantū factus: ſed etiam facti-
uus. ordo aūt nature eſt ordo factus. Cū er
go malum poteſt priuare ordinem iuſticie ⁊
ordinem nature. hinc eſt ꝙ duplex eſt malū.
ſcꝫ culpe ⁊ pene. Rurſus. q: ordo iuſticie ē
ordo voluntarius. hinc eſt ꝙ malum culpe eſt
affectio voluntaria. malum auteꝫ pene eſt af
fectio inuoluntaria. Poſtremo q: ordo iu-
ſticie q̄ ineſt volūtati eſt ordo factiuus. ideo
malū culpe quod eſt eius priuatio eſt malum
quod facimus: ⁊ malum pene eſt malū quod
patimur. Et q: non eſt paſſio niſi naturali-
ter p̄cedat actio. nec eſt actio ad quam nō ſe
quatur aliqua paſſio. hinc eſt ꝙ nulla eſt pe
na ſine precedente merito culpe. nulla eſt eti-
am clp̄a quin comitet̄ aliqua pena. Et quo
niaꝫ quod facimus a nobis eſt. quod nos ve
ro patimur poteſt eſſe a nobis ⁊ ab alijs. vt
pote a cauſa ſuperiori vel inferiori. ideo licet
omnis culpa ſit a nobis. non tamē omnis pe
na eſt a nobis. immo quedam eſt a nobis acta.
quedam inflicta: quedam contracta. Et q: eū
qui facit qḋ non debet iuſtum eſt pati quod
debet. ideo omnis pena inquātū pena iuſta
eſt: ⁊ a diuina prouidentia: q: eſt ad culpam

ordinata: ⁊ ipſius culpe ordinatiua. Quia vero paſſio illa poteſt eſſe per ademptionem boni naturalis. vel boni moralis cum naturali: hinc eſt ꝙ quedam pena eſt mere pena quedam vero eſt pena ⁊ culpa. Quia boni moralis quod eſt iuſticia non adimitur niſi ꝑ iniuſticiam que eſt culpa. Prima igitur pena eſt a deo: ⁊ ſꝫ ꝙ pena: ⁊ ſm id quod eſt. a deo inq̄ȝ: non inſtituente ſed vindicante. Secunda vero cum ſit culpa: ſm id quod culpa eſt: a deo non eſt. niſi ſolum quantum ad ordinem: ipſa vero vel eſt acta ſi ſequatur ad actuale. vel eſt contracta ſi ſequatur ad originale. Si igitur proprie accipiatur malum. ſꝫ ꝙ eſt priuatio boni naturalis: ⁊ affectio innocentie: ⁊ malum qd patimur. ſic non concidit cum malo culpe in idem. licet ſit annexum eidem. Si vo accipiatur large: vt dicat malū qd patimur. ſiue a nobis. ſiue aliūde. ſiue in natura. ſiue in volūtate. ſic cōcidunt in idem: ſed non ad idem: vel ſm idem. q: quod eſt in ſe culpa: dicitur reſpectu precedentis culpe pena. vel culpa ratione actionis: pena dicitur eſſe ratione paſſionis. Et ſic patet quomodo: pro quanto ⁊ quare aliquid ſimul dicatur eſſe peccatum ⁊ pena peccati.

Capitulum xi.

De origine peccatorū finalium que ſunt peccata in ſpiritumſanctum.

De peccatis autem finalibus ſiue irremiſſibilibus cuiuſmodi ſunt peccata in ſpiritumſanctum hoc eſt tenendum. ꝙ licet omne peccatū generaliter ſit contra deum trinum ⁊ vnum appropriate tamen dicitur aliquod peccatū eſſe in patrem. aliquod in filium: aliquod in ſpiritum ſanctum. Hoc autem peccatum in ſpiritum ſanctum irremiſſibile dicitur in hoc ſeculo ⁊ in futuro non quia in hoc ſeculo non poſſit dimitti. ſed q: raro dimittitur aut vix in hoc ſeculo quantum ad culpam. modicum autē ⁊ quaſi nihil fiet remiſſio ſibi in futuro quātum ad penam. Huius autem peccati ſex ſūt differentie. ſ. inuidia fraterne gratie: impugnatio veritatis agnite. deſperatio: preſumptio: obſtinatio mentis. ⁊ impenitentia finalis. Ratio autem ad intelligentiam predictorum hec eſt. Quia cum peccatum dicat receſſum a primo principio trino ⁊ vno. cū ne peccatum imaginem trinitatis deformat ⁊ ipſam animam fedat quantum ad triplicē potentiam. ſ. iraſcibilem: rationalem ⁊ concupiſcibilem: ⁊ a libero arbitrio procedit q̄ gerit in ſe inſigne trinitatis. ſ. patris ratione facultatis. filij ratione rationis. ſpiritusſancti ratione voluntatis. Licet autem hec tria cōcurrant ſimul ad omnem culpam: quelibꝫ tamen harum per ſuum defectum poteſt eſſe ratio deordinandi alias. Defectus autē circa facultatem eſt impotentia. circa rationem eſt ignorantia. circa voluntatem eſt malicia. Et hinc eſt ꝙ cum quedā ſint peccata ex impotentia. quedam ex ignorantia: quedam ex malicia. ⁊ potentia attribuitur patri. ſapientia filio: ⁊ voluntas ſpiritniſancto: ꝙ quedā dicuntur eſſe in patrem. quedam in filium. quedam in ſpiritumſanctum. Et quoniā nihil magis eſt in voluntate q̄ȝ ipſa voluntas. ⁊ voluntas ipſa eſt origo peccati. nullū peccatū eſt adeo voluntarium ⁊ mere: ſicut eſt illud quod prouenit ex corruptione exiſtente in voluntate. Cum enim dupliciter dicatur inuoluntarium. ſ. per violentiam ⁊ per ignorantiam. primum per defectum potentie. ſecundum per defectum ſcientie. quando voluntas ſola corruptiōe ſua: licet poſſit reſiſtere: ⁊ ſciat hoc malum eſſe: aliquid eligit: tūc dicitur peccare ex certa malicia. ⁊ tale peccatum mere procedit ex improbitate voluntatis liberi arbitrij: ⁊ directe impugnat gratiā ſpiritusſancti per quam fit remiſſio peccati. Et q: mere ꝓcedit ex libertate arbitrij. ideo non habet colorē excuſationis. ⁊ propterea modicum ⁊ quaſi nihil debet ei qui punitur de pena relaxari. Quia vero directe impugnat gratiam ſpiritusſancti per quam fit remiſſio peccati. ideo dicit irremiſſibile. nō q: nullo modo poſſit remitti: ſed q: quātum eſt

 22

de ſe directe eſt impugnatiuum medicamen
ti ꝛ remedij per quod fieri habet remiſſio
peccati. Et quoniã peccati remiſſio fit a deo
per gratiam penitentialem intra eccleſiaſti-
cam vnitatem ideo differentie huius pecca
ti accipiuntur ſm quod directe impugnant il
la tria. Aut enim impugnant ipſam gratiam
penitentialē in ſe. Aut in comparatione ad
deum a quo datur. Aut in comparatione ad
eccleſiam in qua ſuſcipitur. Si in compara-
tione ad vnitatem eccleſie. ſic ꝙ vnitas eccle
ſie conſiſtit in fide ꝛ charitate. ſiue in gratia
ꝛ veritate. ſic eſt duplex peccatum. ſ. inuidia
fraterne gratie: ꝛ impugnatio veritatis agni
te. Si in comparatione ad deum dantem. ꝙ
vniuerſe vie eius quantum ad iuſtificationē
maxime ſunt miſericordia ꝛ veritas. ſic ē du
plex peccatum. vnum quod impugnat miſe
ricordiam. ꝛ hoc eſt deſperatio. aliud quod
impugnat iuſticiam. ꝛ hoc eſt impunitatis p̄-
ſumptio. Si vero impugnat ipſam gratiam
penitentialem in ſe vel ſm ſe. ſic eſt duplex.
ꝙ gratia penitentialis facit reſilire a pecca-
tis commiſſis: ꝛ precauere a committendis. Cō
tra primum eſt obſtinatio mentis. contra ſe-
cundum eſt impenitentia finalis. ſm ꝙ fina-
lis impenitentia dicitur propoſitum non pe-
nitendi. ſic enim eſt ſpecies peccati in ſpiritū
ſanctum. Secundum autem ꝙ finalis impe-
nitentia dicit continuationem peccati vſqꝫ in
finem. ſic eſt ſequela omnium mortalium que
in hac vita non remittuntur: ꝛ maxime om-
nium ſpecierum peccati in ſpiritumſanctum.
Et ſic omne peccatum initium ſumit a ſuper
bia. ꝛ conſummationem ſiue finem habet in
finali impenitentia. in quam qui peruenerit
corruit in gehennam. a qua quidem impeni
tentia finali nullus peccās mortaliter poteſt
liberari. niſi interueniat gr̄a mediatoris chri
ſti. ꝛ ideo incarnationem ipſius deſiderabat
vniuerſitas ſaluandorum. cui eſt honor ꝛ glo
ria in ſecula ſeculorum Amen.

Finit tertia pars.

¶ Incipit quarta pars de incarnatiōe v̄bi.

Capitulum primum.

¶ De rōe qua decuit verbū dei īcarnari.

Poſtquā predicta ſunt aliq̄
de trinitate dei: de creatu-
ra mundi: ꝛ corruptela pec
cati. reſtat nunc aliqua bre
uiter dicere de incarnatio
ne verbi. per quod quidē
v̄bū incarnatū facta eſt ſalus ꝛ reparatio gen̄e
ris humani. nō ꝙ aliter deꝰ hūanū genꝰ ſal
uare vl liberare nō potuerit. ſꝫ ꝙ nullus aliꝰ
modus ita ꝯgruꝰ ꝛ ꝯueniēs erat ipſi repato
ri ꝛ repabili ꝛ reparationi. ¶ Rō aūt ad itel-
ligētiā predictoꝝ hec ē. Qꝛ cū primū ꝑncipi
um effectiuū reꝝ non poterat nec decuit eē
niſi deū. ꝛ nō minꝰ ſit reꝝ ꝯditas reparare qꝫ
in eſſe ꝑducere. ſicut nō minꝰ eſt bn̄ eſſe qꝫ
ſimpliciter eſſe decentiſſimū fuit reꝝ princi-
piū reparatiuū eſſe deū ſūmū vt ſicut oia crea
uerat deus p v̄bū increatū. ſic oia repararet
p verbū incarnatū. Qm̄ ergo deꝰ oia fecit
potēter ꝛ ſapiēter ꝛ optime ſiue beniuolen
ter. decuit vt ſic repararet reparāda ꝙ ſuā po
tentiā ꝛ ſapiaꝫ ꝛ beniuolētiā oñderet. Quid
aūt potētꝰ qꝫ ꝯiūgere extrema ſūme diſtā-
tia in vnā pſonā. Quid ſapiētꝰ ꝛ ꝯgruētius
qꝫ ꝙ ad pfectionē totius vniuerſi fieret ꝯiū
ctio primi ꝛ vltimi. v̄bi. ſ. dei. qd̄ eſt oium pn
cipiū: ꝛ hūane nature q̄ fuit vltima oium crea
turarū. Quid beniuolentiꝰ qꝫ ꝙ dn̄s ꝑpter
ſerui ſalutē accipiat formā ſerui. imo hoc tā-
te benignitatis eſt vt nihil clemētiꝰ. nihil ami
cabilius: nihil benigniꝰ cogitari poſſit. Con
ueniētiſſimꝰ ergo erat hic modus deo repa
tori ꝑpter cōmendandā diuinā potentiā: ſa-
piētiā ꝛ beniuolētiam. ¶ Rurſus ꝙ hō ca
dens in culpā auerterat ſe ꝛ receſſerat a prin
cipio potētiſſimo: ſapiētiſſimo ꝛ beniuolēti-
ſſimo. idō corruerat in īfirmitatē: ignorātiā
ꝛ malignitatē. ac p hoc de ſpūali effectꝰ car-
nalis aialis ꝛ ſenſualis. ꝛ ideo inepꝰ erat ad
diuinā virtutē imitandam: ad lucē ꝯgnoſcen
dā: ad bonitatē diligēdam. Ad h igit ꝙ hō

ab iſto ſtatu repararetur congruentiſſimum
fuit vt ei condeſcenderet primū principium
reddendo ſe illi noſcibile: amabile ꝛ imitabi
le. Et qꝛ homo carnalis: aīalis ꝛ ſenſualis nō
nouerat nec amabat: nec ſequebat̃ niſi ſibi
ꝓporcionabilia ꝛ ꝯſimilia. ideo ad eripien-
dum hoīem de hoc ſtatu. verbū caro factū
eſt vt ab hoīe qui caro erat ꝛ cognoſci poſſꝫ
ꝛ amari ꝛ imitari. ac per hoc ꝛ homo deum
cognoſcens ꝛ amās ꝛ imitans remediaret̃
a morbo peccati. ¶ Poſtremo qꝛ homo ꝑ
fecte repari nō poterat: niſi recuparet mētis
innocentiā: dei amiciciā: ꝛ ſuam excellentiā
qua ſoli deo ſuberat. ꝛ hoc non potuit fieri
niſi per deū in forma ſerui. ideo ꝯgruuꝫ fuit
verbū incarnari. Excellentiā nāqꝫ recupare
nō poterat: niſi repator eſſꝫ deus. qꝛ ſi mera
creatura: tunc hō eſſet ſubiectus mere crea-
ture: ꝛ ſic non recuparet ſtatū prioris excellē
tie. Amiciciā quoqꝫ dei recuperare nō pote
rat niſi ꝑ mediatorē ꝯuenientē qui manum
poſſet ponere in vtrumqꝫ: ꝛ vtriqꝫ parti cō
formis eſſet ꝛ vtriqꝫ amicus. ꝛ ideo ſicut ſi-
milis deo per diuinitatē. ſic ſimilis hoī ꝑ hu
manitatē. Innocentiā vero mētis recupare
nō poterat niſi dimiſſa culpa. quā dimittere
fectam curationē pfecta ⁊ vniuerſalis egritu morbi expulſio: ⁊ morbus eſt ſeptiformis: triplex culpabilis. ſ. culpa originalis: mortalis: ⁊ venialis. ⁊ quadruplex penalis. ſ. ignorātia malicia: infirmitas: ⁊ ↄcupiſcentia. ⁊ non ſanat oculum qđ ſanat calcaneū. ſicut dicit hieronẏ. hinc eſt q̄ oportuit adhiberi ↄ̄ hec ſeptenariū medicamētoꝝ: ad hunc ſeptiformē morbū plenius expellendum. ſ. ↄ̄ originalem baptiſmū. ↄ̄ mortalē penitētiā. ↄ̄ venialē vnctionem extremā. ↄ̄tra ignorantiā ordinē. ↄ̄tra maliciā eucharistiā. ↄ̄ infirmitatē ↄ̄firmationē. ⁊ ↄ̄ concupiſcentiā matrimoniū qđ eam tempat ⁊ excuſat. ℭ Rurſus q: pfecta curatio nō poteſt eſſe ſine reſtitutione integre ſanitatis: ⁊ ſanitas aie integra ↄ̄ſiſtit in vſu ſeptē virtutū. triū ſcꝫ theologicaꝝ. ⁊ quatuor cardinaliū. hinc eſt q̄ ad haꝝ viium tanū reſtituēdū inſtitui oportuit ſeptiforme ſacramētum. Nam baptiſmus ſanādo diſponit ad fidem. ↄ̄firmatio ad ſpem. eucharistia ad charitatē. pnia ad iuſticiā. vnctio extrema ad perſeuerantiā. que eſt fortitudinis ↄ̄plementū ⁊ ſūma. ordo ad prudentiā. matrimoniū ad ↄ̄ſuantiā ↄ̄ſeruandā. quā maxime pſequitur infirmitas carnis. ſed honeſtas remediat nuptiarū. ℭ Poſtremo qm̄ perfecta curatio eſſe nō poteſt ſine ↄ̄ſeruatōe ſalutis introducte. ⁊ ſalus introducta ↄ̄ſeruari nō pōt in cōflictu certaminis niſi in acie eccleſie. q̄ eſt terribilis vt caſtroꝝ acies ordinata. ⁊ hoc qđ ꝫ fit p ſeptiformis grē armaturā. hinc eſt q̄ neceſſe eſt ſeptē eſſe ſacrā. Nā vt hec acies ſit pfecte ⁊ ↄ̄tinue cōmunita: cū ↄ̄ſtet ex pribus corruptibilibus indiget ſacramētis munientibus: releuātibus ⁊ renouātib⁹. munētib⁹. pugnantes. releuantibus cadētes: ⁊ renouātibus morientes. ℭ Sacrm̄ aūt muniēs: aut munit ingredientes. ⁊ ſic eſt: baptiſmus. aut ſtātes: ⁊ ſic eſt ↄ̄firmatio. aut exeuntes. ⁊ ſic eſt extrema vnctio. ℭ Sacrm̄ aūt releuans aut releuat a caſu veniali. ⁊ ſic eſt eucharistia aut a mortali. ⁊ ſic eſt pnīa. ℭ Sacrm̄ aūt renouās aut renouat, in eſſe ſpūali. ⁊ ſic ē ordo cuius eſt adminiſtrare ſacramēta. aut in eſſe naturali. ⁊ ſic eſt matrimoniuꝫ. qđ q: renouat multitudinē in eſſe nature qđ eſt oīm fundamentū. iō primo fuit añ oīa inſtitutū. licet ꝓpter morbū ↄcupiſcētie annexū. ℭ Et q: minime eſt ſctificatiuū: q̄uis ſignificatōe ſit ſacramentū magnū. inter medicamēta ſpūalia vltīo collocat: ⁊ locū ſortit extremū. ℭ Cū q: baptiſmus eſt ingredientiū: ↄ̄firmatio pugnantiū. eucharistia vires reſumentiū. pnīa reſurgentiū. extrema vnctio exeuntiū. ordo nouos milites introducētiū. matrimoniū nouos milites ꝑparantiū. patet ex his ſufficientia ⁊ ordo medicamētoꝝ. ſacralū ⁊ armoꝝ.

## Capitulum. iiij.

ℭ De ſacramentorum inſtitutione.

De inſtitutione aūt ſacramentoꝝ hoc tenendum eſt. q̄ ſeptem ſacramenta legis gratie chriſtus inſtituit tāq̄ꝫ noui teſtamenti mediator: ⁊ precipuus lator legis. in qua vocauit ad promiſſa eterna dedit precepta dirigentia. ⁊ inſtituit ſacramēta ſanctificantia. ℭ Inſtituit vero ea in verbis ⁊ elementis: ad euidentiam ſignificationis: ⁊ efficaciam ſanctificatōis ita q̄ ſemꝑ habēt ſignificantiā veritatis: ſed nō ſemper efficaciam curatōis. nō propter defectum a parte ſui: ſed parte ſuſcipientis. ℭ Inſtituit autem predicta ſacramenta diuerſimode. ℭ Quedam. ſcꝫ ex eis confirmando: approbando ⁊ ↄ̄ſummando. vt matrimoniū ⁊ penitentiaꝫ. Quedā aūt inſinuando ⁊ initiando: vt ↄ̄firmationē ⁊ vnctionē extremā. ℭ Quedā vero initiando ⁊ ↄ̄ſummando ⁊ in ſemetipo ſuſcipiendo: vt ſacramentū baptiſmi. eucharistie ⁊ ordinis. Hec enim tria ⁊ plene inſtituit: ⁊ etiam primus ſuſcepit. ℭ Rō aūt ad intelligentiā pdictoꝝ hec eſt. Quia principiū reparatiuū noſtrū eſt chriſtus crucifixus: vbū ſcꝫ incarnatū. quod q: verbum eſt patri coequale ⁊ ↄ̄ſubſtātiale: eſt verbū ſumme potētie ſumme veritatis: ⁊ ſumme bonitatis. ac per hoc ⁊ ſumme auctoritatis. ⁊ ideo ipſius ē ꝓprie nouū teſtamentū introducere. ipſius eſt

etiam: τ are legē integrā τ ſufficientē ſm exigentiam ſumme virtutis: τ veritatis ac bonitatis ſue. Rōne igit̄ ſumme bonitatis pmiſſa ppoſuit beatificantia. rōne aūt ſumme veritatis pcepta dedit dirigētia. rōne vero ſūme virtutis ſacramēta ſtatuit adminiculātia vt ſic per ſacramenta virtus reparet̄ ad implenda precepta dirigentia. τ p precepta directiua pueniret̄ ad promiſſa eterna. faciēte hoc verbo eterno. xpo ſcʒ dño in lege euangelica. in q̄ titum eſt v a vitas τ vita. ¶ Rurſus q̄m repatiuū principiū nō ſolū eſt verbū inquantū verbū: ſed etiā inquantū incarnatū. q̄d hoc ipſo q̄ incarnatū oībus ſe offert quantū ad noticiā veritatis: τ oībus digne accedentibus ſe exhibet ad grām curationis. hinc eſt q̄ tanq̄ plenū gratie τ veritatis ad maiorē euidentiā ſignificandi. τ efficaciam ſanctificandi ſacramenta inſtituit in elemētis ſimul τ verbis. vt dū elementa oculis: τ verba auribus ſe offerent. qui ſunt duo ſenſus maxime cognoſcitiui: euidentiā darent ſignificationis expſſe. deinde etiā verba ſanctificarent elemēta. vt plenior fieret efficacia curatiōis humane. que q̄m nulli dat̄ repugnāti τ impugnāti fontē gratie interius i corde. ideo ſic inſtituta ſunt vt ſignificarent ſemp τ vniuerſaliter. non aūt ſanctificarent niſi accedentes digne abſq̄ omni fictōe. ¶ Poſtremo. q̄m etſi verbū incarnatū ſit fons gratie ſacramētalis: aliqua tñ gratia ſacramentalis fuit ante incarnationē. aliqua vero non niſi poſt ſpūſancti miſſionē. quedam aūt medio mō ſe habent. hinc eſt q̄ oportuit ſacramenta inſtitui diuerſimode. Nā ante incarnationē neceſſaria fuit ppunctio penitētialis: τ generatio matrimonialis. ideo hec duo ſacramenta nō de nouo inſtituit: ſed iā a ſe inſtituta: τ naturali dictamini q̄dāmodo impreſſa cōſummauit τ confirmauit in lege euangelica. dum penitentiā predicauit: τ nuptijs īterfuit: τ legem coniugij approbauit: ſm q̄ colligitur ex diuerſis euangelij locis. Ante vero ſpūſancti miſſionē. nec fuit plena ſpiritus ſancti donatio ad ꝯfirmationem: τ nominis chriſti publicā ꝯfeſſionē. nec vnctio mentis plenaria ad euolationē. ideo hec duo ſacramenta ſcʒ ꝯfirmationem τ extremā vnctionem chriſtus ſolum initiauit τ inſinuauit. cōfirmationē: manū puulis imponēdo: τ predicendo diſcipulos baptizādos ſpūſancto. vnctionem vero extremā diſcipulos ad curandum mittendo. qui infirmos vngebant oleo ſicut dicit̄ in marco. ¶ Medio aūt tpe τ ſuit regeneratio: τ eccleſie ordinatio: τ ſpūalis cibatio. ideo chriſtus hec tria ſacramenta. ſ. baptiſmi: euchariſtie τ ordinis: τ complete τ clare inſtituit. Primo baptiſmū ſuſcipiendo deinde formā dando: τ ceteris publicando. Ordinem vero dando primo poteſtatem ligandi τ ſoluendi peccata humani generis. τ poteſtatē ꝯficiendi ſacramentū altaris. Euchariſtiā vero pparando ſe grano frumēti. τ ꝯficiendo τ dando imminente paſſiōe ſacramentū corporis τ ſanguinis ſui. Et iō hec tria ſacramenta per chriſtū diſtincte τ integre debuerunt inſtitui: τ in lege veteri multipliciter figurari. tanq̄ ſacramenta ſubſtantialia noui teſtamenti: τ propria legiſlatoris verbi ſcilicet incarnati.

## Capitulū. v.

### ¶ De ſacramentorum diſpenſatione.

d E diſpenſatione vero ſacramentoꝝ hoc tenendū eſt. q̄ poteſtas diſpenſationis ſacramentoꝝ regularit̄ ſpectat ad ſolū genus humanū. ¶ In oībus autem ſacramentis diſpenſandis. neceſſaria eſt in diſpenſante intentio. ¶ In aliquibus etiā neceſſario cum intentōe reqritur ordo ſacerdotalis vel pontificalis. Pōtificalis inq̄ neceſſarius eſt diſpenſatiōi ꝯfirmatōis τ ordinis. Sacerdotalis vero diſpēſatiōi euchariſtie: pniē τ vnctōis extreme. Baptiſmꝰ aūt τ mrimonium: licet ad ſacerdotes ſpectent poſſunt tñ preter ordinem ſacerdotalē diſpēſari de facto: maxime in articulo neceſſitatis. His aūt exiſtentibus ſacra diſpēſari poſſunt a bonis τ malis. a fidelibus τ hereticis. intra

eccleſiam ꝛ extra. ſed intra ſm veritatē ꝛ ad
vtilitatē. extra vero nō ad vtilitatem. licet di
ſpenſent ſm veritatē. ¶ Rō aūt ad intelli-
gentiā ꝑdictoꝝ hec eſt. Quia reparatiuū ꝑnci
piū noſtꝝ: verbū. ſ. incarnatū inquantū deuſ
ꝛ hō ſacra inſtituit ad ſalutē hoīm. ordinauit
ſicut ꝛ ꝯgruū fuit vt hoībus diſpēſarētur p
miniſteriū hoīm propter ſeruandam confor-
mitatem diſpenſatoris ad ſaluatorē chriſtum
ꝛ ad ipm hoiem ſaluandū. Quīa ergo ſalua-
tor chriſtus hūmanum genus ſaluauit ſm ꝙ
exigebat equitas iuris: dignitas ordinis ſe-
curitas ſalutis. operatus eſt enim ſalutē noſtrā
modo recto: ordinato ꝛ certo. hinc eſt ꝙ ſm
hoꝝ trium exigentiā ſacra cōmiſit homini-
bus diſpenſanda. Primo igiť q: rectitudo
iuris exigit: vt opera hoīs ſm ꝙ homis non
fiant ꝑcipitanter: ꝛ opa hoīs vt miniſtri xpi
aliquo modo referanť ad chriſtum. ꝛ opera
hoīs vt miniſtri ſalutis aliquo modo referā
tur ad ſalutem vel in generali vel in ſpēali. ꝛ
diſpenſatio ſacramētoꝝ eſt opus hoīs: vt ra
tionalis: vt miniſtri xpi. ꝛ vt miniſtri ſalutis.
hinc eſt ꝙ neceſſe eſt ꝙ fiat ex intentiōe. qua
quis intendat facere qḋ chriſtus inſtituit ad
humanā ſalutem. vel ſaltē facere qḋ facit ec-
cleſia. in quo clauditur in generali intētio ꝑ-
dicta. q: ipſa eccleſia ſicut ſacra a chriſto acce
pit: ſic ad fideliū ſalutem diſpenſat. ¶ Rur
ſus q: ordo dignitatis exigit: vt maiora maio
ribus: minora minoribus: ꝛ media medijs
cōmittantur. ꝛ quedā ſunt ſacra que ꝑcipue
reſpiciūt excellentiā virtutis ſiue dignitatꝭ vt
ſacrm confirmationis ꝛ ordinis. quedā q̄ re
ſpiciunt indigentiā neceſſitatis. vt baptiſmꝰ ꝛ
mrimoniū. quoꝝ vnum generat: alterū rege
nerat ad exiſtentiam debitam. quedā aūt me
dia: vt eucariſtia: pnia: ꝛ vnctio extrema.
hinc eſt ꝙ prima tanq̄ſ ſuprema nō poſſunt
diſpenſari niſi ab epis ꝛ pontificibus q̄ſtum
eſt de iure ꝯmuni: alia vero tanq̄ſ infima di
ſpenſari poſſunt a quibuſcūqꝫ ordinibus et
perſonis inferioribus. maxime i articulo ne
ceſſitatis. qḋ dico ratiōe baptiſmi. media vo
a ſolis ſacerdotibus: qui inter epos ꝛ inferio
res perſonas ſunt quaſi in medio conſtituti.
¶ Poſtremo quia ſecuritas ſalutis exigit:
vt res ſic fiat vt in dubium nō cadat. ꝛ nullꝰ
eſt qui certus ſit de bonitate ꝛ credulitate di
ſpenſatoris. ꝛ idem ipſe non eſt certus de ſe
vtrum odio vel amore dignus ſit. ideo ſi ſa-
cramenta diſpenſari ſolum poſſent a bonis:
nullus eſſet certus de ſuſceptione ſacramēti.
ꝛ ſic oporteret ſemꝑ iterari. ꝛ ſic malitia vni
us preiudicaret aliene ſaluti. Nulla etiā eſſꝫ
ſtabilitas in gradibꝰ hierarchie eccleſie niſi
tantis. que maxime conſiſtit in ſacramentis
diſpenſandis. ꝛ ideo congruū fuit vt ſacra-
mētoꝝ diſpenſatio cōmitteretur hominibus nō
rōne ſanctitatis q̄ variať ſm voluntatē. ſed
rōne auctoritatis q̄ ſemꝑ manet quantū ē de
ſe. ac per hoc oportuit ꝙ ſe extenderet ad bo
nos ꝛ ad malos. ad eos qui ſunt intra: ꝛ ad
eos q̄ ſunt extra eccleſiā. ¶ Verū q: extra
vnitatē fidei ꝛ charitatis q̄ facit nos filios
eccleſie ꝛ mēbra: nullꝰ pōt ſaluari. iō ſi ſacra
extra recipianť: nō ad ſalutē recipiunť: q̄uis
vera ſint ſcra. ſed vtilia poſſunt fieri ſi qs re
deat ad ſctām matrem eccleſiā. vnicam chriſti
ſponſam: cuius filios nīſi xpo ſponſus repu-
tat dignos hereditate eterna. ¶ Unde augꝰ
ꝯ donatiſtas. Eccleſia paradiſo comparata i
dicat nobis poſſe quidē baptiſmū eius ho-
mines etiā foris accipe. ſed ſalutem beatitu-
dinis extra eā neminē vel ꝑcipere vel tene-
re. Nā ꝛ flumina de fonte paradiſi ſicut ſcri
ptura teſtatur etiā foras largiter manauerūt.
nominatim quippe ꝯmemoranť: ꝛ ꝑ q̄s ter-
ras fluant: ꝛ ꝙ extra paradiſum ꝯſtitute ſint
oībus notū eſt. nec tamē in meſopotamia vl'
in egipto: quo illa flumina puenit: eſt felici-
tas vite que in paradiſo ꝯmemorať. ita fit vt
cum paradiſi aqua ſit extra paradiſum: bea-
titudo tñ nō ſit niſi intra paradiſum. ¶ Sic
ergo baptiſmus pōt eſſe extra eccleſiā. mu
nus aūt beate vite non niſi intra eccleſiā re-
peritur que ſupra petrā etiā fundata eſt. que
ligandi ꝛ ſoluendi claues accepit. ¶ Decet

vna que tenet ⁊ poſſidet oēs ſponſi ſui ⁊ dñi poteſtatē. ꝑ quā ꝯiugalē poteſtatē etiã de ancillis parere filios pōt. qui ſi nō ſupbiant in ſortem hereditatis vocabunť. ſi vero ſupbiant extra remanebunt. ¶ Magis ergo qꝛ ꝓ eccleſie honore atqꝫ vnitate pugnam⁹. nō tribuamus hereticis quicqd apud eos eiuſmodi cognoſcimus. ſed eos arguētes doceãmus qđ extra vnitatē habēt non valere ad ſalutem: niſi ad eandē venerint vnitatē.

## Capitulū. vi.

### ¶ De ſacramentorum iteratione.

De iteratione aūt ſacramentoꝝ hͦ tenendū eſt. qꝫ licet cōmune ſit oībus ſacramentis non iterari ſup eandeꝫ pſonam ⁊ materiã ⁊ ex eadem cauſa. ne fiat cōtumelia ſacramento. ſpēaliter tñ tria ſūt ſacramenta que non ſunt aliquatenus iterãda ſcꝫ baptiſm⁹: ꝯfirmatio: ⁊ ordo. In his nãqꝫ tribus imprimiť triplex caracter. interior: q non deleť. inter quos caracter baptiſmalis retinet fundamentū: nec alij poſſunt imprimi niſi ille pͥmitus imprimať. Unꝰ ſi quis ordinať nō baptizatus nihil ꝓſus efficitur. ſed eſt totū de nouo faciendū. qꝛ non intelligitur iteratū qđ ꝯſtat non fuiſſe factū. ¶ Rō aūt ad intelligentiã pmiſſoꝝ hec eſt. Quia pͥncipiū noſtrū repatiuū: verbū ſcꝫ incarnatū: licet ratione ſue ſumme virtutis ⁊ ſapientie ⁊ bonitatis nihil agat inefficaciter: nihil icpte. nihil infructuoſe. potiſſime tamen hoc obſeruare debet in nobiliſſimis operibus ſuis. cuiuſmodi ſunt illa per que reparetur genus humanū. Quã ergo ſacramenta ſunt de genere hmōi opeꝝ diuinoꝝ. hinc eſt qꝫ cōtumelia qđāmodo fit eis qñ ſup eandem materiã ⁊ perſonã ⁊ ex eadem cauſa iterantur. qꝛ ex hoc oſtendiť qꝫ prius diſpenſata fuerūt inefficacia: inepta ⁊ infructuoſa. contra id qđ exigebat ipſius repatiui principij virtus ⁊ ſapientia ⁊ bonitas ſumma. que ſemp aſſiſtit ad operandū in illis ⁊ ꝑ illa ſacramẽta. ¶ Rurſus qñ inter hec ſacra repatiua in quib⁹ eſt generaliter efficacia diuine virtutis ad reparationem humani generis qdam ſunt que tñ introducta ſunt ꝓpter remedia morboꝝ. quedam etiã nō ſolū ad hoc: ſed ad ſtatuendum: diſcernendū: ⁊ ordinandū in eccleſia hierarchicos gradus: ⁊ morbi poſſunt variari: expelli ⁊ iterū introduci. gradus aūt eccleſie debent eſſe firmi: ſolidi ⁊ incōcuſſi. hinc ē qꝫ ſacramẽta que reſpiciūt morbos iterabiles: habent effectus trãſeūtes. ac ꝑ hoc ⁊ iterabiles rōne noue cauſe. ſacra vero illa que reſpiciunt gradus hierarchicos. ⁊ ſtatus fidei dterminatos: neceſſe eſt qꝫ pͥter effectus remediãtes: aliquos effectus tribuãt pmanētes ad graduū ⁊ ſtatuū eccleſie diſtinctionē fixã ⁊ ſtabilē. Et qñ hͦ nō pͭ fieri ꝑ data naturalia. vel dona gratuita gratū facientia. neceſſe eſt qꝫ fiat ꝑ aliqua ſigna: ſubſtãtie incorruptibili. ſ. anime incorruptibili: a principio incorruptibili. ſꝫm ꝯformitatē ad incorruptibiliť ĩdelebiliter et gratis impreſſa. que caracteres appellanť. qui qñ nunqꝫ deleňť. iō nec iterari poſſunt. nec illa ſacra in quib⁹ hmōi caracteres imprimunť. ¶ Poſtremo qñ triplex eſt ſtatus fidei ſꝫm quē habet fieri diſtinctio in pplo chriſtiano ĩ acie eccleſiaſtice hierarchie. ſ. ſtatus fidei genite: roborate: ⁊ multiplicate. Scđm primū fit diſtinctio fidelium ab incredulis. ꝑ ſcđm fit diſtinctio fortiū ab infirmis ⁊ debilibus. ſꝫm tertiū fit diſtinctio clericoꝝ a laicis. hinc eſt qꝫ illa ſacramenta q̄ reſpiciūt triplicē fidei ſtatū predictū characteres imprimūt. ꝑ quos indelebiliť impſſos ſemp diſtinguūt. ac ꝑ hoc nunqꝫ iterari pñt. Quã ergo baptiſm⁹ reſpicit ſtatū fidei genite in quo pplus dei diſtinguiť ab incredulis vt iſrahelite ab egiptijs. ⁊ ꝯfirmatio reſpicit ſtatum fidei roborate. in quo diſtinguitur populus fortis ab infirmis. ſicut pugiles ab his qui ad pugnã nō ſunt idonei. ⁊ ordo reſpicit ſtatū fidei multiplicate: in quo diſtinguiť clerus a laicis. ſicut leuite ab alijs tribubus. hic eſt qꝫ in his tribus ſacramentis characteres imprimunť. Quia vero diſtinctio ppli a nō pplo: pͥma ē ⁊ radicalis. hic ē qꝫ chara

cter baptiſmalis eſt fundamentũ oĩuꝫ alioꝝ characterũ. ⁊ ideo illo nõ ſubſtrato nihil poterit ſuperedificari. ac per hoc oportet de nouo fieri. ſi aũt ille ſubſternaf alij impmi põt. nec vnq̃ȝ vlterius iterãdi ſunt. nec ſacra tria ꝑdicta que hos imprimũt ex cauſa aliqua iteranf. ⁊ grauis de facto iterãtib⁹ debet pena imponi. propter diuini contumeliam ſacramenti. licet alia q̃tuor ex cauſis diuerſis poſſint ſine ſui contumelia iterari.

## Capitulum vij.

¶ De integritate baptiſmi.

Iam nunc ſeptimo loco reſtat videre de integritate vniuſcuiuſq; ſacramenti: que cum ſint in numero ſepformi: primo dicendũ eſt de baptiſmi integritate. qđ eſt ianua oĩuꝫ alioꝝ ſacramentorum ¶ De integritate igif ſacri baptiſmi hoc tenenduꝫ ẽ. q̃ ad hoc q̃ aliq̃s baptizef vere ⁊ plene: regrif expreſſio forme vocalis a dño inſtitute: que eſt hec. Ego te baptizo in noie patris ⁊ filij ⁊ ſpũſſancti amen: abſq; omiſſione vocabuli: ⁊ ſine interpoſitione vocabuli. abſq; ꝑpoſteratiõe ordinis ſupradicti. ⁊ ſine cõmutatiõe nois ꝑlati. Regrif etiam merſio vel ablutio p elemẽtũ aq̃ in toto corpore vel ſaltẽ in digniori pte. ita q̃ expreſſio ⁊ merſio fiat ab vno ⁊ eodẽ: ⁊ in eodẽ tpe. q̃bus ↄcurrentib⁹ ſi nõ ſit fictio in baptizãdo datur ei gr̃a regeneratiõis: rectificaſ ⁊ purificaſ ab omni culpa. Qđ vt efficacius fiat catheciſmus ⁊ exorciſmus tanq̃ȝ ꝑparatorij ꝑmittuntur tam in paruulis q̃ȝ in adultis. ita tñ q̃ in adultis requirif fides propria. in paruulis ſufficit fides aliena. ¶ Rõ autem ad intelligentiam predictoꝝ hec eſt. Quia cũ principiũ noſtrũ reparatiuũ: verbũ. ſ. incarnatũ tanq̃ȝ pfectiſſimũ ⁊ ſufficiẽtiſſimũ principiũ reparare habeat gen⁹ humanum p medicamẽta ſacramentoꝝ. ita q̃ nihil ſit in eis ſuperfluum: nihil inordinatũ. nihil etiã diminutuꝫ. ita diſponere debuit q̃ ſacramentũ baptiſmi ⁊ alia integrarenf ſm q̃ exigebat ſua virt⁹. noſtra ſalus: ⁊ etiã noſter morb⁹. Qm̃ g̃ virtus nos repans: eſt virtus totius trinitatis quã ſancta mater eccl'ia credit in animo: confitef in verbo. ⁊ profitef in ſigno: ſub triũ perſonaruꝫ diſtinctiõe ⁊ ꝓprietate: ordine ⁊ origine naturali. eſt etiam virt⁹ paſſiõis xp̄i qui mortuus ⁊ ſepult⁹ fuit. ⁊ die tertia reſurrexit. hinc eſt q̃ ad hoꝝ expſſiones in ſacro qđ primũ oĩuꝫ ſacramẽtoꝝ ẽ. ⁊ in q̃ p̃mo ⁊ principaliter hec virt⁹ opaf: debuit fieri expſſio trinitatis diſticta ꝓpria ⁊ ordinata noiatione: q̃tũ eſt de forma cõmuni. licet in tpe primitiue eccleſie potuerit fieri in noĩe chriſti. in quo intellectus claudif tot⁹ trinitatis. Debuit etiã fieri ꝓpria ⁊ ordinata noiatio vbi baptizãdi: cũ trina merſione: ad expreſſioneꝫ mortis chriſti ⁊ ſepulture: ⁊ reſurrectionis poſt triduũ facte: q̃ȝtũ eſt de congruitate. Et q̃ ſil' opaf vtraq; virtus. ⁊ in vno chriſto ſaluatore: vtrũq; hoꝝ debet fieri ab vno ⁊ eodem ſimul ⁊ eodẽ tpe: ꝓpter ſignandã vnitatem in ſacro. ⁊ ſignificãdã vnitatẽ in nr̃o mediatore. ¶ Rurſus qm̃ ſalus noſtra requirebat inchoari per regenerationẽ ſeu renouationẽ in eſſe gr̃e cõferentis ſpũale eſſe: abſtergendo immundiciã: effugando tenebras. ⁊ refrigerando ↄcupiſcẽtiã. que vniuerſaliter labefactat omnẽ hoieꝫ deſcendentẽ ſeminaliter ab adam. hinc eſt q̃ ſacramentum primum qđ eſt regeneratiuũ: debuit fieri in elemento qđ haberet conformitatẽ ex naturali repreſentatione ad triplicẽ effectũ ꝑdictum gr̃e inchoantis nr̃am ſalutẽ. Qm̃ ergo aqua ſua puritate mundat. ſua ꝑſpicuitate luminis eſt delatiua. ſua frigiditate refrigerat. ⁊ maxime cõmunis eſt omnibus inter oĩa liq̃da. hinc eſt q̃ ſacramentuꝫ regeneratõis nr̃e pfici debuit in elemento aq̃ indifferẽter. q̃ oĩs aqua omni aq̃ eſt eadẽ ſpecie. ⁊ etiã ne aliq̃s ꝓpt defectum elementi piculuꝫ ſalutis incurrere poſſet. ¶ Poſtremo qm̃ morbus noſter cõtra quẽ principaliter eſt baptiſm⁹: eſt originale peccatuꝫ: qđ animã priuat vita gr̃e: ⁊ oĩuꝫ virtutum rectitudine habilitante: ⁊ pronũ q̃dammodo reddit ad omne gen⁹ culpe: ⁊ tra

ducitur aliūde. et paruulū facit ↄcupiscibilē et adultū actu cōcupiscentem: redigit etiā in diabolicā seruitutem: et in ptātem principis tenebrarū. Hic est q ad hoc q p illud sacramētū per ↄriū sufficiens adhibeat remedij medicamentū: cōgruit in eo dari grām regenerantem ↄ priuationē vite gratuite. grām rectificantē in septiformi ↄtute ↄ priuationē ↄtutis habilitatiue. grām purificantem ab omni culpa ↄ pronitatē ad oēm deordinationem viciosam. Et qm̄ originale pctm̄ trahit aliunde et paruulū facit concupiscibilem: et adultum actu cōcupiscentē. necessaria est adulto fides ppria et penitentia. sed puulo sufficit aliena. q̄ sꝫ est in vniuersali ecclesia. Quia vero baptismus debet eruere a seruitute diaboli. et de ptāte principis tenebrarū: tam paruulos q̄ adultos. hinc est q vtriq exorcizari debent ad expulsionem ptātis ↄrie. vtriq etiā cathezizari. adulti vt expulsa caligine erroris informentur ad fidem. paruuli vero vt sciant patrini quid eos debeāt edocere. ne p humano defectu impediatur baptismatis sacramentum. quo minus habeat ↄtutem suā.

Capitulum viij.

De integritate confirmationis.

De sacramento confirmationis [illegible] [illegible] est q ad ipsius integritatē requiritur forma vocalis. que sm̄ maiorem magis cōmunem hec est. Signo te signo crucis. cōfirmo te chrismate salutis in nomine patris et filij et spiritussancti amē. Requirit etiā chrisma. qd ↄficitur ex oleo oliuarū et balsamo. de quo cū per manus epi signū crucis fronti imprimitur sub pdicta forma ↄborū: cōfirmationis suscipitur sacramentū. p qd cōfirmatur hō vt pugil ad nomen christi audacter et publice cōfitendū. Rō aūt ad intelligentiā predictorum hec est. Quia reparatiuū principiū nostrū: verbum. s. incarnatū sicut eternaliter cōceptū est in corde prīs et temporaliter in carne sensibiliter apparuit hoī. sic neminem repat nisi ipsum et corde credendo cōcipiat. et credituū exteri9 cōfitēdo depromat cōfessione debita: cuiusmodi est confessio veridica. veritate plena. que non tm̄ est veritas speculatiua: verumetiam practica. Hec autē est in qua nō tm̄ est adeq̄tio intellectus sermonis et rei. verūetiam in q̄ tot9 homo veritati cōformatur: sm̄ intelligentiā rōnis. sm̄ cōplacentiam voluntatis. et sm̄ adherentiam virtutis. vt sit ex toto corde: tota aīa: et tota mente. sit ex corde puro: conscientia bona. et fide non ficta. et talis est confessio integra: placida et intrepida. vt sit integra ratione eius de quo est. placida ratione ei9 coram quo fit. intrepida rōne eius a quo fieri hꝫ illa confessio. Quoniā g̃ ad hoc hō pusillanimis non est idone9 nisi p manū supne gratie cōfirmetur. ideo ad hoc sacramētū ↄfirmatōis fuit diuinitus institutum: tanq̄ immediate sequens baptismum. Quia vo finis imponit necessitatem his que sunt ad finē. ideo integrari debet hoc sacramentū sm̄ exigentiam cōfessiōis predicte: et suarū ↄditionū: trium videlicet predictarū. Primo g̃ qm̄ cōfessio hec debet esse integra. et integritas ↄfessiōis nō est nisi quis ↄfiteatur christū verū hoiem pro hoibus crucifixū: eundēq verū dei filiū incarnatū in vnitate psone et [illegible] [illegible] coequalem [illegible] q in forma vocali non [illegible] [illegible] signi crucis. et nominis beatissime trinitatis. Amplius q: cōfessio debet eē placida rōne eius coram quo fit. et fieri hꝫ coram deo et hominibus. et deo nō pōt placere nisi assit lumen intelligentie et nitor ↄscie. nec proximis nisi assit odor bone fame et vite honeste. ideo ad horū designationem in elemēto exteriori cōmisceatur oleū oliuarū. qd est nitidū: et balsamum qd est odoriferū. vt p hoc significetur q cōfessio ad quā hoc sacrm̄ ordinat et dispōit cōiunctū oꝫ habere nitorē cōscientie et intelligentie: cū suaui odore tam vite q̄ fame: ne contrarietas aliqua sit inter linguā et ↄsciam. vel inter linguā et famā propter quā tal' confessio nō acceptetur ab hominibus: nec approbet a christo. Postremo qm̄ talis cōfes-

ſis debet eſſe intrepida: vt nec pudore nec ti
more dimittat quis dicere veritatem: ⁊ tpe p
ſecutionis chriſti ignominioſam mortem chri
ſti in cruce confiteri publice formidat quis ⁊
erubeſcit: precipue horrens incidere in conſi
milem penam ⁊ ignominiã paſſionis: ⁊ hu
iuſmodi timor ⁊ pudor potiſſime apparet in
facie. ⁊ maxime in fronte. ideo ad omnẽ ve
recundiam ⁊ formidinẽ propulſandã: ⁊ ma
nus poteſtatiua imponitur que ↄfirmet: ⁊ crux
fronti imprimitur vt non erubeſcat eam publi
ce cõfiteri. nec formidet pro cõfeſſiõe nominis
chriſti: ſi opus fuerit quãtãcunqꝫ penam vel
ignominiam ſuſtinere. tanq̃ꝫ verus pugil vn
ctus ad prelium: ⁊ tanq̃ꝫ ſtrenuꝰ miles ferẽs
in fronte regis ſui ſignum: ⁊ crucis clꝰ triũ
phale vexillum. cũ quo paratꝰ ſit penetrare
hoſtium cuneos ſecurus. Nõ enĩ poteſt cru
cis gloria libere predicari: ſi crucis pena ⁊
ignominia formidetur. iuxta qḋ ſanctus dice
bat andreas. Ego ſi crucem expaueſcerem:
gloriam crucis minime predicarem.

Capitulum ix.

¶ De integritate eucharistie.

D e ſacramento eucharistie hoc tenẽ
dum eſt: ꝙ in hoc ſacramẽto verũ
chriſti corpus ⁊ verus ſanguis: non
tm̃ ſignificatur: verũetiam veraciter ↄtinetur
ſub duplici ſpecie. panis. ſ. ⁊ vini. tanq̃ꝫ ſub
vno ⁊ non ſub duplici ſacramento. hoc autẽ
eſt poſt conſecrationem ſacerdotalẽ: que fit
in prolatiõe vocalis forme a dño inſtitute ſu
per panem. ſ. hoc eſt corpus meũ. ſup vinum
vero. h̓ eſt calix ſanguinis mei. quibꝰ ꝯbis
cũ intentiõe cõficiẽdi a ſacerdote ꝓlatis: trãſ
ſubſtantiatur vtrũqꝫ elementum ſm ſubſtanti
am in corpus ⁊ ſanguinem ieſu chriſti. rema
nentibus ſpeciebus ſenſibilibus. in quarum
vtraqꝫ continetur totaliter: non circũſcriptibili
ter nec localiter. ſed ſacramentaliter totꝰ chri
ſtus. In quibus etiã proponitur nobis vt ci
bus. quem qui digne accipit non ſolũ ſacra
mentaliter: verũetiam per fidẽ ⁊ charitatem
ſpũaliter manducando: corpori chriſti myſti
co magis incorporatur: ⁊ in ſeipſo reficitur ⁊
purgatur. qui vero indigne accedit: iudicium
ſibi manducat ⁊ bibit: non diiudicãs ſctiſſi
mum corpus chriſti. ¶ Ratio aũt ad intel
ligentiã predictorum hec eſt. Quia principiũ
noſtrum reparatiuum: verbum. ſ. incarnatum
⁊ ſufficientiſſimum eſt in virtute: ⁊ ſapiẽtiſſi
mum eſt in ſenſu. ideo ſic nobis cõtulit ſacra
ſm ꝙ exigit ſapientia ⁊ ſufficiẽtia ſua. ¶ Et
quia ſufficientiſſimus eſt: ideo largiendo me
dicamenta morborum ⁊ chariſmata gratiaꝝ
non tm̃ inſtituit ſacrm̃ qḋ nos in eſſe gratie
generaret: vt baptiſmus: ⁊ genitos augmen
taret ⁊ roboraret: vt confirmatio. verumetiã
quod genitos ⁊ augmentatos enutriret: vt ſa
cramentum eucharistie. propter quod hec
tria ſacramẽta omnibus dantur qui accedũt
ad fidem. Quĩ ergo nutrimentum noſtrum
quantum ad eſſe gratuitũ attenditur in vnoq
qꝫ fidelium p cõſeruationẽ deuotiõis ad de
um: dilectiõis ad ꝓximum. ⁊ delectatiõis in
tra ſeipſum. ⁊ deuotio ad deũ exercetur p ſacri
ficij oblationem. dilectio ad ꝓximũ p vnius
ſacramenti cõmunionem: ⁊ delectatio intra
ſeipſum per viatici refectionẽ. hinc eſt ꝙ pn
cipium noſtrũ reparatiuũ iſtud ſacrm̃ euchari
ſtie dedit in ſacrificium oblatiõis. ⁊ ſacramẽ
tum cõmuniõis: ⁊ viaticũ refectiõis. ¶ Qꝛ
vero principiũ noſtrũ reparatiuũ nõ tm̃ ẽ ſuf
ficientiſſimum. verũetiã ſapiẽtiſſimum. cuiꝰ
eſt oĩa agere ordinate. ideo ſic dedit ⁊ diſpo
ſuit nobis ſacrificium ſacrm̃ ⁊ viaticum ex
hibere. ſm ꝙ cõpetit tpe gratie reuelate. ſta
tui vie: ⁊ capacitati nr̃e. ¶ Primo igitur qꝛ
tpus gratie reuelate requirit ꝙ iam non offe
ratur oblatio qualiſcũqꝫ. ſꝫ pura: placida: ⁊ ple
naria. ⁊ nulla alia oblatio ẽ talis niſi illa que
in cruce fuit oblata. ſ. chriſti corpꝰ ⁊ ſanguis
hinc eſt ꝙ neceſſario oportet i hoc ſacramẽ
to: non tm̃ figuratiue: verumetiam veraciter
corpus chriſti tanq̃ꝫ oblationẽ huic tpi debi
tam ↄtineri. ¶ Similr ꝙ tpi gratie ↄſonat ꝙ
ſacramentũ cõmuniõis ⁊ dilectiõis: nõ tm̃ ſit
cõmunionẽ ⁊ dilectionem ſignificans. verũ

etiam ad illã inflãmãdũ. vt efficiat qđ figurat
⁊ qđ maxime nos inflãmat ad dilectionem
mutuam: ⁊ maxime vnit membra: ⁊ eſt vnitas
capitis. a quo ꝑ vim amoris diffuſiuam: vni
tiuã ⁊ transformatiuã: manat in nos dilectio
mutua. hinc eſt ꝙ in hoc ſacramento conti-
netur verũ chriſti corpus ⁊ caro imaculata.
vt ſe nobis diffunderet: ⁊ nos inuicem vni-
ret: ⁊ in ſe transformaret ꝑ ardẽtiſſimã cha-
ritatẽ. per quã ſe nobis dedit. ſe ꝓ nobis ob
tulit: ⁊ ſe nobis reddidit. ⁊ nobiſcum exiſtit
vſqȝ ad finẽ mũdi. ¶ Per hunc etiã modũ
refectio cõpetens ſtatui grẽ: eſt refectio ſpi-
ritualis: cõmunis ⁊ ſalutaris. Refectio au-
tem ſpũs eſt verbũ vite. ac ꝑ hoc refectio ſpi
ritualis ipſius ſpũs in carne eſt verbum incar
natum. ſeu caro verbi. que cib⁹ eſt cõmunis
⁊ ſalutaris. quia licet ſit vna: omnes tñ ſaluã
tur per ipſã. Quia ergo non eſt dare alium
cibum ſpũalem cõmunẽ ⁊ ſalutiferũ: niſi ipſũ
verum corpus chriſti. hinc eſt ꝙ neceſſe ẽ ip
ſum in hoc ſacramento veraciter eſſe cõten-
tum: exigẽte hoc pfectiõe ſacrificij placatiui:
ſacramenti vnitiui: ⁊ viatici refectiui. que de
bent eſſe in tpe noui teſtamenti. ⁊ grẽ reuela
te: ⁊ veritatis chriſti. ¶ Rurſus quia ſtatui
vie non competit chriſtum apte videre pro-
pter velamen enigmatis: ⁊ propter meritũ
fidei. nec conuenit chriſti carnẽ dentibus at
tractare. ⁊ propter horrorẽ cruditatis. ⁊ pro
pter imortalitatem ipſius corporis. ideo neceſ-
ſe fuit corp⁹ ⁊ ſanguinem chriſti tradi vela-
tum ſacratiſſimis ſymbolis: ⁊ ſimilitudinib⁹
cõgruis ⁊ expſſis. Et qm̃ nihil magis ido-
neum eſt ad refectionẽ qȝ cibus panis: ⁊ po
tus vini. nihil eſt etiam magis idoneũ ad ſi-
gnificationem vnitatis corporis chriſti veri ⁊
myſtici: qȝ panis factus de mundiſſimis gra
nis: ⁊ vinum expreſſũ de puriſſimis acinis
in vnum collectis. ideo ſub his ſpẽbus ma-
gis qȝ ſub alijs debuit hoc ſacrm̃ exhiberi.
Et qꝛ chriſtus ſub illis ſpeciebꝰ eſſe debebat.
non ꝑ mutationem factã in ipſo: ſꝫ potius
in eis. ideo ad prolationẽ duplicis verbi pre

dicti. in qua īſinuaꝛ exñtia chriſti ſub ſpẽbus
illis fit cõuerſio ſubſtãtie vtriuſqȝ in corpus
⁊ ſanguinẽ: remanentibus ſolis accidentib⁹
tanqȝ ſignis ipſius corporis cõtentiuis ⁊ etiam
expſſiuis. ¶ Quia vero corp⁹ chriſti beatũ
⁊ glioſum non põt diuidi in ptes ſuas. nec ſe
parari ab aĩa. neqȝ a diuinitate ſumma. ideo
ſub vtraqȝ ſpecie eſt vnus chriſtus ⁊ totus ⁊
indiuiſus. ſ. corpus ⁊ aĩa: ⁊ deus. ac per hoc
vtrobiqȝ eſt vnum ⁊ ſimpliciſſimum ſacra-
mentum. continens totum chriſtũ. ¶ Et qm̃
qlibet pars ſpeciei ſignificat corp⁹ xpi. hic ẽ
ꝙ totum ſic eſt in tota ſpecie. ꝙ in qualibet
eius parte. ſiue ſit integra: ſiue diuiſa. ac per
hoc non eſt ibi vt circũſcriptum. vt occupãs
locum. vel habens ſitũ. ut ꝑceptibile per ali-
quem ſenſum corporeum ⁊ humanũ. ſed oẽs
latens ſenſum vt fides habeat locum ⁊ me-
ritum. Propter quod etiã vt nõ dephẽdaꝛ
accidentia illa habent oẽm operationẽ quã
etiam habebãt prius. licet ſint pter ſubiectũ
qȝdiu cõtinent intra ſe chriſti corp⁹: quod q
dem eſt qȝdiu durant in ſuis proprietatibus
naturalibus. ⁊ ſunt idonee ad cibãdum. Po
ſtremo qm̃ capacitas nr̃a ad chriſtum effica
citer ſuſcipiendũ non eſt in carne: ſed in ſpũ.
nõ in vẽtre: ſed in mẽte. ⁊ meus chriſtũ non
attingit niſi per cognitionẽ ⁊ amorẽ. ꝑ fidem
⁊ charitatẽ. ita ꝙ fides illuminat ad recogi-
tationem vel recordationem. ⁊ charitas inflã
mat ad deuotionẽ. ideo ad hoc ꝙ aliqs di-
gne accedat. oportet ꝙ ſpũaliter cõmedat:
vt ſic chriſtũ ꝑ recordationẽ fidei maſticet: ⁊
per deuotionẽ amoris ſuſcipiat. per que non
in ſe trãſformet chriſtũ. ſed ipſe poti⁹ traijcia
tur in eius myſticũ corpus. Propter quod
manifeſte colligiꝛ: ꝙ qui tepide: indeuote: ⁊
inconſiderate accedit. iudicium ſibi mandu-
cat ⁊ bibit. qꝛ tanto ſacramento ꝯtumeliam
facit. Et ideo conſilium eſt his. qui ſe ſentiũt
minus mundos mente vel carne: vel etiam
indeuotos. vt differant quouſqȝ parati ad
eum veri agni: mundi: deuoti: ⁊ circũſpecti
accedant. Propter quod etiã hoc ſacramẽ

ritus preceptū eſt celebrari cū ſolēnitate pre-
cipua tam quātū ad locū q̄ȝ ad tempus.
ꝛ quantū ad verba ꝛ orationes. ꝛ quantum
ad veſtimenta in celebratione miſſarū. vt tā
ipſi ſacerdotes conficientes: q̄ȝ etiam ſuſci-
pientes percipiant gratie donum: per quam
purgentur: illuminent̄: perficiant̄: reficiant̄: ꝛ
viuificentur: ꝛ in ipſum chriſtum per exceſſi-
uum amorē ardentiſſime transferantur.

Capitulum x.

¶ De integritate penitentie.

De ſacramento penitentie hoc tenen-
dum eſt. ꝙ ipſa eſt ſc̄da tabula poſt
naufragium. ad quā naufragans ꝑ
mortale pctm̄ recurrere poteſt: q̄ȝdiu eſt in
ſtatu p̄ntis vite: quandocūqȝ ꝛ quotiēſcūqȝ
diuinā clementiā voluerit implorare. Ipſi⁹
aūt partes integrales ſunt cōtritio in animo.
confeſſio in v̄bo: ꝛ ſatiſfactio in facto. ex qui-
bus tunc pnīa integrat̄: cū pctō: oēȝ mortalē
culpam perpetratā: ꝛ facto deſerit: ꝛ v̄bo ac-
cuſat: ꝛ animo deteſtat̄. ꝓponēs nunq̄ȝ ite-
rare peccatum. His aūt debito mō cōcurrē-
tibus cum abſolutione facta ab eo in quo eſt
ordo: clauis: ꝛ iuriſdictio. abſoluitur homo a
peccato: ꝛ remitt̄ eccleſie. ꝛ reconciliat̄ chri-
ſto: mediante claue ſacerdotali. ꝑ cui⁹ etiam
iudicium nō tm̄ fieri habet abſolutio: verum
etiam excōmunicatio ꝛ relaxatio. que proprie
habet fieri ab epō tanq̄ȝ ab eccleſie ſponſo.
¶ Ratio autem ad intelligentiam p̄dictorū
hec eſt. Quia principiū noſtrum reparatiuū
verbum. ſ. incarnatum: eo ipſo ꝙ verbuȝ eſt
fons veritatis ꝛ ſapientie. eo ipſo ꝙ incarna-
natum: fons eſt pietatis ꝛ indulgentie. ideo
reparare debet genus humanum per medica-
menta ſacramentorū. ꝛ p̄cipue ꝯtra morbuȝ
precipuū. qui. ſ. eſt mortale peccatū. iuxta ꝙ
decet pontificem piū. medicū peritū: ꝛ iudi-
cem equum. vt ſic in curatione noſtra appa-
reat verbi incarnati ſumma clemētia: ꝛ ſum-
ma prudentia: ꝛ ſumma iuſticia. ¶ Primuȝ
igit̄: qm̄ in curatione nr̄a a mortali culpa per
penitentiaȝ: apparere debet ipſi⁹ chriſti pon-
tificis piiſſimi ſumma clementia. ꝛ ſumme
clementie pontificē decebat ſupereminere omnia pec-
cata humana qualiacūqȝ ꝛ quantacūqȝ ſint
ꝛ quotienſcunqȝ fuerint perpetrata. hinc eſt
ꝙ peccantes ſuſcipe ad veniā eſt ipſius pon-
tificis clementiſſimi. nō ſolū ſemel nec bis. ſȝ
quotienſcunqȝ ſuppliciter implorauerit cle-
mentiam dei. Et q: diuina clemētia tūc vere
ꝛ ſuppliciter imploratur qn̄ imploratur per penitentie ſa-
cramentum. ꝛ ad hoc pōt homo ſe conuer-
tere: q̄ȝdiu eſt in ſtatu p̄ntis vite. q: conuerti-
bilis eſt in bonum ꝛ in malū: hinc eſt ꝙ quā-
tumcūqȝ: ꝛ q̄ncūqȝ: ꝛ quotieſcunqȝ peccator
peccauerit. ad ſacramentum penitētie poteſt
habere refugium. per quod ſibi fiat remiſ-
ſio peccatorū. ¶ Rurſus quia in curatione
noſtra debet apparere ꝛ manifeſtari ipſius
chriſti medici peritiſſimi ſumma prudentia.
ꝛ prudētia medici eſt in adhibēdo remedia
cōtraria. per que non tm̄ morb⁹ auferat̄. vel
etiam p̄ſcindat̄ cauſa: ꝛ cū peccet̄ in deū
delectatione: cōſenſu. ꝛ ꝑpetratiōe. ſ. in corde
ore: ꝛ opere. hinc eſt ꝙ prudentiſſimus me-
dicus inſtituit: vt ꝯtra deordinationem pec-
catoris ſm̄ triplicem vim. ſ. affectiuam. iuter-
pretatiuam ꝛ operatiuaȝ. que fit per delecta-
tionis cōplacentiā occultaȝ: eſſet reformatio
penitentis ſm̄ triplicem vim p̄dictā. ꝑ dolo-
ris penitentiam cōceptā: in corde ꝑ cōpūctio-
nem expreſſam: in ore ꝑ cōfeſſionē. cōſumma-
tam: in opere ꝑ ſatiſfactioneȝ. Et quia omnia
pctā mortalia ab vno deo auertūt. ꝛ vni gra-
tie opponuntur: ꝛ vnā principalem hoīs re-
ctitudinem peruertūt. hīc eſt ꝙ ad hoc ꝙ pe-
nitentie medicamentū ſit ſufficienter ex ſuis
partib⁹ integratū: neceſſe eſt ꝙ penitētia ha-
beat de omnib⁹ peccatis: ꝛ quātū ad p̄teri-
tum ꝑ diſplicētiā de ꝑpetratis. ꝛ quātū ad p̄-
ſens per ceſſationē de ꝑpetrādis. ꝛ quātum
ad futurū ꝑ ꝓpoſituȝ nunq̄ȝ recidiuādi. vel
in idē vel in aliud genus peccati. vt ſic tota-
ter recedēdo a culpa ꝑ penitētiā: diuina gra-
ſuſcipiat̄: per quam obtineat̄ venia omnium
pctōrum. ¶ Poſtremo qm̄ in curatione no

-ſtra manifeſtari debet ipſius chriſti iudicis recta iuſticia. ⁊ ipſius in ꝓpria perſona non eſt iudicare ante iudiciũ vltimũ ⁊ finale. ideo ad particularia iudicia ante finez iudices debuit cõſtituere. ⁊ quia iudices iſti inter deum offenſum: ⁊ hoĩem offendentez ſunt quaſi intermedij. vt proximi chriſto: prepoſiti ppl'o. dño autem illi precipue ſunt proximi ⁊ familiares rõne offi cij: qui ſunt eius ꝑcipue miniſterio cõſecrati. ſ. ſacerdotes. ideo oĩb⁹ in ſacerdotali ordine conſtitutis: ⁊ ſolis: daẜ ptãs duplicis clauis. ſ. clauis ſcientie ad diſcernendũ ⁊ clauis que eſt poteſtas ligandi ⁊ ſoluendi ad diiudicandum. ⁊ abſolutionis beneficiuz impendendum. Quia vero propter ꝯfuſionem vitandam nõ q̈libet cuilibet eſt ꝑlatus in eccleſia militante. cũ ipſa eccl'iaſtica hierarchia debeat eſſe ſꝫm poteſtatẽ iudiciariaz ordinata. ideo hec ptãs ligandi ⁊ ſoluendi conceſſa eſt primo: vni primo ⁊ ſummo ſacerdoti. cui collata eſt tãq̃z ſummo capiti poteſtas vniuerſalis. ⁊ deinde ſꝫm particulares eccleſias diuiditur in partes. ita ꝙ primo in epos deinde in preſbiteros deſcendit a capite vno Ideo licet vnuſquiſqꝫ ſacerdos habeat ordinem ⁊ clauem. ad eos tamen vſus clauis tãtum ſe extendit: qui ſibi ordinarie ſunt ſubiecti. niſi ſibi ab eo qui habet iuriſdictionez ordinariã cõmittaẜ. Cum vero illa iuriſdictio ſit principaliter in capite ſummo: ⁊ deinde in epiſcopo. ⁊ poſtremo ĩ ſacerdote curato. poteſt quidem a quolibet eorum cõmitti alteri. ſufficienter qdem ab infimo. magis a medio ⁊ maxime a ſupremo. Et q: in pontifice ſummo: ⁊ etiam in epis eſt hmõi iuriſdictio. non tñ ad iudicandum inter deuꝫ ⁊ hoĩem in occulto. verumetiã ad iudicandum inter hominem ⁊ hoĩem in aperto: tanq̃z in illis quib⁹ cõmiſſum eſt eccleſie regimen ⁊ cuſtodia. ſicut ſponſo cõmittiẜ ſponſa. hinc eſt ꝙ gladium habent prelati: quo poſſunt percutere ad iuris defenſionem in excõicatione. ⁊ ptãtem largiendi de theſauris meritoꝝ eccl'ie. quos habent repoſitos ⁊ cõmendatos tam a capite q̃z a membris. ⁊ hoc in relaxatione: vt ſic tanq̃z veri dei iudices ligandi ⁊ ſoluendi integram poſſideant ptãtem. per quam impenitentes feriant. ⁊ conpeſcant rebelles. ⁊ nihilominus abſoluant ⁊ reconciliẽt deo ⁊ ſancte matri eccleſie veraciter penitentes.

## Capitulum xi.

### ¶ De integritate vnctionis extreme.

De ſacramento extreme vnctiõis hoc in ſumma tenẽdũ ẽ. ꝙ ipſa eſt ſacr̃m exeuntiũ ex hac vita. preparans ⁊ diſponens ad ſanitatem pfectam. Valet etiã ad delenda venialia. ⁊ ad recuperandã ſanitatem preſentẽ ſi infirmo expediat. Ad hui⁹ autẽ ſacramenti integritatez requiriẜ oleum ſimplex: ſed cõſecratum. vocalis expꝛſſio orationum. inunctio infirmi in ſeptẽ partib⁹ determinatis. ſ. in oculis: auribus: naribus: labijs: manibus. pedib⁹: ⁊ lumbis. Nec debꝫ illud ſacramentum dari niſi adultis: ⁊ poſtulantibus: ĩminente periculo mortis. ⁊ hoc ꝑ manũ ⁊ miniſteriũ ſacerdotis. Ex quo colligiẜ ꝙ inter hoc ſacramentuꝫ ⁊ ꝯfirmationẽ eſt differentia ſeptiformis. ſ. in efficacia: ĩ materia. in forma. in ſuſcipiente: in dante in loco ⁊ in tpe. ¶ Ratio autem ad intelligentiam predictorum hec eſt. Quia principiũ noſtrũ reparatiuũ: verbum. ſ. incarnatum nos reparat inquantum mediator dei ⁊ hominuꝫ: homo chriſtus ieſus. ⁊ inquantum ieſus habet ſaluare. inquantum autem chriſtus vnct⁹ habet vnctionis gratiam in alios deriuare. hĩc eſt ꝙ ipſius eſt in ſacramentis ſuis: vnctionẽ membris ſuis tribuere ſalutarem. Quoniaꝫ autem anima ad hoc ꝙ pfecte ſanẽẜ: indiget triplici genere ſanitatis. ſ. ad ſtrenuitatẽ actionis: ad ſuauitatem contemplationis: ⁊ ad felicitatem comprehenſiõis. ⁊ prima eſt intrantium in aciem eccl'ie. ſecũda eſt ꝑſidentiũ in eadem: quorum eſt alios erudire. ⁊ tertia eſt exeuntium de eadeꝫ per mortẽ. hĩc eſt ꝙ nõ ſolum vnctionem ſacramentalẽ inſtituit dñs in cõfirmatione. verũetiam mediã in ordine pontificali: ⁊ extremam imminente periculo

mortis. Cum ergo finis imponit neceſſitatē his que ſunt ad finem: hinc eſt ꝙ ſm exigentiam huius finis debet hoc ſacramentū operari. debet etiam integrari: ſuſcipi ⁊ diſpenſari. ¶ Primum igit̄ q: hui⁹ ſacramenti operatio debet regulari a fine: ⁊ finis eſt: q: introductum eſt ad ſalutem felicitatis perpetue facilius ⁊ expeditius cōſequendā. ⁊ hoc fit per deuotionem ſurſum leuantē ⁊ p exoneratio[illegible] [illegible] que deorſum deprimūt. hinc eſt ꝙ ſacramentū iſtō efficaciam habet ⁊ ad deuotionem excitādā ⁊ ad venialia dimittenda: ⁊ ad peccatorum ſcoriam facilius abolendam. Et quia plurib⁹ infirmis expedit adhuc viuere ad ſuorum cumulum meritorum. hinc eſt ꝙ ſacr̄m iſtud ⁊ animā vigorando in bono: ⁊ exonerando a malo. frequenter etiam alleuiat a morbo. Et hinc eſt quod dicit beatus Jacob⁹. ꝙ oratio fidei ſaluabit infirmū: ⁊ ſi in peccatis fuerit dimittentur. ¶ Rurſus q: huius ſacramēti inſtitutio debet eſſe ſm exigentiam finis. ⁊ hic eſt acquiſitio ſpiritualis ſalutis per remiſſionem culpar̄. ⁊ hec ſalus reſpicit ſanitatem ⁊ mundiciā cōſcientie interioris. ſm quas iudicat ille iudex celeſtis. hinc eſt ꝙ in iſto ſacramento debet eſſe oleū ſimplex ⁊ ꝯſecratum. quia ſanctitatē ⁊ nitorē deſignat in habitaculo cōſcientie. Quia vero ſuper iſtā ſalutem mortalis hō nō habet ptātem. hinc eſt ꝙ oratio ⁊ forma vocalis exprimit̄ p verbū deprecatiuū: ad impetrandū grē donum. Et quoniā anima īfirmitates ſpūales ꝯtrahit in corpore ſm quattuor virtutes ipſi⁹ corporis regitiuas. ſ. ſenſitiuā: interpretatiuam: generatiuam: ⁊ progreſſiuā. hinc eſt ꝙ membra his virtutibus deſeruientia ſunt iungenda. Cū igit̄ quinqꝫ ſunt mēbra deſeruiētia qnqꝫ ſenſibus. ſ. oculi viſui. aures auditui. nares olfactui: manus tactui. ⁊ os guſtui. ⁊ etiam alij virtuti. ſ. interpretatiue. ⁊ pedes deſeruiunt progreſſiui. ⁊ lumbi generationi. q: genitalia indignum ⁊ pudendum eſt cōrrectari ⁊ etiam nominari. hinc eſt ꝙ inunctio debet fieri in ſeptem locis predictis: vt ſic diſponat̄ hō per hoc ſacramentū ad plenitudinē ſanitatis per deleccionem oīs venialis pcti. ¶ Poſtremo q: iſtius ſacramēti ſuſceptio a fine depēdet. ⁊ finis eſt velocior tranſitus ad celum: p depoſitionem oīuꝫ venialiū: ⁊ cōuerſionem mentis ad deum. ideo nō debet dari niſi adultis. qui venialiter peccant. nec aliqb⁹ niſi petentibus qui deuotiōe ſurſuꝫ eriguntur. nec [illegible] niſi in periculo cōſtitutis ⁊ quaſi in tranſitu ad aliū ſtatū. Et q: hoc ſacramentū eſt periclitantiū. ⁊ tamen habet materiam ſacram. ſ. oleum cōſecratū. hinc eſt ꝙ ꝓpter periculum euitandū cōmuniter cōmiſſū debet ſacerdotib⁹: ⁊ ꝓpter cōſecrationem olei nō eſt niſi a cōſecratis manib⁹ cōtrectanduꝫ. Ex variatione igit̄ finis in confirmatiōe: ⁊ vnctiōe extrema: orit̄ diuerſitas in efficacia: in materia: ⁊ in forma. in loco ⁊ in tpe: in ſuſcipiente ⁊ in diſpenſante. In efficacia: q: illud ſacramentum diſponit ad melius agonizandum. hoc ad celerius euolandum. In materia q: illud in oleo permixto balſamo: hoc vero in oleo puro. In forma: q: illud in īdicatiua. hoc vero in deprecatiua. In loco: q: illud in frōte: hoc vero in multiplici parte. In tpe: quia illud in ſanitate. hoc vero in egritudine. In ſuſcipiente: quia illud non ſolum adultis verum etiam paruulis. hoc vero tm̄ adult̄. In dante: quia illud ab epīs. hoc aūt a ſacerdotibus qbuſcunqꝫ. Et hec omnis diuerſitas a fine procedit. quia ſicut claruit diuerſitas in finibus proximis diuerſitatem introducit in his que ad fines illos habent finaliter ordinari.

## Capitulum xij.

¶ De integritate ordinis.

De ſacramento ordinis hec inſummā tenenda ſunt. ꝙ ordo eſt ſignaculum quoddam quo ſpūalis poteſtas traditur ordinato. Licet aūt ordo ſit vnum de ſeptem ſacramentis: ſeptiformis tn̄ eſt eius gradus. Primus eſt in hoſtiarijs. ſecundus in lectoribus. terti⁹ in exorciſtis. quartus in acolitis. quintus in ſubdiaconib⁹. ſext⁹

in diaconibus. septimus in sacerdotib9. His
aūt quasi per modum cuiusdam preparato-
rij supponitur clericalis tonsura: et etiam psal-
mistatus. per modū aūt complementi super
ponitur episcopatus: patriarchatus: et etiam
papatus. a quibus manant ordines. et dispen
sari debent sub debitis signis. tam ex parte vi
sus: q̄z ex parte auditus: solēnitate debita ni-
hilominus obseruata: quantum ad tempus
locum: officium et personā. ¶ Ratio autē
ad intelligentiā predictorū hec est. Quia prin
cipium nostre reparationis verbū incarnatum
[illegible] sacramentorum medica
menta ad salutem hominum instituit ordinate: di
screte: et potestatiue. sm exigentiam sue boni
tatis: sapientie et virtutis. hinc est q ipsa me
dicamenta sacramentorū cōmisit hominibus
dispensanda non quibuscumque sed eo modo
quo exigebat ordo: discretio et potestas. Opor-
tuit ergo aliquas personas ad huiusmodi offi-
cium exequēdū distingui et segregari. quibus
ordinario iure potestas huiusmodi cōmitte-
retur. Et quia huiusmodi discretio non debuit fieri
nisi per signa sacra. cuiusmodi sunt sacramē-
ta. hinc est q debuit esse aliqđ sacramentū
quod esset sacrum signaculum: ordinatiuum
distinctiuum: et potestatiuum: ad sacramenta
cetera dispensanda: modo distinctiuo: pote-
statiuo: et ordinatiuo. Et ideo ordo diffinitur
signaculum qđdam in quo spiritualis pote-
stas traditur ordinato. ita q simul in eius no
tificatione clauduntur tria predicta. ex quib9
colligi possunt in summa que ad integritatē
ordinis exiguntur. ¶ Primum igitur quia or
do est signaculum distinctiuum et sequestrati
uum ab omni populo. vt quis totaliter diuino
sit cultui mancipatus. ideo ordines precedit
distinctio quedam in tonsura et corona. per
quam intelligitur appetituum tpaliū reseca-
tio: et mentis eleuatio ad eterna: vt totus om
datur clericus deputatus esse ad diuinum cul
tum. et ideo dicit in susceptione corone. Dñs
pars hereditatis mee. Et qualis debet esse
instructus in diuinis laudibus: que maxime
consistunt in psalmis. ideo psalmistatus tanq̄
preambulans ceteros ordines antecedit. quē
tamen largo modo ysidorus inter ordines nu
merauit. ¶ Scdo vero: quia ordo est signacu
lum ordinatiuū. et in seipso etiam est ordina-
tum. et ordo consistit in graduum disparitate
et distinctione completa: hz q exigit septifor
mis gratia. ad cuius dispensationē sacramē
tum ordinis principaliter ordinatur. hinc est q
septem sunt ordines gradatim ordinati vsqz
ad sacerdotium. in quo status est ordinum. qr
ibi [illegible] est consecrare sacramentū corporis chri
sti in quo est plenitudo omnium gratiarum.
vnde alij sex sunt tanqz subministrantes. et q-
si gradus quidam: per quos ad thronū ascē
dit salomonis. Qui et sex sunt propter nume-
ri perfectionē. quia senarius est primus nume
rus perfectus. et propter hoc q sic exigit ple-
nus et sufficientia officij ministrandi. Nam oz
aliquos ministrare quasi a remotiori. aliquos
a propinquiori. et aliquos a proximo: vt nihil
desit ministerio ordinato. Et quia quodlibz ho
rum ministeriorum geminatur sm actum pur
gandi et illuminādi. hinc est q sex sunt ordi-
nes ministeriales. et septimus omnium pfe-
ctissimus: in quo altaris conficitur sacramen-
tum. qui consummatur in ordine vno tanq̄ in
termino vltimo et completo. ¶ Postremo
quia ordo est signaculū potestatiuum: non tm̄
respectu aliorum sacramentorum dispensandorū
verumetiam respectu sui. et potestas super po
testatem est potestas excellens. ideo sibinde
tm̄ cōpetit potestas simplex. cuiusmodi est in
ordine simplici. verūetiam eminentia ptatis
cuiusmodi est in his quorum est ordines ordi
nare et dispensare. Et quia excellentia quan
to magis descendit: tanto magis dilatatur. et
quanto magis ascendit: tāto magis vnitur. hinc
est q plures sunt episcopi. pauciores archi-
epi. paucissimi patriarche. et vnus pater pa-
trū: q papa merito appellatur: tanq̄ vnus pri
mus et summ9 pater spūalis omnium patrum.
immo omnium fideliū. et hierarcha precipu9.
sponsus vnicus: caput indiuisum. pontifex

ſummus. chriſti vicarius. fons ⁊ origo ⁊ re-
gula cunctorum principatuū eccleſiaſticorum.
a quo tanq̄ȝ a ſummo deriuatur ordinata po
teſtas. vſqȝ ad infima eccleſie membra. Hȝ ꝙ
exigit precellens dignitas in eccleſiaſtica hie
rarchia. Et quia hec dignitas precipue ma-
net in ordine. ideo hoc ſacramentū nō debet
diſpenſari niſi cū magna diſcretione ⁊ ſolē-
nitate. ac per hoc non a quolibet: nec cuilibȝ.
nec in quolibet loco: nec quolibet tpe. ſed ꝑ-
ſonis literatis: honeſtis: ⁊ a cunctis irregu-
laritatibus alienis. ieiuno ſtomacho. loco ſa-
cro. tempore miſſe: ⁊ temporibus ab eccleſia
ſtico iure ſtatutis. debēt hmōi ordines diſpē
ſari. ⁊ hoc ab epis: quibus propter ſui emi-
nentiam reſeruat diſpenſatio ordinum. con-
firmatio per impoſitionem manuum. conſe
cratio monialium ⁊ abbatū. ⁊ dedicatio ec
cleſiarum. que propter ſui celebritatem non
debent diſpenſari niſi ab his qui habent ꝑ-
eminentiam poteſtatis.

Capitulum xiij.

¶ De integritate matrimonij.

De ſacramento matrimonij hec in ſū
ma tenenda ſunt: ꝙ matrimoniū eſt
coniunctio legitima maris ⁊ femine
indiuiduam vite conſuetudinem retinens.
Hec autem coniunctio non ſolum fuit poſt
peccatum. verumetiam ante peccatum. ſed
prius inſtitutum fuit ſacramentum coniugij
in officium. nunc autem non ſolum in officiū
verumetiam in remedium contra libidinis
morbū. Prius ſignificabat cōiunctionē dei
⁊ anime. nunc aūt preter hoc ſignificat ꝯiun
ctionem chriſti ⁊ eccleſie: ⁊ duarum natura-
rum in vnitate perſone. Introducitur autem
hec coniunctio in eſſe: per liberū conſenſū
animorum ex parte vtriuſqȝ perſone: exteri⁹
expreſſum in aliquo ſigno ſenſibili. conſum-
mari autem habet in copula carnali. Nam
per verba de futuro dicitur matrimonium
initiari. per verba de preſenti ratificari. ſed
per carnalem copulam habet conſummari.
Huius autem ſacramenti tria ſunt bona. ſ. fi

des: proles ⁊ ſacramentum. ⁊ duodecim im
pedimenta que impediunt contrahendum. ⁊
dirimunt iam contractum: que in his verſi-
bus continentur. Error: conditio: votum: co
gnatio: crimen. Cultus diſparitas: vis: ordo
ligamen: honeſtas. Si ſis affinis: ſi forte co-
ire nequibis. Hec ſocianda vetant connubia
iuncta retractant. ¶ Ratio aūt ad intelligē
tiam predictorum hec eſt. Quia principium
noſtrum repatiuum. verbum. ſ. incarnatum
eo ipſo ꝙ verbū dei: eſt fons ſapientie in ex
celſis. eo ipſo ꝙ incarnatū eſt clementie fons
in terris. ⁊ ideo eo ipſo ꝙ verbum increatū:
eſt humani generis formatiuum ex ſumma
ſapientia. eo ipſo ꝙ incarnatum: eſt ipſius re
formatiuum ex ſumma clementia. ideo enim
humanum genus reparat per clementiam.
quia prius reparabile fecit ex ſapientia: que
pro ſuo ſummo ordine exigebat ꝙ gen⁹ hu-
manum faceret. potens ſtare. potens labi. po
tens etiam reparari. ſicut in precedētib⁹ oſtē
ſum fuit. Qm̄ ergo verbum dei in ſua ſapiē
tia hominem fecit ſicut ⁊ congruum fuit: po
tentem ſtare: cadere ⁊ ſurgere. hinc eſt, ꝙ ge
nus humanum eo modo propagandum or-
dinauit ꝙ ex ipſo modo propagādi haberet
qđ manuduceret ipſum ad ſtandum. habe-
ret etiam qđ manuduceret ad remedium. ſi-
cut etiam in propagatione illa eſt aliquid per
peccatū. ſ. libido: qđ traducit morbum. Et ꝗ
ſtatus hominis erat ex coniunctione ipſius
anime ad deum: per amorem vnitiuum: mo
do caſtiſſimo ſingulari ⁊ indiuiduo: remedi
um veniebat ex coniunctione diuine nature
⁊ humane in vnitatem hypoſtaſis ⁊ perſo-
ne. vnitatem inq̄ȝ diuina gratia introductā:
vt ſingularem ⁊ indiuiduam. Hinc eſt ꝙ de
us ab initio inſtituit: vt propagatio fieret per
coniunctionem maris ⁊ femine: indiuiduam
⁊ ſingularem: que ſignificaret ante peccatū
coniunctionem dei ⁊ anime. ſeu dei ⁊ ſubce-
leſtis hierarchie. poſt peccatū vero coniunctio
nem chriſti ⁊ humane nature. ſeu chriſti ⁊ ec
cleſie. ⁊ ideo vtrobiqȝ eſt ſacramentū. ſ. ante

ꝛ poſt. licet alio ꝛ alio modo: q̄ʒtū ad ſignifi
cationem ꝛ vſum. ¶ Cum enim eſſet ſacrm̄ an
te ſtatū ſupuenientis morbi. Modo q̄ ſupuenit
per peccatū potius habet p̄ matrimoniū ex
cuſari. q̄ʒ ipſuʒ valeat viciare. q: non morbꝰ
medicamentum corrūpit: ſed medicamentū
habʒ curare morbū. Ex quo manifeſte appa
ret quid ſit mrīmoniū: ꝛ qualiter diuinitꝰ ſit
introductuʒ in eſſe. ¶ Rurſus: q: q̄libʒ p̄di
ctarum ſpūaliū vnionū in ſacramēto matri
monij ſignificatarꝫ eſt vnio vnius ſic agentis
ꝛ influentis. alterius ſicut patientis ꝛ ſuſcipi
entis: ꝛ hoc faciēte amoris vinculo q̄ ex me
ra voluntate procedit. hinc eſt q̄ mrīmoniū
debet eſſe ꝯiunctio duplicis pſone: differen
tis ſm̄ rationem agētis ꝛ patiētis. ſ. virilis ſe
xus ꝛ muliebris. ꝛ hȝ ex mero ꝯſenſu volūta
tis. Et q: volūtas exteriꝰ nō apparet: niſi p̄ ſi
gna ipſam exprimētia. hinc eſt q̄ neceſſe ē vt
conſenſus mutuꝰ exteriꝰ exprimat. Quia ve
ro ꝯſenſus vt ḋ futuro nō eſt ꝓprie ꝯſenſus:
ſed ipſius ꝓmiſſio. cōſenſus v̄o an̄ cōmixtio
nem nō facit plenariā vnionē. q: nōdū ſunt
vna caro. hinc eſt q̄ per v̄ba de futuro dicit
mrīmoniū eſſe initiatū. de p̄nti ratū vel con
firmatum. ſȝ in carnali copula ꝯſūmatum. q:
tūc ſunt vna caro: ꝛ vnum corpꝰ fiūt. ac p̄ hȝ
plene ſignificat vnionē illā: q̄ eſt inter nos ꝛ
chriſtū. tūc enim plene traducit corpꝰ viriꝰ
in corpus alteriꝰ ſm̄ ſui cōparis ptātē ad p
creandū ꝓlē. Et iō ipſius mrīmonij ſunt tria
bona. ſ. ſacrm̄ ꝓpter vinculum inſolubile. fi
des ꝓpter debiti ſolutionē. ꝓles v̄o ſicut ef
fectꝰ ꝯſequens ad vtrūqȝ. ¶ Poſtremo q: di
cta cōiunctio mrīmōialis dʒ eſſe ex libero cō
ſenſu: p̄cedēs ad copulationē pſonarū diſtā
tiū: in vnā mrīmonij legē. ꝛ hȝ pōt. xij. modis
impediri. hinc eſt q̄. xij. ſunt ipedimenta ma
trimonij. Q̄ v̄o patet ſic. Ad matrimonialem
nāqȝ cōſenſum requirit libertas in ꝯſenſu. ꝛ
libertas in conſentiēte. ꝛ idoneitas ad coniū
ctionem. Sed libertas in ꝯſenſu tollitur per
duo: ſm̄ duas partes inuolūtarij. ſ. per igno
rantiam. ꝛ per violentiā. Et ſic ſunt duo im
pedimenta. ſ. error: ꝛ violentia. Libertas aūt
in conſentiente tollitur p̄ hoc q̄ quis eſt alli
gatꝰ alteri. ꝛ hoc vel deo vel homini. Si deo
hoc eſt vel per verbum expreſſum: vel per ali
quid qḋ habet votū annexum. Primū eſt i
voto. ſcḋm in ordine. Si aūt homini hoc du
pliciter. aut per ligamē exiſtens. aut p̄ ligamē
precedens. Primū eſt in ligamine quo quis li
gatus eſt vxori. ſcḋm eſt in crimie. q̄n medꝰ
vel medꝛa machinatꝰ eſt in morte ꝯiugis. vl̄
ipſo viuente fidem de ꝯhendo dedit. Et ſic
ſunt quattuor impedimenta. ſ. votū. ordo. li
gamen ꝛ crimen. Idoneitas aūt ad vnionē ē
eſt diſtantia perſonarum cōueniens: q̄ tollit
per nimiā ꝓximitatē: vel p̄ nimiā elongatio
nem. Nimia aūt ꝓximitas venit ſiue p̄ gene
rationē ſiue p̄ aliqd ſimile generationi. vt eſt
cognatio legalis aut ſpūalis. aut venit per cō
mixtionē ſexuum. aut per ꝯtractionē ſponſa
lium. Et ſic ſunt tria impedimenta. ſ. cogna
tio: affinitas: ꝛ publice iuſticie hōeſtas. Ni
mia aūt diſtantia aut attenditur quātum ad
ea que ſunt nature: vt cum nō poſſunt cōmi
ſceri carnaliter. aut quātū ad ea q̄ ſunt fortu
ne: q̄ nō ſunt in nr̄a ptāte. vt patet cū ē vnus
ſeruus: ꝛ alter liber. aut quātum ad ea q̄ ſūt
religionis chriſtiane. vt cū vnꝰ ē baptiʒatus.
alter vero minime. Et ſic ſūt tria impedimē
ta. ſ. impotentia coeundi error conditionis. ꝛ
diſparitas religionis. ac per hoc ſunt in vni
uerſo duodecim ipedimēta: q̄ ſpūſctō dictā
te introducta ſunt in eccl̄ia dei. Cui. ſ. eccl̄ie
cū oīa ſacra ſint cōmiſſa. potiſſime cōiugij
ſacrm̄ cōmiſſum eſt regulandū ꝓpter varie
tates q̄ circa hoc ſacrm̄ icidē p̄nt. ꝛ pp̄ mor
bū annexū q̄ eſt maxime infectiuus: ꝛ minue
tenēs modū. ꝛ ideo ipſius eccl̄ie eſt gradus
cognationū limitare. ſicut ꝓpe expedire vi
det. ꝛ pſonas legitimas vl̄ illegitimas iudica
re: ꝛ diuortia facere. Sed tamē q̄ dʒ nec pōt
mrīmonium qḋ legitime itroductū ē ānullare.
q: quos deus ꝯiūxit nō pōt hō q̄ʒcūqȝ
ſit magne potentie ſeparare. cum ipſius dei
iudicio iudicandi remaneant vniuerſi.

¶ Incipit ſeptĩa pars de ſtatu finalis iudicij. Capitulum primuꝫ.

¶ De iudicio in communi.

P Oſtquam aliqua breuiter dicta ſunt de trinitate dei. de creatura mundi. de corruptela peccati. de incarnatione verbi. de grã ſpũſſancti. ⁊ de medicina ſacrãli. reſtat nunc ſeptimo ⁊ vltimo aliq̃ breuiter tangere de ſtatu finalis iudicij. De quo in ſũma tenendũ eſt: ꝙ ſine dubio iudiciũ vniuerſoꝝ futurum eſt. in quo de⁹ pr̃ per dñm noſtruꝫ ieſum chriſtũ iudicabit viuos ⁊ mortuos. bonos ⁊ malos. reddendo vnicuiqꝫ ſcḋm exigẽtiam meritoꝝ. In hoc aũt iudicio fiet apud libroꝝ. ſ. ꝯſcientiaꝝ. qbus merita ⁊ demerita vniuerſoꝝ ſibiipſis ⁊ ceteris inoteſcẽt. faciẽte hoc virtute illi⁹ libri vite: v̄bi. ſ. incarnati. qui in forma diuinitatis nõ videbiť niſi a bonis. in forma v̄o humanitatis: in qua ⁊ ſentẽtiã ꝓmulgabit: videbiť taꝫ a bonis q̃ꝫ a malis. licet terribilis in eadẽ forma appareat reprobis. ⁊ blãdus iuſtis. ¶ Rõ aũt ad intelligentiã predictoꝝ hec eſt. Quia primũ principiũ cũ hocipſo ꝙ primũ ſit a ſeipſo: ſcḋm ſeipſum. ⁊ pp̄ ſeipſuꝫ. hocipſo ipſuꝫ eſt efficiẽs forma ⁊ finis. vniuerſa ꝓducẽs: regẽs ⁊ pficiẽs. ita ꝙ ſicut producit ſcḋm altitudinẽ ſumme virtutis. ſic etiã regit ſcḋm rectitudinẽ veritatis. ⁊ cõſummat ſcḋm plenitudineꝫ bonitatis. Qm̃ ergo altitudo ſumme v̄tutis reqrebat vt non tm̃ eſſet productio creature ad veſtigium. verũetiã ad imaginem: nõ ſolũ creature irrationalis: verũetiã rõnalis. non ſolum creature que moueť ſcḋm impetũ naturalẽ. verũetiam ſcḋm libertatẽ voluntatis. ⁊ creatura que eſt ad imaginẽ q: capax eſt dei: ẽ btificabilis. creatura rõnalis eſt diſciplinabil'. creatura habẽs libertatem volũtatis eſt ſcḋm legẽ iuſticie ordinabilis ⁊ deordinabilis. hic eſt ꝙ rectitudo v̄itatis legẽ homini iponere debuit: in qua ad btitudinẽ inuitaret: ⁊ ad veritatem erudiret. ⁊ ad iuſticiam obligaret. ita tñ ꝙ libertatẽ volũtatis nõ cogeret: qn pro ſuo libito volũtatꝫ iuſticiã relinquere poſſet ⁊ ſequi. cũ ſic res quas ꝯdidit admiſtrat. vt eas agere ꝓprios motus ſinat. Et q: plenitudo bonitatꝫ in cõſũmãdo opať ſcḋm ꝙ exigit altitudo virtutꝫ: ⁊ rectitudo veritatꝫ. hinc eſt ꝙ cõſũmatio btitudinis nõ dať a bonitate ſumma niſi his q ſeruauerũt iuſticiã a rectitudie v̄itatꝫ ipoſitã: q ſuſceperũt diſciplinã: ⁊ amauerũt illã ſumã ⁊ ꝑpetuã felicitatẽ pluſq̃ꝫ bona trãſitoria. Et qm̃ qdã ſꝫ agũt. qdã aũt oppoſitũ: ꝓ ſuaꝝ varietate volũtatũ. q̃ interius occultanť ⁊ i ſtatu vie ſcḋm ſuũ arbitrium cucurrũt. hinc eſt ꝙ ad manifeſtationẽ altitudis v̄tutis rectitudis veritatis. ⁊ plenitudinis bonitatis: neceſſe eſt vniuerſale iudicium ſequi. in quo fiant iuſte retributiones premiorũ: aperte declarationes meritorũ: ⁊ irreuocabiles lationes ſententiarum. vt in iuſtis retributionibus ſtipendiorum ſumme bonitatis appareat plenitudo. in apertis declarationib⁹ meritorum: veritatis appareat rectitudo. et in irreuocabilibus latiõib⁹ ſententiaꝝ ſũme v̄tutis ⁊ poteſtatis appareat altitudo. ¶ Primum igiť qm̃ iuſta retributio reſpicit culpã cui debetur pena: vel iuſticiã cui debeť glia: ⁊ vniuerſi filij ade habent hãc vel illaꝫ. hinc eſt ꝙ neceſſe eſt iudicio retributionis oẽs iudicari. vt iuſti glificentur ⁊ impij ꝯdemnentur. ¶ Rurſus q: aperta declaratio meritorum reqrit ꝙ ſimul appareat qd agendũ eſt ⁊ quid actũ eſt. vel omiſſum a libertate volũtatis humane ſcḋm varietatẽ circũſtantiarum hinc eſt ꝙ ⁊ libri conſciẽtiaꝝ apientur vt appareant merita. ⁊ liber vite vt appareat ipſa iuſticia: ſcḋm quam approbãda vel reprobanda ſunt merita illa. Et qm̃ ille liber vite: eſt liber in quo ſcripta ſunt oĩa ſimul ⁊ lucidiſſime: ⁊ in cõſcientijs ſcribunť veraciter. ideo et ꝯcurſu aptõis horꝫ libroꝝ fiet aperta declaratio omnium meritorum. ita ꝙ occulta cordis cuiuſlibet ⁊ ſibi ⁊ ceteris innoteſcant. Tũc ut vult augu. liber ille eſt vis qua fiet vt ad memoriã cuiuſlibet cuncta mirabiliter reuo

centur. vt lucide appareat equitas diuinoꝝ iudicioꝝ in apertiſſimo lumine veritatis. Poſtremo q: irreuocabilis latio ſententiarum debet fieri ab eo qui poſſit audiri ⁊ videri ⁊ a quo nō poſſit appellari. ⁊ videri ab vniuerſis nō poteſt ſumma lux: quam tenebroſi oculi videre nō poſſunt: p eo ꝙ facie ad faciē videri non poteſt ſine deiformitate mentis: ⁊ iocunditate cordis: neceſſe eſt ꝙ iudex appareat in effigie creature. Q: vero pura creatura auctoritatē nō habet ſummā a qua appellari non poſſit. hinc eſt ꝙ neceſſe eſt ꝙ iudex noſter: ⁊ deus ſit: vt iudicet p auctoritatē ſummā. ⁊ homo ſit: vt videatur ⁊ diſceptet cum peccatoribus in effigie hūana. Et q: vna vox diſceptatōis terret culpabiles: ⁊ aſſecurat innocētes. hinc eſt ꝙ vna eius effigies iuſtos letificabit: ⁊ ecōtrario impios deterrebit. Capitulū. ij.

¶ De antecedentibus ad iudiciū cuiuſmodi eſt pena purgatoria.

d

Einde in ſpēali circa ſtatū finalis iudicij ꝯſideranda ſunt quedā ſicut p̄ambula. quedā ſicut ꝯcomitantia. ⁊ quedā ſicut ꝯſequētia. Preambula aūt ſunt duo. ſ. pena purgatorij: ⁊ ſuffragia eccleſiaſtica. ¶ Primo igitur de pena purgatorij hoc tenendum eſt ꝙ ignis purgatorius eſt ignis corporalis. quo tū̄ ſpūs iuſtoꝝ qui in hac vita nō impleuerūt pniām ⁊ ſatiſfactionē cōdignam affligunt. ſui plus ⁊ minus. ſm ꝙ plꝰ vel minus de cremabili ſecū ex hac vita traxerūt. affligunt aūt minus grauiter q̄ꝫ i iferno: ⁊ grauius q̄ꝫ in hoc mūdo. nō tū̄ ita grauiter qn ſp̄ ſperēt ⁊ ſciāt ſe in inferno nō eſſe licet forte ꝓpter immanitatem afflictiōis hoc aliquādo nō aduertāt. Hac aūt afflictiōe ab igne corporali inflicta purgant ſpūs a reatibꝰ ⁊ fomitibꝰ ⁊ ad gratiā diſponūt̄. quo ſufficienter expurgatis immediate euolāt ⁊ introducūtur in gloriā paradiſi. ¶ Rō aūt ad intelligentiā p̄dictoꝝ hec eſt. Quia cū primū principiū ſit in ſe ipſo optimū ⁊ perfectiſſimū. ⁊ eo ipſo ꝙ optimū ſit ſumme amatiuū boni: ⁊ ſumme deteſtatiuū mali. ſicut ſūma bonitas non patitur ꝙ bonum maneat irremuneratum: ſic etiam nō debet pati ꝙ malū remaneat impunitū. Q: ſi ergo viri iuſti aliqñ decedūt: qui in hac vita nō totaliter penitentiā impleuerūt. cū meritū vite eterne in eis ñ poſſit remanere irremuneratū: ⁊ vitium culpe non poſſit remanere īpunitū. ne perturbet̄ pulchritudo ordinis vniuerſi: neceſſe ē ꝙ ipſi finaliter p̄mient̄. neceſſe ē etiā ꝙ ijdē tp̄aliter puniant̄ ſm ſuaꝝ culpaꝝ exigentiā ⁊ reatū. Et q: culpa cōmiſſa ⁊ offenſiua fuit maieſtatis diuine: ⁊ dāuificatiua eccle: ⁊ deformatiua imaginis diuine nicuti nr̄e impſſe. maxime ſi fuit culpa mortalis: ⁊ venialis. etiā diſponit ad hoc. ⁊ de offenſa reqrit̄ punitio: de damno vero agēda eſt ſatiſfactio. ⁊ de deformatione reqrenda eſt expurgatio: hinc eſt ꝙ neceſſe eſt ꝙ pena illa ſit iuſte punitiua. digne ſatiſfactoria: ⁊ ſufficiēter expurgatiua. Primū igit̄ qm̄ pena iſta dꝫ eē iuſte punitiua. ⁊ ſpūs q ꝯtēpto bono eterno ⁊ ſūmo ſe ſubiecit īfimo: iuſte dꝫ inferiori ſubijci. vt ab eis ſuſcipiat penā ex quoꝝ occaſiōe ꝑpetrauit culpā. ⁊ rōne quoꝝ ⁊ deū ꝯtēpſit. ⁊ ſeipſpm vilē fecit. hinc ē ꝙ ordo diuine iuſticie exigit: vt ſpūs ab igne materiali hēat puniri. vt ſicut ſm ordinē nature aīa vnitur corpori: vt influat vitā ipſi corpi. ſic vniat̄ igni materiali ſm ordinē iuſticie vt punibile punienti. a quo ſuſcipiat penam. Et q: viri iuſti qui ſunt in gratia nō ſunt digni niſi pena trāſitoria. ⁊ tanto maiori digni ſunt pena quāto maiora cōmiſerunt peccata. ⁊ minorē egerūt penitētiā. hinc eſt ꝙ ab igne materiali puniantur tp̄aliter. quidam tū̄ diutius. quidā vero breuius. quidam acerbius. quidā leuius ſm ꝙ reatus exigit ⁊ offenſa. Neceſſe etiam eſt vt dicit egregius doctor auguſtinus ꝙ tamdiu vrat dolor quamdiu hēbat amor. Tanto enim difficilius quis purgat̄ quāto medullitus eius interiꝰ amor inheſerat terrenis. ¶ Denique q: pena illa debet eſſe ſatiſfactoria. ⁊ ſatiſfactio reſpicit libertatem

voluntatis. ⁊ ſtatum vie potiſſime: cum ibi iam nō ſit ſtatus merēdi: ⁊ pene ille minime te neant rationem voluntarij: neceſſe eſt ꝙ illud qđ deficit ex parte libertatis in voluntate ſuſti nente ſuppleatur in acerbitate ex parte pene. Quia vero gratiam habent qui purgantur quam quidem vltra perdere nō poſſunt. hinc eſt ꝙ nec a triſticia penitus abſorberi. nec in deſpe rationē incidere: nec in blaſphemiā poſſunt nec volunt aliqtenus ꝓſilire. ac per hoc ſꝫ gra uiter puniantur: longe tñ aliter ⁊ minus ꝙ̃ in inferno. ⁊ ſtatū etiam illū indubitanter ſciūt alium eſſe ꝙ̃ iſtū in quo ſunt illi qui in iſer no irremediabiliter cruciantur. ¶ Poſtremo q: pena illa debet eſſe expurgatoria: ⁊ purga tio illa eſt ſpūalis: neceſſe eſt vel ꝙ ignis ille ſpūalem habeat virtutem diuinitus ſibi da tam. vel vt magis credo ipſa virtus grē inte rius habitantis adiuta a pena extrinſeca: ip ſam aīam iam pro offenſis punitā: ⁊ a reatu um onere alleuiatam purget purgatiōe ſuffi cientia. vt iam nulla remaneat diſſilitudo ad gl'iam. Et qm̄ tales ſpiritus diſpoſiti ſunt in ſummo: ad deiformitatem gl'ie ſuſcipiendam in ſe: cum ianua ſit aperta. ⁊ purgatio ꝯſum mata: neceſſe eſt illos ſpūs euolare: in qbus eſt charitatis ignis ſurſum leuans: ⁊ nihil re tardans ex parte impunitatis anime vel re atus. Nec enim decet diuinam miſericordiā ſeu iuſticiam: vt amplius differat gl'iam. cuꝫ inueniat receptaculum idoneuꝫ: ⁊ magna ſit pena in dilatione premioꝝ. nec amplius puni ri debeat ſpiritus iam purgatus.

Capitulum. iij.

¶ De antecedentibus ad iudiciuꝫ: cuiuſmo di ſunt ſuffragia eccleſiaſtica.

[d]E ſuffragijs autē eccleſiaſticis hoc te nendum eſt. ꝙ ſuffragia eccleſie ꝓ ſunt mortuis. ſuffragia dico que ꝓ mortuis eccleſia facit. ſicut ſunt ſacrificia ieiu nia: elemoſine ⁊ alie orationes: ⁊ pene volū tarie aſſumptē pro eorum culpis celerius ⁊ facilius expiandis. Proſunt autem mortuis: nō quibuſcūqꝫ: ſed mediocriter bonis: vt po te illis qui ſunt in purgatorio. Nō valde ma lis. ſ. illis qui ſunt in inferno. nec valde bonis ſꝫ his qui ſunt in celo. quin potius e conuer ſo eorum merita ⁊ orationes ſuffragantur ec cleſie militanti. cuius mēbris multa bñficia im petrant beati. Proſunt autē ſm magis ⁊ mi nus: vel pro diuerſitate meritoꝝ in mortuis. vel pro charitate viuorum: que magis ſollici tantur pro aliquibus ꝙ̃ ꝓ alijs. ⁊ hoc vel ad pe narū mitigationē. vel celeriorē liberationem ſm ꝙ ſupne ꝓuidentie diſpenſatio melius eis viderit expedire. ¶ Rō autē ad intelligētiaꝫ predictorū hec eſt. Quia primū principiū cuꝫ ſit optimū. ac per hoc ſumme ſeueritatis con tra malū. debet pariter ſumme ſuauitatis eſſe ad bonum. ⁊ ideo cū ratiōe ſeueritatis iuſti cie: iuſti in quibus eſt reatus culpe: debeant poſt hanc vitam in purgatorio tormentari. debent etiam ratione ſuauitatis miſericordie releuari. ⁊ habere auxilium ⁊ iuuamen. ma xime quia in miſeria ſunt ꝯſtituti. ⁊ ſuis ope ribus ⁊ meritis non poſſunt amplius ſe iu uare. Diſponere igitur debuit regimen diui ne prouidentie ſuffragia eis conferri ab eis qui poſſunt. ſalua tñ rectitudine iuſticie. a q̄ nec debꝫ nec poteſt dulcedo miſericordie diſ ſentire. nec aliquatenus ſeparari. Quoniam igitur rectitudo iuſticie exigit conſeruationē honoris diuini: regiminis vniuerſi. ⁊ qualita tis meriti humani. ideo superni ⁊ primi prin cipij prouidentia ſumma diſpoſuit hec ſuffra gia valere defunctis ſm dulcedinem miſeri cordie: ⁊ rectitudinem iuſticie: ſeruantis ho noris diuini dignitatem: vniuerſi regimen. ⁊ humani meriti qualitatem. ¶ Primo igitur quoniam in huiuſmodi ſuffragijs ſeruari de bet iuſticia: que diuini precipue eſt conſerua tiua honoris. ⁊ honor diuinus nihilominus exigit opera ſatiſfactoria ⁊ penalia ſibi per ſolui pro culpis. hinc eſt ꝙ per illa opera ha bent ſuffragia fieri per que potiſſime fit ſa tiſfactio. ⁊ honor recompenſatur deo. Quo niam igitur huiuſmōi ſunt tres partes ſatiſfactionis: ieiunium: oratio ⁊ elemoſyna: ⁊ altaris ſacrifi

ciū. in quo maxime reddit honor debit⁹: ꝓpter placentiā illius qui in ſacrificio illo offertur. hinc eſt q̄ ſuffragia eccle̅ ꝯſiſtūt i huiuſmodi opibus ſatiſfactorijs. ⁊ maxime in miſſis celebrandis: ſm q̄ Grego. in q̄rto dyalogoꝝ inſinuat aliquos ꝓpter miſſaꝝ bn̄ficia de penis magnis celerrime liberatos. ac per hoc pompa exequiaꝝ ⁊ accuratio funerio ⁊ hm̄oi non debent inter ſuffragia eccleſie computari. Propter qđ ⁊ ſctūs aug. dicit in libro de cura pro mortuis agenda. q̄ curatio funeris. ꝯditio ſepulture: ⁊ pōpa exeqaꝝ magis ſunt ſolacia viuorū q̄ȝ ſubſidia mortuoꝝ. ¶ Amplius q: debet ibi ſeruari iuſticia ꝯſeruatiua ordinis ⁊ regiminis vniuerſi. ⁊ hec exigit vt in ꝯtinuatione influentiaruȝ ſalutem ordo ⁊ ſymbolum inter ea. in qb⁹ ⁊ in que influentie ille manāt. ac p̄ hoc inferi⁹ non debeat influere in illud qđ eſt ſupra. neq̄ȝ in id qđ eſt per oīmodam diſtantiā elongatum: hinc eſt q̄ ſuffragia eccleſie non poſſunt valere his q̄ ſunt in inferno. q: ſūt a corpore chriſti myſtico penitus ſeparati. vñ nulla ſpūalis influentia capitis ad eos peruenit nec eis prodeſt. ſicut nec influentia capitis ꝓdeſt membris a corpe amputatis. Hinc eſt etiam q̄ non ꝓſunt beatis. q: ſunt oīno ſupiores ſm ſtatum: ⁊ iam in termino exiſtētes non poſſunt ad altiora ꝯſcendere. ſed magis ecōuerſo ipſi ꝓſunt nobis ⁊ eoꝝ orationes. nam ⁊ hoc meruerunt in carne. iō diſpoſuit ordo diuinus vt etiā ipſis ſctis dei orones offerātur vt ⁊ ipſi ſuffragent̄ nobis ad diuina bn̄ficia impetranda. Nō ꝓſunt ergo eis eccliaſtica ſuffragia. ſed magis nobis ꝓſunt ſua. Reſtat igit̄ q̄ ꝓſunt ſolis iuſtis qui ſunt in penis purgatorijs. Nam ipſi rōne pene ⁊ impotētie ſeiuuandi ſunt viuis inferiores. ratiōe vero iuſticie ceteris membris eccleſie ſunt coniuncti. ita vt merito eis eccleſie ſancte merita poſſint propter ſymbolum ⁊ ordineȝ ſuffragari. ¶ Poſtremo q̄m debet in his ſeruari iuſticia que penſat exigentiam meritorū. hic eſt q̄ ſuffragia illa que cōiter fiunt pro defūctis. licet omnibus bonis valeant pro modulo ſuo. his tñ amplius valent qui magis meruerunt vt ſibi valerent ⁊ prodeſſent: dum erant in ſtatu vie. Illa vero que ſpecialiter fiunt pro aliquib⁹. q: intētio facientis eſt recta ⁊ ſm deum ꝓcedit. ⁊ eccl'iaſtica iſtitutio abſq̄ȝ dubio non eſt caſſa. ideo plus valēt illis ꝓ quib⁹ determinate fiūt. licet etiā alijs aliquo mō cōicentur. Nec tñ poſſunt ita alijs ſubuenire ſicut illi pro quib⁹ perſonaliter. p eo q̄ licet ſm ſpūalia: in diuina iuſticia pro maiori culpa maiorē exigit emēdā. ⁊ ꝓ pluribus culpis plures emēdas. Vñ exemplū de lumine qđ eq̄liter illuminat ad vnā menſam ſedētes nō placet. q: hm̄oi ſuffragia poti⁹ aſſimilari habent precijs redemptiuis: q̄ȝ hm̄oi influentijs diffuſiuis. Quantum aūt cuilibet determinate valeant. ille certitudinaliter diffinire habet cuius eſt in reatibus ⁊ penis ⁊ ſuffragijs attendere pondus numerum ⁊ mēſurā.

## Capitulum iiij.

¶ De concomitantibus iudicium ſicut eſt conflagratio ignium.

Einde aliqđ dicendum eſt de concomitantibus iudiciū. que ſunt duo. ſ. conflagratio ignium mundanoruȝ. ⁊ reſurrectio corpoꝝ. ¶ De conflagratiōe igitur hoc tenendū eſt: q̄ ignis ꝓcedet faciē iudicis: quo terre facies exuret̄. ita q̄ figura huius mūdi mundanoꝝ igniū ꝯflagratiōe peribit. ſicut factū eſt aq̄rū inundatiōe tpe diluuij. Dicit̄ aūt tranſire figura hui⁹ mundi non eq̄tū ad deſtructionē totalē huius mundi ſenſibilis. ſed q: per actionem illius ignis oīa elementaria inflāmātis conſumentur vegetabilia: ⁊ aīalia purgabuntur. ⁊ innouabūtur elementa. maxime aer ⁊ terra. purgabūtur iuſti: ⁊ adurentur reprobi. quibus factis ceſſabit etiam motus celi. vt ſic cōpleto nūero electoꝝ fiat quodāmodo īnouatio ⁊ ꝯſumatio corpoꝝ mundanoꝝ. ¶ Rō aūt ad intelligentiam p̄dictoꝝ hec eſt. Quia principium rerum vniuerſale cū ſit ſapiētiſſimū: ⁊ ſic i oībus q̄ agit attendit ordinem ſapie. potiſſime

tum in his debet attendere que ſpectant ad cō
ſummationem. vt ſic nō diſcordet primum a
medio: nec mediū a poſtremo. ſed in cūctis
cōgruētiſſime ordinatū appeat illi⁹ primi pn
cipij ſapiētia ordinans: ⁊ bonitas ⁊ altitudo.
Qm̄ g deus ſm ſapiam ſuā ordinatiſſimā
cunctū mūdū iſtū ſenſibilē ⁊ maiorē fecit, p
pter mundū minorē. ſ. hoiem q inter deū ⁊
res iſtas īferiores in medio collocat⁹ ē. hīc ē
q vt oīa ſibijnuicē cōgruāt: ⁊ hītatio cū ha
bitatore habeat armoniā. homine bene inſti
tuto: debuit mūdus iſte in bono ⁊ quieto ſta
tu inſtitui. homine labente debuit etiam mū
dus iſte deteriorari. homine perturbato de
buit perturbari. homine expurgato debuit
expurgari. homine īnouato debuit innouari
⁊ homine cōſummato debuit quietari. ¶ Pri
mo ergo qm̄ mundus ille pturbari debꝫ ho
mine perturbato. ſicut ſtetit cū ſtāte: ⁊ quodā
modo cecidit cū labente. ⁊ in futuro iudicio
propter ſeueritatem iudicis oſtendēdam ne
ceſſe eſt oīū corda terreri. ⁊ peccatorꝫ maxi
me: qui vniuerſorꝫ dn̄m contēpſerunt. vt ſic
oīs creatura diuinū accipiat zelū. ⁊ ꝯformet
auctori: ⁊ cōformet etiā habitatori: neceſſe eſt
totius orbis cardines horribiliſſime com
moueri. Et q: nihil intenſius ⁊ veloci⁹ ⁊ hor
ribilius in agendo ꝯmouet alia elementa qꝫ
ignis hincinde ex omni parte concurrens.
hinc eſt q neceſſe eſt q ipſius iudicis faciē
ignis precedat. non ex vna parte tantum. ſed
ex omni parte mūdi. vt ſit ibi ꝯcurſus ignis
elementaris ⁊ terreſtris. ignis purgatorij ⁊
etiam infernalis. vt per infernalē reprobi ad
urantur. p purgatoriū iuſti purgent̄. p terre
ſtrem hec terrena ſcentia cōſument̄. p elemē
tarem elementa ſubtilient̄: ⁊ ad innouatiōis
faciem diſponant̄. ⁊ ſimul cū h̄ cetera ꝯtur
bent̄. vt nō ſolum homines ⁊ demōes. verū
etiā angeli vidētes terreant̄. ¶ Rurſus qm̄
mundus iſte purgari debet cū homīe expur
gato. ⁊ hō in ſtatu finalis tpis indiget purga
ri a ſcoria auaricie ⁊ malicie. ſicut in primo tē
pore a fece luxurie. indiget etiam purgari ⁊
velociter ⁊ intime ⁊ perfecte. hinc eſt q ſi
cut mūdus prius deletus eſt: ⁊ quodāmodo
purgatus p elementū aque. qđ eſt frigidum
contra ardorē ⁊ fetorē luxurie. ſic finalis mū
dus per ignē propter refrigeriū charitatis: ⁊
frigus malicie ⁊ auaricie q regnabunt in fine
quaſi in ipſius mundi ſenectute. que q: ma
xime ſunt adherentie: neceſſe eſt q purgās
ſit actionis intime: violente ⁊ accelerate. qđ
non cōtingit reperiri in elemēto alio qꝫ in igne.
⁊ ideo ſicut factum eſt aquarum inunda
tione diluuiū: ſic p actionē ignis hui⁹ mūdi
ſenſibilis facies exuret̄. ¶ Ampli⁹ qm̄ mun
dus ille innouari debet cum homine inno
uato. nec innouari poteſt aliquid in nouam
formam niſi pdat vetuſtā: ⁊ quodāmodo di
ſponatur diſpoſitione noua ſuperinducta. hic
eſt q cum ignis maxime habeat virtutē ex
pulſiuam forme extranee: habeat etiam vim
ſubtiliatiuam: ⁊ celeſti nature cognatā. ideo
per ipſum debet fieri purgatio ſimul ⁊ inno
uatio. ita q cum geminam habeat efficaciā
quantum ad aliquam iudicis aduentum pre
cedit. quantum autem ad reliquam habet ſe
qui. Et cum innouatio ſit ad nouitatem que
amplius non redit ad vetuſtatē. ac per hoc
ad nouitatem incorruptibilem: quā dare nō
eſt in potentia alicuius creature. hinc eſt q
licet in illa purgatione ⁊ innouatione ignis
aliquid agat per naturalem virtutem: vt in
flāmare: purgare: rarefacere: ⁊ ſubtiliare. ta
men neceſſe eſt q cum illa virtute naturali
ſit virtus operans ſupra naturam. cuius im
perio fiet conflagrationis initium: ⁊ cuius eti
am virtute fiet nihilominus complementū.
¶ Poſtremo quoniam mundus ille debet
conſummari homine conſummato. ⁊ tunc ē
homo conſummatus quando in gloria com
pletus erit numerus electorum. ad quem q
dem ſtatum omnia tendunt ſicut ad finē vl
timum ⁊ completum. neceſſe eſt facta com
pletione illius numeri: terminari ⁊ quietari
motus nature celeſtis. neceſſe eſt etiam ter
minari tranſmutationes elementares: neceſſ

se est etiam per consequens terminari generationem que est in animalibus ⁊ in plantis. Cum enim omnia ista ordinentur ad formã nobilissimam. que quidem est anima rationalis. posito statu in animalibus: necesse est ⁊ statum ⁊ complementũ poni in ceteris precedentibus. Et ideo corpora celestia habita quiete ⁊ luminis plenitudine dicuntur remunerari. Elementa vero que amplius non habent vim multiplicandi per transmutationẽ mutuam dicuntur interire: non quantum ad substantiam: sed quantum ad actionem ⁊ passionem mutuam. ⁊ hoc maxime quantum ad qualitates actiuas. Vegetabilia vero ⁊ sensibilia quia non habent potestatem ⁊ vitam perpetuam. ⁊ durationem sempiternam: q̃lis competit statui illius nobilitatis: necesse ẽ in propria natura consumi. ita tamen ꝙ saluentur in principijs. ⁊ quodammodo in simili. videlicet in homine qui similitudinem habet cum omni genere creature. ⁊ ideo ipsius innouatione ⁊ glorificatione possũt dici omnia innouari ⁊ quodãmõ premiari.

Capitulum v. xi.

¶ De concomitantibus iudicium: sicut est resurrectio corporum.

De resurrectione aũt corporum hoc tenendũ est: ꝙ omniũ corpora hominum in generali resurrectione resurgent: nulla in eis existente distantia quantum ad ordinationem tpis. sed magis q̃tum ad ordinationẽ dignitatis. Nam mali surgent cũ suis deformitatibus ⁊ penalitatibus: miserijs ⁊ defectibus. quos habuerant in statu vie. In bonis autem natura seruabitur: ⁊ vicia detrahentur. ⁊ omnes resurgent integro corpore: ⁊ plena etate: ⁊ debita mensura membrorum. vt sic omnes sancti occurrant in virum perfectum. in mensurã etatis plenitudis christi. Surgent aũt tã in bonis q̃ȝ in malis corpa eadem numero q̃ prius. ⁊ ex eisdẽ pribus constituta. salua totius veritate nature. nõ solum quãtũ ad mẽbra principalia ⁊ humiditatem radicalẽ: verũetiaȝ saluis capillis ⁊ ceteris membris q̃ faciunt ad decentiã corpis ita ꝙ in quascũqȝ auras vl' sinus nature puluis humani corporis cedat. ad eam aiaȝ redibit que ipsũ primitus vt viueret ⁊ cresceret animauit. ¶ Ratio aũt ad intelligẽtiã pdictorũ hec ẽ. Quia pmũ pncipiũ eo ipso ꝙ pmũ ⁊ summũ est vniuersalissimũ ⁊ sufficientissimũ. ac per hoc pncipiũ est nãrũ: grarũ ⁊ premiorum. principiũ etiã potẽtissimũ: clemẽtissimũ ⁊ iustissimum. ⁊ licet fm quandã appropriationem sit potẽtissimũ in ꝯstitutõe naturarũ: ⁊ clementissimũ in collatiõe grãrũ. ⁊ iustissimũ in retributiõe stipendiorũ. nõ singillatim singula sunt in singulis. q: summa potentia: clemẽtia ⁊ iusticia: nullatenus possũt ab inuicem separari. ⁊ ideo in ope retributionis necesse est ꝙ ipsa fiat fm ꝙ exigit rectitudo iusticie. ⁊ reformatio grẽ: ⁊ completio nature. Quia ergo iusticia necessario reqrit vt hõ q meruit vel demeruit. nõ in aia soluz: nec in corpore solũ. sed in aia sil' ⁊ corpe puniatur vel pmief in vtroqȝ. reformatio autẽ grẽ etiam reqrit vt totũ corpus assilef christo capiti: cuius corpus mortuũ necessarium fuit resurgere. cum vnitũ esset insepabiliter deitati. completio vero nature reqrit: vt hõ cõstet simul ex corpe ⁊ aia tanq̃ȝ ex materia ⁊ forma: q mutuũ habent appetitum: ⁊ inclinationem mutuam. necesse est resurrectionẽ esse futurã: exigẽte hoc ꝯstitutõe nature: infusione grẽ: ⁊ retributione iusticie fm q̃s tota vniuersitas habet regi. Et ideo ex his tribus omnia clamant hominẽ resuscitandũ: vt ois tollaf excusatio illis qui ꝯ hanc veritatẽ fidei obsurdescunt. ⁊ merito ꝯ tales vniuersus pugnet orbis terrarum. ¶ Primo igit quĩ resurrectio debet esse fm exigentiã ordinis diuine iusticie. ⁊ diuina iusticia reddit vnicuiqȝ qđ suũ est pro loco ⁊ tpe. ⁊ omnis aia corpori semel ⁊ ad punctũ tpis vnita: vel habet in eo culpam vel grãm. necesse est ꝙ oẽs resurgãt. Et q: distinctus dȝ eẽ status retributionis a statu vie. ⁊ resurrectio spectat ad statum retributionis. vt non ꝯfundaf ordo vni-

uersi. ⁊ vt fides habeat meritū. q credit qđ nō videt. ⁊ vt certius ⁊ clarius appareat eq̄tas diuine iusticie: ⁊ vt simul fiat consummatio ⁊ retributio finalis in angelis ⁊ hoībus requirit hoc diuina iusticia: vt oēs resurgāt simul quantū est de lege cōmuni. Quod dico ꝓpter christū ⁊ eius btīssimā matrē gloriosam virginē mariā. Quia vero malis debet̄ pena ⁊ miseria. ⁊ bonis gloria. ideo etsi siml' resurgant in tpe. valde tñ dissimiles erūt i ꝯditione. Nam q: malis resurrectio nō est ad vitā sed ad supplicium. necesse est ꝙ ipsi cū infirmitatibus ⁊ deformitatib⁹ ⁊ defectib' suscitent. ¶ Rursus q: resurrectio dꝫ esse ꝑꝫ exigentiā ꝯsummatōis grē. ⁊ perfecta grā facit nos ꝯformes christo capiti nr̄o. in quo null⁹ fuit defectus mēbrorū. sed ꝑfecta etas: ⁊ statura debita. ⁊ effigies formosa. oportunū est ꝙ boni suscitentur in optimis ꝯditionib⁹. ac per hoc necesse est ꝙ in eis vicia detrahant̄ ⁊ natura seruetur. Oportunū etiā est vt si aliqđ mēbrū deerat suppleat̄. si aliqua erat superfluitas auferat̄. si aliqua mēbrorū deordinatio corrigat̄. si paruulus erat ad quantitatē etatis christi quā habebat in resurrectione licet non in mole: diuina virtute deducatur. si decrepitus ad candē etatē reducatur. si gigas: si quantus ad mēsurā ꝯgruam limitet̄. vt sic omnes integri ⁊ ꝑfecti occurrāt i virū ꝑfectū. in mēsurā etatis plenitudinis christi. ¶ Postremo q: resurrectio debet esse ꝑm exigentiā perfectionis nature. ⁊ natura spiritus rōnalis exigit ꝙ viuificet corpus ꝓpriū q: ꝓprius actus in ꝓpria materia habet fieri: necesse est ꝙ idē corpus numero resurgat. alioqn nō esset resurrectio vera. Requirit etiā natura aīe rōnalis ⁊ imortalis: ꝙ sicut habet esse ꝑpetuū. sic corpus habeat cū perpetuo influxu vitā. ac p hoc corp⁹ qđ aīe vnitur ex ipsa vnione ordinationē hꝫ ad incorruptionē ꝑpetuā. [illegible]

riam. alia vero. s. caro ꝑm materiā ⁊ partes que sunt de bene esse corporis: habeāt ordinationem de ꝯgruo. ⁊ ideo prime partes sunt ordinate ad resurrectionē ꝑm ordinē necessitatis. alie vero oēs ꝑm ordinem ꝯgruitatis. Quē quidē ordinē q: deus impressit nature ⁊ natura nō pōt ꝑficere. q: nō pt mortuū suscitare. ⁊ ipsa diuina ꝓuidētia nihil debuit facere frustra. necesse est ꝙ ipsius v̄tute reparet̄ corp⁹ idē numero. ⁊ imortale: ⁊ ex oīb⁹ ptibus cōstitutū: ⁊ salua tota v̄itate humane nature. Cū aūt hec natura nō habeat in potestate: sꝫ solū in appetitu. q: nec idē corp⁹ numero destructū reparare pt. cū nō possit in totā rei substātiā: nec corp⁹ imortale possit efficere. cū oē p naturā generabile sit corruptibile: nec dispsa colligere pt. necesse ē ꝙ resurrectio nō seminalib⁹ nec nālibus cāis. sꝫ primordialib⁹ attribuat̄. vt fiat ꝑm cursū mirabilē ⁊ supnaturalē. ⁊ ꝑm diuine iperiū voluntatis.

## Capitulū. vi.

¶ De consequentibus ad iudiciū. scꝫ de igne infernali.

Onsequēter de ꝯsequētibus ad iudiciū est dicendū. que sunt duo. s. pena infernalis ⁊ gloria celestis. ¶ De pena igit̄ infernali hꝫ tenēdū est. ꝙ pena infernalis est i loco corꝑali deorsum. i quo eternaliter affligent̄ oēs reprobi tā hoīes q̄ spiritus mali. Affligent̄ aūt eodē igne corꝑali q concremabit ⁊ affliget spūs ⁊ etiā corꝑa. nec tñ corꝑa illa ꝯsumet: sed sp affliget. alios plus alios min⁹ ꝑm exigentiā meritorū. Cōmēsurata afflictioni ignis ꝯiuncta erit afflictio ꝑm defectus. coniūcta erit pena vermis: ⁊ carētia visionis dei. ita ꝙ in his penis erit varietas: ⁊ cū varietate acerbitas: ⁊ cū acerbitate in[illegible]

tare. nec ſuā iuſticiā impugnare. ſic neceſſa rio ſua rectitudine exigente oportet ꝙ peccm̄ puniatur ſm̄ q̄ꝫtitatē culpe iudicio maxīe qui legē miſericordie ꝯtēnentes. ꝑ impenitētiam īpegerūt in ſeueritatē iuſticie. Cū ergo ſe ueritatis iuſticie eſt ꝯſiderare culpā. nō ſolū quantū ad radicē. verūetiā q̄ꝫtum ad circum ſtātias aggrauātes. ꝯgruiſſimū eſt vt iudex iuſtus penas debitas ab ipſis exigat vſqꝫ ad vltimū quadrantē. vt ſic nō remaneat defor mitas peccati ſine decore iuſticie. ⁊ ſicut mani feſta eſt ptās in creādo. ⁊ ſapiā in gubernan do. ⁊ clemētia in reparando. ſic manifeſtef ſū ma iuſticia in puniēdo. Cū ergo diuina iu ſticia peccātem impiū dꝫ punire ſm̄ exigētiā culpe. ⁊ culpa mortal' ad quā ſuccedit finalis impenitētia: ipſa habet rōnem deordinatio nis ppetue. deordinatōis libidinoſe. deordi nationis multimode necesse eſt ꝙ ipſa puni at penam eternitate: acerbitate: ⁊ multiformi tate. ¶ Ratio igit deordinatōis ppetue pe na debet eſſe ppetua. q: peccm̄ qd qs cōmit tit: ⁊ de quo nunq̄ꝫ penitet: ppetuo in aīo du rat. ⁊ a vita ppetua. deo ſepat. ⁊ a volunta te pcedit: q in peccō vellet ppetuo delectari. Et licet delectatio illa tranſitoria ſit momenta nea. q: tamē deordinatio tenet rōnem ppeni tatis. pena deordinationi rn̄dens debet hr̄e carētiā finis. vt ſicut hō in ſuo ppetuo finē nō appoſuit a peccō recedēdo: ſic deus in ſuo perpetuo nō deſiſtat a puniēdo. ⁊ ſicut hō ꝯ infinitū peccauit. ſic penā habeat infinitam. Et q: nō poteſt habere penā infinitā intenſi ue: habeat ſaltē duratione. Et ſicut voluntas eiꝰ poſt mortē ſp malo adderet ſine ſuſceptio ne puic. ſic deus ſp affligat ſine mutatione ſnie. regrēte hꝫ perpetuitate deordinatōis in ipſis damnatis. ¶ Rurſus qm̄ deordinatōis libidinoſe pena dꝫ eſſe afflictiua. q: delecta tio punif per triſticiā ꝯriā. ⁊ ſpūs rōnalis in peccādo ꝯuertit ſe ad bonū ppriū ⁊ vt nūc ꝓpriate libidinoſe amandū. ⁊ ex hoc ꝯtē nit diuinū imperiū ⁊ dominū. hinc eſt ꝙ ad hoc q: illa delectatio improba perfecte puni atur. in qua ſimul eſt delectatio cū contēptu. neceſſe eſt ꝙ ad punitionem illiꝰ ꝯtēptus et delectatōis: peccōr ſiue ſit hō ſiue ſpūs precipitef in locū infimū: ⁊ maxime a ſtatu glorie longinquū. hoc eſt in pfundiſſimū infernū. Neceſſe eſt etiā ꝙ ibi exponat affligendꝰ i fime nature. ac ꝑ hꝫ nō a ſubſtātia ſpūali pa tiaf ſed a corpali ⁊ infima. hꝫ eſt a fecibus cor poꝝ mundanoꝝ. vt i fecibꝰ deſignaf: ⁊ igne ⁊ ſulphure ꝯremetur. Et qm̄ ſpūs q ꝑ na turā preponif corpi. ⁊ in corpus hꝫ influere: ⁊ ipſum mouere: dignitatē nature per culpā peruertit. ⁊ ſe ſubiecit quodāmodo vilitati et nihilitati peccati. hinc eſt ꝙ ſm̄ ordinē iuſti cie debet ordinari vt tā peccōr ſpūs q̄ꝫ homo igni corpeo alligef. nō vt in illū influat vitā. ſed vt diuino decreto ſuſcipiat penam. Cum enim rei quā horret ꝑ timorē diuinitus imiſ ſum: ⁊ quā ſentit per viam naturalis ſenſus: ſit inſeparabiliter alligatus: neceſſe eſt ꝙ acrit tormentef. Et q: ille ignis nō agit niſi per di ſpoſitionē peccati ⁊ reatus. ⁊ macule: ex impro bitate libidinis pcedētis: ⁊ hec nō eſt equali ter in oībus. hinc eſt ꝙ ab eodē igne alij cre mantur plꝰ: alij vo minus. ſic ab eodē igne alit vrit palca: ⁊ aliter ꝯburif lignū. Cū au tē illa peccti diſtinctio ⁊ reatus: ſm̄ quā actio ignis moderaf: eſt i eodē vniformis ⁊ nūq̄ꝫ creſcat: nec decreſcat: nec mutaf. hinc ē ꝙ di uino impio ordināte: ignis ille ſic agit: ꝙ ſp vrit ⁊ nō ꝯſumit. ſp affligit ⁊ nō interimit. q: nō agit ad ſue forme multiplicationē. ſed ad paciētis in corpe perturbationē. ſiue ipſius ſpūs in ſeipo: vñ nō fit noua adēptio: ſꝫ adē ptē paciētis ꝯtinuatio. vt ſic in eadē pena nec acerbitas eternitatē: nec eternitas tollat acer bitatē. ¶ Poſtremo: qm̄ deordiatōis multi mode: pena dꝫ eſſe multimoda: ⁊ in oī pec cato actuali mortali: ⁊ deordinata eſt auerſio a ſumma luce ⁊ bonitate: ⁊ inordinata ꝯuer ſio ad bonū ꝯmutabile: ⁊ deordinatio vo luntatis ꝯ dictamē rōnis recte. hinc ē ꝙ deo actualiter peccātes qui erūt dānati punienf pena triplici. ppter auerſionē carētia viſio

nis dei. ꝓpter ꝯuerſioné pena incédij mate-
rialis. ꝓpter pugnã volũtatꝭ ⁊ rónis pena v̓
mis. vt ſic ex hac multiplicitate penaꝝ aſfli-
cti: ⁊ varie: ⁊ acerbe: ⁊ eternalit̓ crucient̄: et
tormentoꝝ fum⁹ aſcédat in ſecl'a ſeculorum.
Amen. Capitulũ. vij.

¶ De ꝯſequétibus ad iudiciũ. ſ. glĩa paɼadiſi.

D E gloria aũt celeſti h̄ in ſũma tenen
dũ eſt. ꝙ in ipſa eſt ꝑmiũ ſubſtãtiale
ꝯſubſtãtiale: ⁊ accidentale. ¶ Pre
miũ inqꝫ ſubſtãtiale ꝯſiſtit in viſione: fruitio
ne: ⁊ tentione vni⁹ ſũmi boni. ſ. dei. quẽ bti
videbũt facie ad faciẽ. h̄ eſt nude ⁊ ſine vela
mine: quo fruent̄ auide ⁊ delectebilit̄: quez
etiã tenebũt ſempiternaliter. vt ſic v̓ificet̄ il-
lud bernardi. ꝙ deus futurus eſt róni pleni
tudo lucis. volũtati multitudo pacis: ⁊ méo-
rie ꝯtinuatio eternitatis. Premiũ v̓o cõſub
ſtantiale ꝯſiſtit in gloria corpis. q̄ ſcd̓a ſtola
dicit̄. qua reſũpta pfectius aĩa beata tédit in
ſummũ celũ. ¶ Et hec ſtola ꝯſiſtit in q̄dru-
plici dote corpis. ſ. in dote claritatꝭ ſubtilitatꝭ:
agilitatis: ⁊ impaſſibilitatis. q̄ erunt h̄ꝫ plus
⁊ minus in diuerſis: ſm̄ maioritaté ⁊ mino-
ritaté primo habite charitatis. Premiũ auté
accidentale cõſiſtit in quodã decore ſpeciali
ſupadiecto. qui qdé aureola nũcupat̄: ⁊ ſm̄
doctoꝝ ſniam debet̄ triplici generi operũ. ſ.
martyrio: predicationi: ⁊ ꝯtinentie v̓ginali.
Et in oĩbus p̄dictis ſuabit̄ gradus ⁊ diſtin-
ctio: ſm̄ exigẽtiã meritoꝝ. ¶ Ratio aũt ad
intelligentiã p̄dictoꝝ hec eſt. Qꝛ p̄mũ prin-
cipiũ hoc ipſo ꝙ primũ: h̄ꝫ ſummã vnitatem.
veritaté ⁊ bonitaté: ⁊ hoc ipſo i eo etiã ẽ po
nere ſũmã potẽtiã: ſapiam: clemẽtiã ⁊ iuſti-
ciã. Qm̃ aũt hec iuiſibilia dei manifeſtari ò
cet p opa: ió deus mũdũ iſtũ ſenſibilé princi
piãs ſic ꝓduxit: ſic gubernat. ſic repat: ſic re
munerat ⁊ ꝯſũmat: ꝙ in ꝓductóe manifeſte
tur ſumma potẽtia. in gubernatóe ſumma ſa
pientia. in repatione ſumma clemẽtia: ⁊ i re
muneratióe iuſticia ꝯſummata. ¶ Ut ergo
manifeſtaret̄ potẽtia ad ſuĩ ipſius laudem ⁊
gloriaꝫ ⁊ honorem. oĩa ꝓduxit de nihilo: fa-
ciens aliquid ꝓpe nihil. ſ. materiã corpalem
⁊ aliquid ꝓpe ſe. ſ. ſubſtantiã ſpũalem. ⁊ ſi-
mul hec iungẽs in vno hoie in vnitaté natu
re ⁊ pſone. ſ. rónalem aĩam ⁊ materiã corpo
ralem. Ut manifeſtaret̄ ſapientia ipſe quidé
ꝓuidẽtiſſime oĩa gubernat ⁊ ordinat. Nã
ipſe ſupremũ hois regit p ſeipm̄. mentẽ. ſcꝫ
quã illuſtrat. ⁊ infimũ. ſ. corpus p liberꝝ arbi
trium volũtatis. vt ſic corp⁹ ⁊ corpalia quo
ad regimẽ ſubiaceãt ſpũi. ſpũs vero deo.
¶ Ut manifeſtaret̄ clemẽtia lapſuꝫ hoiẽ re
parauit: aſſumẽdo hois naturã. ſuſcipiendo
penalitates. ⁊ tandẽ pferendo penam. vt ſic
ſumma miſericordia miſero miſericordẽ fa-
ceret eſſe conformẽ. ad releuationẽ miſerie
non ſolum in dignitate nature condite: verũ
etiã in defectibus nature in miſeria ꝯſtitute.
Ut tandẽ manifeſtet̄ iuſticia: retribuet vni-
cuiqꝫ ſm̄ exigentiam meritoꝝ: non ſolũ ma
lis penam. veruetiã iuſtis gloriã ſepiternã.
¶ Sic enim exigit retributio equa: ⁊ repa-
tio gratuita: ⁊ gubernatio ordinata: ⁊ ꝓdu-
ctio v̓tuoſa. Nã oĩm hoꝝ ꝯſũmatio ẽ i fine.
¶ Primũ igit̄ qm̃ oĩm iuſtoꝝ ꝑmiatio fie-
ri debet ſm̄ ꝙ exigit retributio iuſta. ⁊ etiã
ꝓductio v̓tuoſa. ⁊ ꝓductio dei fecit rónalẽ
ſpm̃ ꝓpe deum: capacẽ dei. capacem. ſcꝫ ſm̄
vim indite imaginis ipſius beatiſſime trinita-
tis. cui in iuſtis totus hois ſpũs ſm̄ integri-
taté imaginis deſeruiuit. hinc eſt ꝙ nullo mi
nus deo põt rónalis ſpũs ꝑmiari. nec impleri.
nec eius capacitas terminari. idõ i ꝑmiũ daf ei
deiformitas glorie. p quã deo eſſe eius ꝯfor-
mis: ⁊ róe ipm videat clare. ⁊ volũtate dili
gat plene: ⁊ memoria retineat in eternũ. vt
ſic aĩa tota viuat. tota dotet̄ in trib⁹ aie viri
b⁹: tota deo ꝯfiguret̄: tota illi vniat̄: tota i il-
lo requieſcat. in ipſo ſicut in oĩ bono inueniẽ
pacẽ: lucẽ ⁊ ſufficientiã ſempiternã. p quã i
ſtatu oĩum bonoꝝ ꝯgregatoẽ perfecto cõſti
tuta: ⁊ eterna vita viuẽs: dicat̄ btã ⁊ etiam
glorioſa. ¶ Rurſus qm̃ retributio illa debꝫ
fieri ſm̄ ꝙ exigit: nõ ſolũ retributio iuſta: et
ꝓductio virtuoſa: veruetiã gubernatio or-

dinata. ⁊ deus in pductōe corp⁹ aīe alliga-
uit: ⁊ naturali ⁊ mutuo appetitu inuicem co
pulauit. ad gubernationem vo ſubiecit: ⁊ in
ſtatu merīti fecit: vt ſpūs cōdeſcenderet ⁊ in
tenderet corpori gubernādo pp̄ter exercitiū
in merēdo. nec naturalis apperit⁹ patitur q̄
aīa ſit plene bt̄a: niſi reſtituat̄ ei corp⁹. ad qḋ
reſumendū h̄z inclinatiōē naturaliter inſer
tam. nec regiminis ordo ſuſtinet q̄ reſtituat̄
corpus ſpūi bt̄ō. niſi p oīa illi ɔforme ⁊ ſubie
ctū quātū pōt corp⁹ ſpūi cōformari. Quū
ergo ſpūs eſt viſiōe lucis eterne clarificat⁹.
idō dz in ei⁹ corpe claritas lucis pmaxīe reſul
tare. Quia vo dilectiōe ill⁹ ſummi ſpūs eſt
ſūme ſpūalis effect⁹. ideo i corpe h̄re dz cor
reſpōdētē ſubtilitatē ⁊ ſpūalitatē. Qa tēṗo
ne eternitatis fact⁹ ē oīno impaſſibilis. idō in
corpe ei⁹ dz eē ipaſſibilitas oīmoda tam
intra q̄z extra. Quia vero ex his oībus ſpūs
promptiſſim⁹ eſt ad tēdendū in deū. idō in cor
pore gl'oſo debet ſūma agilitas repiri. Quū
igit̄ per has q̄ttuor pp̄ietates ſit corp⁹ ſpūi
conforme ⁊ etiā ſubiectū. hinc eſt q̄ in his q̄t
tuor precipue dotari dicit̄: rōne quoꝝ idonei
tatē h̄z ſeq̄ ſpūm: ⁊ locari in regiōe celeſti: q̄ ē
regio btōꝝ. In iſtis eni pp̄ietatibus celeſti
bus corpib⁹ aſſimulat̄. p q̄s q̄ſi gradatim di
ſtat corp⁹ celeſte a q̄ttuor elemētis: ⁊ ſic dos
corpoꝝ q̄druplicitas: ⁊ corpus in ſe pfectum
reddit ⁊ cōforme habitatiōi celeſti ⁊ ſpūi be
ato. per quē a ſummo capite deo vſq̄z in orā
veſtimenti. ſ. corpis: plenitudo dulcedinis ⁊
btitudinis ebrietas redūdat: ⁊ q̄ttū eſt poſſi
bile deriuatur. ¶ Poſtremo quū illa pmia
tio debet fieri ſ̄m q̄ exigit retributio iuſta: ⁊
productio vtuoſa. ⁊ gubernatio ordinata: ⁊
etiam repatio gl'oſa. ⁊ in diuerſis chriſti mē
bris diuerſa ſunt chariſmata graꝝ: non ſo-
lum q̄ttū ad interiora dona: verūetiā q̄ttū
ad exercitia exteriora. nō ſolū quo ad hab t⁹
verūetiā quo ad ſtat⁹. nō ſolū quo ad pfecti
onē charitatꝫ in mēte. verū etiā quo ad pfecti
onis decorē ⁊ pulcritudinē i ope corpali. hīc
q̄ aliq̄b⁹ mēbris nō ſolū ſtola aīe cū tri-
bus ei⁹ dotib⁹: ⁊ ſtola corpis cū q̄ttuor. verū
etiā excellentia q̄dā decoris ⁊ gaudij debet̄
pp̄ter excellētiā pfectiōis ⁊ decoris habitꝰ i
corpe vtuoſo. Quū igit̄ triplex ē gen⁹ opis
pcellentis: pfectū: ⁊ pulcrū: ⁊ ſpūali formoſita
te formoſum: ſ̄m triplicē vim aīe. ſ. rationa-
lem predicatio veritatꝫ pducēs alios ad ſalu
tem: ſ̄m cōcupiſcibilē perfecta declinatio cō
cupiſcētiaꝝ per integritatē ppetuā cōtinētie
vginalis. ſ̄m iraſcibilē ppeſſio mortis ad ho
norem chriſti. hinc eſt q̄ his trib⁹ generibus
iuſtoꝝ. ſ. predicatorib⁹: virgib⁹: ⁊ martyrib⁹.
debetur illa excellētia pmij accidentalis: qḋ
aureola nuncupatur. qḋ ad decorē facit: nō
ſolū aīe: verūetiā corpis. q: nō redditur vo-
luntati tm̄ ſed opi extrinſeco: ſubſternēs ſibi
meritū ⁊ premiū charitatis: qḋ ɔſiſtit in ſepti
formi dote: triplici aīe: ⁊ quadruplici corpis
in quib⁹ claudit̄ cōſūmatio itegritas ⁊ plenī
tudo oīū bonoꝝ ſpectantium ad gl'e cōple-
mentū ¶ Qualia aūt ⁊ quanta ſint illa: non
verba mea: ſed bt̄i anſelmi ponant̄. Ait enī
in fine pſolis. ¶ Excita te nūc aīa mea: ⁊ eri
ge totū intellectū tuū: ⁊ cogita quātū potes.
Si eni ſingula bona delectabilia ſunt: cogita
intente q̄z delectabile ſit illud bonum. q̄le ⁊
q̄ztum ſit illud bonū qḋ cōtinet iocunditatē
oīū bonoꝝ. nō q̄lez in cōcreatis reb⁹ ſum⁹
experti. ſed tāto differēter q̄zto differt crea-
tor a creatura. Si eni bona ē vita creata: q̄z
bona ē vita creatrix. Si iocūda ē ſal⁹ facta:
q̄z iocunda ē ſalus q̄ fecit omnem ſalutē. Si
amabilis eſt ſapiā in cognitiōe reꝝ cōditaꝝ
q̄z amabilis eſt ſapiētia q̄ oīa cōdidit ex nihi
lo. Deniq̄z ſi multe ⁊ magne delectationes
ſunt in rebus delectabilib⁹. q̄lis ⁊ quāta ē de
lectatio in illo q̄ fecit ipſa delectabilia. O q̄
h̄ bono fruetur: q̄d illi erit: ⁊ quid illi nō erit
Certe quicquid volet erit: ⁊ qḋ nolet eē nō
erit. Ibi quippe erūt bona corpis ⁊ aīe: qua
lia nec ocul⁹ vidit. nec auris audiuit. nec cor
hoīs cogitauit. Cur ergo per multa vagaris
homuncio: q̄rendo bona aīe tue ⁊ corporis
tui. ama vnū bonū i quo ſunt omnia bona: ⁊

sufficit. desidera simplex bonū qđ est omne
bonū ⁊ satis est. Quid enī amas caro mea.
quid desideras aīa mea. Ibi est qcqd ama-
tis. quicqd desideratis. Si delectat pulchritu
do: fulgebūt iusti sicut sol. Si velocitas: aut
fortitudo: aut libertas corporis cui. vt nihil
obsistere possit. erunt similes angelis dei. q:
seminatur corpus animale: ⁊ resurget corp⁹
ſpirituale. poteſtate vtiqʒ nō natura. Si lon
ga ⁊ salubris vita. ibi erit sana eternitas ⁊ eter
na sanitas. q: iusti in perpetuū viuēt: ⁊ salus
iustoꝝ a dño. Si satietas: satiabunť cum ap-
paruerit gloria dei. Si ebrietas: inebriabunť
ab vbertate domus dei. Si melodia: ibi an-
geloꝝ chori concinunt sine fine deū laudātes.
Si quelibet non inmunda sed munda volu-
ptas: torrēte voluptatis tue potabis eos de⁹
Si sapientia: ipsa dei sapiētia ostendet eis se
ipsam. Si amicitia: diligēt deū plusqȝ seipsos
⁊ inuicem tanqȝ seipsos. ⁊ deus illos plusqȝ
illi seipsos. q: illi illū: ⁊ se inuicem per illum. ⁊
ille se ⁊ illos per seipsū. Si concordia: oībus il
lis erit vna volūtas. q: nulla illis erit nisi dei
voluntas. Si potestas: oīpotentes erunt sue
volūtatis vt deus sue. Nā sicut poterit deus
qđ volet p seipsū. ita poterūt illi p illū qđ vo
lent. q: sicut illi nō aliud volēt qȝ qđ ille. ita il
le volet quicqd illi volēt. ⁊ qđ ille volet non
poterit non esse. Si honor ⁊ diuitie. de⁹ suos
seruos bonos ⁊ fideles supra multa constituet.
imo filij dei ⁊ dij vocabūtur ⁊ erunt: ⁊ vbi
erit filius dei: ibi erunt ⁊ illi. heredes quidē
dei. coheredes aūt christi. Si vera securitas.
certe ita certi erunt nunqȝ ⁊ nullatenus ista:
vel potius istud bonū sibi defuturū. sicut cer
ti erunt se nō sua sponte illud amissuros: nec
dilectorē deum illud dilectoribus suis inuitis
ablaturū. nec aliquid deo potentius inuitos
deum ⁊ illos separaturū. Gaudium vero quale
aut quantū est vbi tale ac tantū bonum est.
Cor humanū: cor indigens: cor expertū erū
nas. imo obrutū erūnis. qȝtum gauderes si
his oībus abūdares. Interroga intima tua:
si capere possint gaudiū suū de tanta btitudie sua.

Sed certe si quis alius quē oīno sicut teipsū
diligeres: eandē btitudinē haberet: duplica
retur gaudium tuū. q: non minus gauderes
p eo qȝ pro teipso. Si vero duo vel tres vel
multo plures idipsm haberent tantūdem p
singulis qȝtum p teipso gauderes. si singulos
sicut teipsm amares. Ergo in illa pfecta cha
ritate ⁊ innumerabiliū angeloꝝ ⁊ hoīm btō-
rum. vbi nullus minus aliū qȝ seipsm diligit:
nō aliter gaudebit quisqʒ p singulis alijs qȝ
p seipso. Si ergo cor hoīs de tanto suo bo-
no vix capiet suū gaudiū. quō capax erit tot
⁊ tantoꝝ gaudioꝝ. Et vtiqʒ quia quantum
quisqʒ diligit aliquem. tm̄ de bono eius gau
det: sicut in illa perfecta felicitate vnusquisqʒ
plus amabit sine cōparatione deum qȝ se ⁊
omnes alios secum. ita gaudebit plus absqʒ
estimatione de felicitate dei qȝ de sua ⁊ om-
nium aliorum secum. Sed si deū sic diligent toto
corde tota mente tota anima: vt tamen totum
cor tota mens: tota anima non sufficiat digni-
ti dilectionis. profecto sic gaudebūt toto cor
de: tota mente: tota anima. vt tamen totum
cor: tota mens: tota aīa non sufficiat plenitu
dini gaudij. Nōdū ergo dñe dixi aut cogno
ui: quantū gaudebunt illi beati tui. vtiqʒ tm̄
gaudebunt quantum amabūt. tm̄ amabunt
quantū cognoscent te. Quantum cognoscēt
te ⁊ quantum amabunt te. certe nec oculus
vidit: nec auris audiuit. nec in cor hominis
ascendit in hac vita quantū te cognoscent et
amabunt in illa vita. Oro deus cognoscam
te. amem te. vt gaudeam de te. ⁊ si non pos
sum ad plenum in hac vita: vel proficiam in
dies: vsqʒ dū veniat illud ad plenū. proficiat
hic in me noticia tui: ⁊ ibi fiat plena: crescat
hic amor tuus: ⁊ ibi fiat plenus. vt hic gau-
dium meū sit in spe magnū: ⁊ ibi sit in re ple
num. Dñe per filium tuum iubes: imo consu
lis petere: ⁊ promittis accipere vt gaudium nostrum
plenū sit. Deus verax peto accipiā: vt gau-
diū meū plenū sit. Peto dñe qđ p admira-
bilem consiliariū nrm̄ consulis. accipiā qđ promit
tis p veritatē tuam. gaudiū meū plenum sit.

meditetur interim inde mens mea. loquatur inde lingua mea. amet illud cor meū. ſermocinetur os meū. eſuriat illud anima mea. ſitiat caro mea. deſideret tota ſubſtantia mea donec intrem in gaudium dn̄i mei: qui eſt trinus ⁊ vnus deus: benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Finit breuiloquiū ſancti Bonauenture doctoris ſeraphici ⁊ ordinis minorum.

Prologus bonauenture in itinerarium mentis in deum.

In principio primū principium a quo cuncte illuminationes deſcendūt tanq̄ a patre luminum a quo eſt omne datū optimū. ⁊ omne donū perfectū: patrē. ſ. eternū inuoco: per filium eius dn̄m noſtrū ieſum chriſtū. vt interceſſione ſanctiſſime virginis marie genetricis eiuſdē dei ⁊ dn̄i noſtri ieſu chriſti. ⁊ beati franciſci ducis ⁊ patris nr̄i: det illuminatos oculos mentis noſtre ad dirigendos pedes noſtros in viā pacis illius: que exuperat oēm ſenſum: quā pacē euangelizauit ⁊ dedit dn̄s noſter ieſus xp̄s. cuius p̄dicatiōis repetitor fuit pater noſter ſanctus franciſcus: in oī ſua p̄dicatione pacē in principio ⁊ fine annuncians in omni ſalutatiōe pacē optans: in oī cōtemplatione ad extaticā pacē ſuſpirās: tanq̄ ciuis illius hieruſalē: de qua dicit ille vir pacis. qui cum his qui oderunt pacem erat pacificus. Rogate que ad pacē ſunt hieruſalē. Sciebat enim q̄ thronus ſalomōis nō erat niſi in pace. cū ſcriptū ſit. In pace factus eſt locus eius: ⁊ habitatio eius in ſyon. Cum igit̄ exēplo beatiſſimi patris noſtri franciſci hanc pacem anhelo ſpiritu quererē ego peccator. qui loco illius patris btiſſimi poſt eius tranſitu ſeptimus in generali fratrū miniſterio: p oīa indignus ſuccedo. ꝯtigit vt nutu diuino: āno poſt ipſius beati pr̄is tranſitū. xxxiij. ad montem aluerne tanq̄ ad locū q̄etū: amore querēdi pacē ſpūs declinarē. ibiq̄ exiſtens dū mēte tractarē aliq̄s mētales aſcēſiōes in deū. inter alia occurrit illud miraculū: quod in p̄dicto loco contigit ipi beato frāciſco. de viſiōe videlicet ſeraph alati inſtar crucifixi. In cuius ꝯſideratiōe ſtatim viſum eſt michi q̄ viſio illa p̄tenderet ipius patris noſtri ſuſpenſionem in ꝯtēplando. ⁊ viā p quā puenit ad eā. Nam p ſenas alas illas recte intelligi poſſunt ſex illuminationū ſuſpēſiōes. quibus aīa quaſi quibuſdā gradibus ⁊ itineribus diſponitur vt tranſeat ad pacē: p extaticos exceſſus ſapiē chriſtiane. Via aūt nō eſt niſi p ardētiſſimū amorē crucifixi. qui adeo paulū ad tertiū celū raptū trāſformauit i xp̄m. vt diceret. Chriſto confixus ſum cruci. viuo ego iam nō ego viuit autē in me chriſtus. Qui etiam adeo mentem franciſci abſorbuit. q̄ mens i carne patuit. dum ſacratiſſima paſſiōis ſtigmata in corpore ſuo ante mortem per bienniū deportauit. Effigies igitur ſex alarū ſeraphicarū. inſinuat ſex illuminatiōes ſcalares: que a creaturis incipiunt: ⁊ perducunt vſq̄ ad deum ad quē nemo intrat recte niſi per crucifixum. Nam qui non intrat per oſtium in ouile: ſed aſcendit aliunde: ille fur eſt ⁊ latro. Si quis vero per hoc oſtiū introierit: ingredietur ⁊ egredietur ⁊ paſcua inueniet. Propter q̄d dicit Johannes in Apocalypſi. Beati qui lauant veſtimenta ſua in ſanguine agni: vt ſit poteſtas eorū in ligno vite. ⁊ per portas ingrediant̄ ciuitatē quaſi diceret. Q̄ p contemplationē ingredi nō pōt hieruſalē ſupnam niſi p ſanguinem agni intret tanq̄ p portā. Non enim diſpoſitus ē aliquo modo ad cōtēplationes diuinas: que ad mentales ducunt exceſſus: niſi cū daniele ſit vir deſideriorū. Deſideria autē in nobis inflāmantur dupliciter. ſcilicet p clamorem orationis. que rugire facit a gemitu cordis. ⁊ p fulgorem ſpeculationis: qua mens ad radios lucis directiſſime ⁊ intenſiſſime ſe cōuertit. Igitur ad gemitum orationis per chri

ſtum crucifixum: per cuius ſanguinem pur‑gamur a ſordib⁹ viciorum: primū quidem le‑ctorem inuito: ne forte credat φ ſibi ſufficiat lectio ſine vnctione. ſpeculatio ſine deuotio‑ne. inueſtigatio ſine ammiratione. circumſpe‑ctio ſine exultatione. induſtria ſine pietate. ſci‑entia ſine charitate. intelligentia ſine humili‑tate. ſtudium abſqȝ diuina gratia. ſpeculum abſqȝ ſapientia diuinitus inſpirata. Preuē‑tis igitur diuina gratia humilibus ⁊ piis: cō‑punctis ⁊ deuotis: vnctis oleo diuine leticie: ⁊ amatoribus diuine ſapientie: ⁊ eius deſide‑rio inflammatis. vacare volentibus ad deū magnificādū amādū: ⁊ etiā degustādū. ſpe‑culationes ſubiectas propono: inſinuans φ parum aut nihil eſt ſpeculum exterius pro‑poſitum. niſi ſpeculum mentis noſtre terſum fuerit ⁊ politum. Exerce igitur te homo dei prius ad ſtimulum conſcientie remordentē: antequam oculos eleues ad radios ſapientie in eius ſpeculo relucentes. ne forte ex ipſa ſpe‑culatione radiorum in grauiorem incidas fo‑ueam tenebrarum. ¶ Placuit autem diſtin‑guere tractatum in ſeptem capitula: premit‑tendo titulos ad faciliorem intelligentiam di‑cendorum. Rogo igitur φ magis penſetur intentio ſcribentis φ̄ opus. magis dictorum ſenſus φ̄ ſermo incultus. magis veritas φ̄ ſermonum venuſtas. magis exercitatio affe‑ctus φ̄ eruditio itellectus. Quod vt fiat. nō eſt harum ſpeculationum progreſſus perfun‑ctorie tranſcurrendus: ſed moroſiſſime rumi‑nandus.

Finit prologus.

Incipiunt capitula.

P Rimū capitulū de gradibus aſcēſi‑onis in deū: ⁊ de ſpeculatiōe ipſius per veſtigia ei⁹ in vniuerſo. ¶ Se‑cundum de ſpeculatione dei in veſtigijs ſuis in hoc ſenſibili mundo. ¶ Tertiū de ſpecu‑latione dei per ſuam imaginē naturalib⁹ po‑tentijs inſignitā. ¶ Quartum de ſpeculatio‑ne dei in ſua imagine donis gratuitis refor‑mata. ¶ Quintum de ſpeculatione diuine vnitatis p ei⁹ nomen primarium: quod eſt eē. ¶ Sextum de ſpeculatione beatiſſime trini‑tatis in eius nomine: qđ eſt bonum. ¶ Se‑ptimū de exceſſu mentali ⁊ myſtico: in quo requies datur intellectui affectu totaliter in deum per exceſſum tranſeunte.

¶ Incipit ſpeculatio pauperis in deſerto

¶ Primum capitulum de gradibus aſcen‑ſionis in deum. ⁊ de ſpeculatione ipſius per veſtigia eius in vniuerſo.

b Eatus vir: cuius eſt auxili‑um abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. in val‑le lachrymarum in loco quē poſuit. Cum beatitudo ni‑hil aliđ ſit φ̄ ſūmi bōi frui‑tio. ⁊ ſummū bonum ſit ſupra nos: nullus po‑teſt effici beatus: niſi ſupra ſeipſum aſcendat non aſcenſu corporali: ſed aſcēſu cordiali. Sȝ ſupra nos leuari non poſſumus niſi per vir‑tutem ſuperiorem nos eleuantē. Quantūcū‑qȝ eni grad⁹ iteriores diſponant: nihil fit ni‑ſi diuinum auxiliū comitet. Diuinū autem auxilium comitat eos: qui petūt ex corde hu‑militer ⁊ deuote. ⁊ hoc eſt ad ipſum ſuſpira‑re in hac lachrymarū valle. quod fit per fer‑uentem orationem. Oratio igit̄ mater ⁊ ori‑go eſt ſurſum actionis in deum. Ideo Dio‑nyſius in libro de myſtica theologia volens nos inſtruere ad exceſſus mētales p̄ premit‑tit orationem. Oremus igit̄ ⁊ dicam⁹ ad do‑minum deū noſtrū. Deduc me dñe i via tua ⁊ ingrediar in veritate tua. Letet̄ cor meum vt timeat nomen tuū. In hac oratione orādo illuminamur ad cognoſcendū diuine aſcen‑ſionis gradus. Cum eni ſm ſtatū cōditionis noſtre: ipſa rerū vniuerſitas ſit ſcala ad aſcē‑dendum in deū: ⁊ in rebus quedā ſunt veſti‑gium. quedā imago. quedam corporalia: quedā ſpūalia. quedam tpalia: quedam euiterna: ⁊ per hoc quedā extra nos: quedā intra nos. ad hoc φ perueniamus ad primū principiū conſiderandum: φ eſt ſpiritualiſſimū ⁊ eter‑

num. ⁊ ſup̄a nos: oportet nos tranſire per veſtigium quod eſt corꝑale ⁊ tēporale ⁊ extra nos. ⁊ hoc eſt deduci in via dei. Oportet etiam nos intrare ad mentē noſtrā que ē imago dei euiterna ⁊ ſpūalis ⁊ intra nos et hoc eſt ingredi in veritatē dei. Oportet etiā nos tranſcendere ad eternū ſpiritualiſſimū ⁊ ſup̄a nos: aſpiciendo ad p̄mū p̄incipiū ⁊ hoc eſt letari in dei noticia ⁊ reuerētia maieſtatis. Hec eſt igitur via trium dierū in ſolitudine. Hec eſt triplex illuminatio vnius diei. ⁊ prima eſt ſicut veſpera. ſecunda ſicut mane. tertia ſicut meridies. Hec reſpicit triplicem rerū exiſtentiā. ſcȝ in materia. in intelligentia. ⁊ in arte diuina. ſm̄ quā dictum eſt. fiat: fecit. ⁊ factum eſt. Hec etiam reſpicit triplicem ſubſtantiā in chriſto: qui eſt ſcala noſtra. ſcilicet corporalem: ſpiritualem: ⁊ diuinam. Scđm hunc triplicē p̄greſſum: mēs noſtra tres habet aſpectus p̄ncipales. Un⁹ eſt ad corporalia exteriora. ſm̄ quem vocatur animalitas ſeu ſenſualitas. Aliud intra ſe ⁊ in ſe. ſm̄ quem dicitur ſpiritus. Tertius ē ſup̄a ſe. ſm̄ quem dicitur mens. Ex quibus omnibus diſponere ſe debet ad ꝯdeſcendēdum in deum: vt ipſum diligat ex tota mente: et toto corde ⁊ ex tota anima: in quo conſiſtit perfecta legis obſeruatio: ⁊ ſimul cum hoc ſapientia chriſtiana. Quoniam autem quilibet p̄dictorum modorum geminatur: ſm̄ ꝙ contingit conſiderare deum vt alpha ⁊ o. ſeu inquantum contingit videre deū in vnoquoqȝ p̄dictorū modorū. vt per ſpeculum: ⁊ vt in ſpeculo. ſeu q: vnaqueqȝ iſtarū conſiderationū habet ꝯmiſceri alteri ſibi cōiuncte: ⁊ habet ꝯſiderari ī ſua puritate. Hic eſt ꝙ neceſſe eſt hos tres gradus p̄ncipales aſcēdere ad ſenariū. vt ſicut deus ſex diebus perfecit vniuerſum mundū: ⁊ in ſeptīo requieuit. ſic minor mūdus ſex gradibus illuminationū ſibi ſuccedentiū: ad quietem cōtemplationis ordinatiſſime perducatur. In cuius rei figura: ſex gradibus aſcēdebat ad thronum ſalomonis. Seraphin: que vidit Iſaias: ſenas alas habebāt. Poſt ſex dies vocauit deus moyſen de medio caliginis. Et chriſtus poſt ſex dies: vt dicit̄ in Mattheo duxit diſcipulos in montē: ⁊ transfiguratus eſt ante eos. ¶ Iuxta igitur ſex gradus aſcēſionis in deū: ſex ſunt gradus potētiarū aīe. per quos aſcēdimus ab imis ad ſūma. ab exterioribus ad intima. a tp̄alibus ad eterna. ſcȝ ſenſus: imaginatio: rō: intellectus: intelligentia: ⁊ apex mentis ſeu ſynderesis ſcintilla. Hos gradus habemus in nobis plantatos per naturā. deformatos p̄ culpā. reformatos p̄ grām. purgandos per iuſticiam: exercendos per ſcientiam. perficiēdos p̄ ſapientiā. Scđm enim p̄mā nature inſtitutionē creatus fuit hō habilis ad ꝯtēplationis quietem. ⁊ ideo poſuit eum deus in padiſo deliciarū. Sed auertens ſe a vero lumine ad ꝯmutabile bonū: incuruatus eſt ip̄e p̄ culpā p̄opriā ⁊ totū genus ſuū per originale pctīn: qđ dupliciter infecit humanā naturā. ſcȝ ignorātia mentē: ⁊ concupiſcentia carnem. ita ꝙ excecatus hō ⁊ incuruatus in tenebris ſedet: ⁊ celi lumen non videt. niſi ſibi ſuccurrat gratia cū iuſticia contra cōcupiſcentiā. ⁊ ſcientia cū ſapientia contra ignorantiā. qđ totū fit per ieſum chriſtum: qui factus eſt nobis a deo ſapientia ⁊ iuſticia: ⁊ ſantificatio ⁊ redemptio. Qui cum ſit dei virtus ⁊ ſapientia. ſit verbū incarnatum plenū gratie ⁊ veritatis: gratiā ⁊ veritatem fecit. gratiam ſcȝ charitatis infudit. que cum ſit de corde puro ⁊ conſcientia bona: ⁊ fide non ficta: totam animam rectificat. ſm̄ triplicem ipſius aſpectū ſup̄adictū. Scientiam veritatis edocuit ſm̄ triplicem modū theologie. ſcȝ ſymbolice: ꝓp̄rie: ⁊ myſtice: vt per ſymbolicam recte vtamur ſenſibilibus. per propriam recte intelligibilibus. per myſticam rapiamur ad ſupermentales exceſſus. Quicunqȝ ergo vult in deum aſcēdere: neceſſe eſt vt vitata culpa deformante naturam: naturales potentias ſup̄adictas exerceat: ad gratiam reformantem ⁊ hoc p̄ orationem. ad iuſticiam purificantem: ⁊ hoc

iſ conuerſatione ad ſcientiam illuminantem: et hoc in meditatione ad ſapientiam perficientem: et hoc in contemplatione. Sicut igitur ad ſapientiā nemo venit niſi per gratiam: iuſticiam et ſcientiam. ſic ad contemplationē nemo venit niſi per meditationem perſpicuā. conuerſationē ſanctam: et oratiōem deuotam. Sicut igitur gratia fundamentū eſt rectitudinis voluntatis: et illuſtrationis perſpicue rationis. ſic primo orandū eſt nobis. deinde ſancte viuendū. tertio ſpectaculis veritatis intēdendū. et intendēdo gradatim aſcendendū: quouſq; veniat ad montē excelſum: vbi videatur deus deorum in ſyon. ¶ Quoniam igitur prius eſt aſcendere q̄ deſcendere in ſcala iacob. primū gradū aſcenſionis collocemus in imo: ponēdo totum iſtum mundum ſenſibilem nobis tanq̄ ſpeculum. per quod trāſeamus ad deum opificem ſummum. vt ſimus veri hebrei tranſeuntes de egypto ad terrā patribus repromiſſam. ſimus et chriſtiani cū chriſto trāſeuntes ex hoc mūdo ad patrem ſimus et ſapientie amatores. que vocat et dicit. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me. et a generationibus meis adimplemini. A magnitudine enim ſpeciei et creature: cognoſcibiliter poterit hor̄ creator videri. Relucet autē creatoris ſumma potentia: ſapientia et beniuolentia in rebus creatis: ſm q̄ h̄ tripliciter nūciat ſenſus carnis ſenſui interiori. ¶ Senſus. n. carnis aut deſeruit intellectui rōnabiliter inueſtigāti. aut fideliter credenti. aut intellectualiter contemplanti. Contemplans conſiderat rerum exiſtentiam actualem: credens rerū decurſum habitualem. ratiocinans rerum precellentiam potentialem. ¶ Primo modo aſpectus contemplantis res in ſeipſis conſiderās: videt in eis pondus: numerū et menſuram. Pondus q̄ ad ſitum vbi inclinātur. numerum quo diſtinguuntur. et menſuram qua limitant. Ac per hoc videt in eis modum. ſpeciem: et ordinē: necnō ſubſtantiam: virtutem: et operationē: ex quibus conſurgere poteſt ſicut ex veſti-

gio ad intelligendum potentiam ſapientiam et bonitatem creatoris immenſam. ¶ Secundo modo aſpectus fidelis conſiderans hunc mundum: attendit originem: decurſum: et terminum. Nam fide credimus aptata eſſe ſecula verbo vite. ¶ Fide credimus triū ſecului tempora. ſ. nature: ſcripture: et gratie ſibi ſuccedere: et ordinatiſſime decurriſſe. Fide credimus mundum per finale iudicium terminandum fore. ¶ In primo potentiam. in ſecundo prouidentiam. in tertio iuſticiam ſummi principij aduertentes. Tertio modo aſpectus ratiocinantis inueſtigans videt quedam tantum eſſe: quedā autem tantum eſſe et viuere: quedam vero eſſe viuere et diſcernere. Et prima quidem eſſe minora. ſcda media. tertia meliora. ¶ Videt iterum quedā tm̄ eſſe corpalia: quedam partim corporalia partim ſpūalia. ex quo aduertit aliqua eſſe mere ſpūalia: tanq̄ vtriſq; meliora et digniora. Videt nihilominus quedā eſſe mutabilia et corruptibilia: vt terreſtria. quedam mutabilia et incorruptibilia: vt celeſtia. ex q̄ aduertit quedam eſſe inmutabilia et incorruptibilia. vt ſuperceleſtia. ¶ Ex his ergo viſibilibus conſurgit ad conſiderandū dei potentiam: ſapiam et bonitatē: vt entem viuētem et intelligentem: mere ſpūalem et incorruptibilem et intranſmutabilem. Hec aūt ꝯſideratio dilatat̃ ſm ſeptiformē conditionē creatura. que eſt diuine potentie: ſapientie et bonitatis teſtimoniū ſeptiforme. ¶ Si conſideretur cunctar̄ rerum origo: magnitudo: multitudo: pulcritudo: plenitudo: operatio: et ordo. Origo nāq; rerū ſm creationem: diſtinctionem: et ornatū quantū ad opera ſex dierū diuinā predicat potentiā: cuncta de nihilo producentem. ſapientiā: cuncta lucide diſtinguentem. et bonitatē cuncta largiter adornātem. ¶ Magnitudo aūt rerū ſm molē longitudinis: latitudinis et profunditatis: ſm excellentiam virtutis longe lateq; et profunde ſe extendētis. ſicut patet in diffuſione lucis ſm efficaciam operatōis intime: continue et diffuſe

eut patet in operatione ignis manifeſte indi
cat immenſitatē potentie: ſapientie ⁊ bonita-
tis trini dei. qui in cunctis creaturis per po-
tentiam: preſentiā ⁊ eſſentiaꝫ incircumſcript⁹
exiſtit. Multitudo vero rerū ſm diuerſita-
tem generalem: ſpecialē ⁊ indiuidualem: in
ſubſtantia: in forma ſeu figura ⁊ efficacia: vl
tra omnē humanā eſtimationem. manifeſte
triū predictaꝝ conditionū in deo: immenſi-
tatem inſinuat ⁊ oſtendit. ¶ Pulcritudo aūt
rerum ſm varietatē luminū: figurarū ⁊ co-
lorum. in corporibus ſimplicibus: mixtis: et
etiā complexionatis: ſicut in corpibus celeſti
bus ⁊ mineralibus: ſicut lapidibus ⁊ metal-
lis: plantis ⁊ animalibus: tria predicta euidē
ter proclamat. Plenitudo autem rerū ſm
q̄ materia eſt plena formis: ſm rationes ſē-
minales. forma eſt plena virtute: ſm actiuaꝫ
potentiam. virtus eſt plena effectibus ſꝫ ef-
ficientiā. idipſuꝫ manifeſte declarat. ¶ Ope
ratio multiplex. ſm q̄ eſt naturalis. ſm q̄ ē
artificialis. ſm q̄ eſt moralis. ſua multiplicíſ-
ſima varietate oñdit immenſitatē illius vtu-
tis: artis ⁊ bonitatis. que quidē eſt omnibus
cauſa eſſendi: rō intelligendi: ⁊ ordo viuēdi.
Ordo aūt ſm rationem durationis: ſituationis
⁊ influentie. ſ. per prius ⁊ poſterius: ſuperius
⁊ inferius: nobili⁹ ⁊ ignobili⁹. in libro crea-
ture inſinuat manifeſte primi principii pri-
matē: ſublimitatē ⁊ dignitatē quantū ad infini
tatē potentie. ¶ Ordo vero diuinaꝝ legū: p
ceptoꝝ ⁊ iudicioꝝ: in libro ſcripture immē-
ſitatē ſapientie. Ordo aūt diuinoꝝ ſacramen
toꝝ: beneficioꝝ ⁊ retributionum in corpore
eccleſie immēſitatē bonitatis. ita q̄ ipſe ordo
nos in primū ⁊ ſummū potentiſſimum ⁊ ſa
pientiſſimū ⁊ optimuꝫ euidentiſſime manu
ducit. ¶ Qui igitur tantis rerū creaturaꝝ
ſplendoribus non illuſtratur cecus eſt. q̄ tan
tis clamoribus nō euigilat ſurdus eſt qui ex
omnibus his effectibus deū nō laudat mu-
tus eſt. q̄ ex tantis indicijs primū principiuꝫ
nō aduertit ſtultus eſt. Api ergo oculos. au-
res ſpūales admoue. labia tua ſolue: ⁊ cor tu
um appone: vt in oībus creaturis deū tuum
videas. audias. laudes. diligas: ⁊ colas. ma-
gnifices ⁊ honores. ne forte ꝯtra te vniuer-
ſus orbis terrarū conſurgat. Nam ob hoc
pugnabit orbis terrarum ꝯtra inſenſatos: et
econtra ſenſatis erit materia glorie. qui ſm
prophetaꝫ poſſunt dicere. Delectaſti me do
mine in factura tua: ⁊ in operibus manuum
tuaꝝ exultabo. q̄ꝫ magnificata ſūt opera tua
domine. omnia in ſapientia feciſti. impleta ē
terra poſſeſſione tua.

¶ De ſpeculatione dei in veſtigijs ſuis in
hoc ſenſibili mūdo.

Capitulū. ij. ⁊ gradus ſecūdus.

s Ed quoniam circa ſpeculū ſenſi
bilium nō ſolū ꝯtingit ꝯtemplari deū
p ipſa tanq̄ꝫ p veſtigia: verūetiā
in ipſis inquantū eſt i eis p eſſen
tiā potentiā ⁊ preſentiam. Et hoc conſidera
re eſt altius q̄ꝫ precedens. ideo huiuſmodi
conſideratio ſecundū tenet locum: tanq̄ꝫ ſe-
cundus ꝯtemplationis gradus. quo debem⁹
manuduci ad contemplandū deum in cun-
ctis creaturis: que ad mentē noſtrā intrant p
corporales ſenſus. ¶ Notandū igitur q̄ iſte
mundus ſenſibilis: qui dicit macrocoſmus:
intrat ad animam noſtrā. que dicitur micro
coſmus. ideſt minor mūd⁹ per portas quīqꝫ
ſenſuum: ſm ipſoꝝ ſenſibilium apprehenſio
nē: oblectationē ⁊ diiudicationē. ¶ Quod
patet ſic. Nam in eo quedam ſunt generan-
tia. quedam generata. quedam regentia hec
⁊ illa. Generantia ſunt corpa ſimplicia. ſcili-
cet corpa celeſtia: ⁊ quattuor elementa. Naꝫ
ex elementis p virtutē lucis recōciliātis con
trarietatē elementoꝝ in mixtis: habent ge-
nerari ⁊ produci quecūqꝫ generantur ⁊ pdu
cuntur p operationem virtutis naturalis.
¶ Generata vero ſunt corpa ex elemētis ꝯpo
ſita. ſicut mineralia: vegetabilia: ſenſibilia: et
corpa humana. Regētia hec ⁊ illa ſunt ſub
ſtantie ſpūales. ſiue omnino ꝯiuncte. vt ſunt
anime brutales. ſiue coniuncte ſeparabiliter
vt ſunt anime rationales. ſiue omnino ſe-

paratē:vt ſunt ſpiritus celeſtes:quos ph̄i in
telligentias.nos angelos appellamus. Qui
bus ſm ph̄os cōpetit mouere corpa celeſtia.
& per hoc eis attribuitur adminiſtratio vni
uerſi:ſuſcipiendo a prima cauſa ſcꝫ deo vir-
tutis influentiam:quā refundunt ſm opus
gubernationis:qḋ reſpicit reꝝ conſiſtentiaꝫ
naturalē. Scḋm aūt theologos attribuit̄ eiſ
dem regimen vniuerſi ſm imperiū ſummi
dei:quantum ad opera repationis.ſm q̄ di
cunt̄ adminiſtratorij ſpūs.miſſi ꝓpter eos q
hereditatē capiūt ſalutis. Homo igit̄ qui di
citur minor mūdus habꝫ qnqꝫ ſenſus quaſi
quinqꝫ portas:p quas intrat cognitio oim̄ q̄
ſunt in mūdo ſenſibili in aīam ipſius. Nā p
viſum intrant corpa ſublimia ⁊ luminoſa: ⁊
cetera colorata.p tactum vero corpa ſolida ⁊
terreſtria.per tres vero ſenſus intmedios i
trant intermedia.vt per guſtū aquea.per au
ditum aerea.per odoratū vaporabilia.q̄ ali
quid habent de natura humida. aliquid de
aerea.aliquid de ignea ſeu calida.ſicut patet
in fumo ex aromatibus reſoluto. Intrāt igi
tur per has portas tā corpa ſimplicia q̄ꝫ etiā
cōpoſita ex his mixta. Quia vero ſenſu pci
pimus nō ſolum hec ſenſibilia particularia.
que ſunt lux:ſonus:odor:ſapor:⁊ quattuor p̄
marie qualitates quas apprehendit tactus.
verūetiam ſenſibilia cōmunia.que ſunt:nu-
merus:magnitudo:figura:quies ⁊ motus.⁊
omne qḋ mouetur ab alio mouetur.⁊ q̇daꝫ
ſeipſis mouent̄ ⁊ quieſcunt.vt ſunt animalia
dum per hoc quinqꝫ ſenſus motus corpoꝝ
apprehendimus:manuducimur ad cognitōꝫ
motoꝝ ſpiritualiū:tanq̄ꝫ per effectū in co-
gnitionem cauſaꝝ. ❡ Intrat igitur quantuꝫ
ad tria reꝝ genera in aīam humanā p app-
henſionē totus mundus iſte ſenſibilis. Hec
aūt ſenſibilia exteriora ſunt.que primo ingre
diuntur in animā per portas quinqꝫ ſenſuū.
Intrant inq̄ꝫ nō per ſubſtātias ſuas ſed p ſi
militudines ſuas:primo generatas in medio
⁊ de medio in organo exteriori.⁊ de organo
exteriori in interiori.⁊ de hoc in potentiam
apprehenſiuam. Et ſic generatio ſpeciei in
medio.⁊ de medio in organo.⁊ ꝯuerſio po-
tentie apphenſiue ſup illā:facit apprehēſiōeꝫ
omniū eorum que exterius aīa apprehēdit.
Ad hāc apprehēſionē ſi ſit rei ꝯueniētia ſeq
tur oblectatio. Delectat̄ aūt ſenſus in obie-
cto per ſimilitudinē abſtractā pceptor vel ra
tione ſpecioſitatis:ſicut in viſu.vel rōne ſua-
uitatis.ſicut in odoratu ⁊ auditu.vel ratiōe
ſalubritatis:ſicut in guſtu ⁊ tactu appropria
te loquendo. Omnis aūt delectatio eſt ratio
ne ꝓportionalitatis. Sed qm̄ ſpēs tenet rō-
nem forme:virtutis ⁊ operatiōis:ſm q̄ ha
bet reſpectum ad principiū a quo manat.ad
mediū ad qḋ tranſit.ad terminū in queꝫ a-
git. ideo ꝓportionalitas aut attenditur in ſi
militudine ſm q̄ tenet rōnem ſpeciei ſeu for
me:⁊ ſic dicit̄ ſpecioſitas. quia pulcritudo
nihil aliud eſt q̄ꝫ equalitas numeroſa.ſeu q̄-
dam partiū ſitus cū coloris ſuauitate. Aut at
tenditur ꝓportionalitas inquantū tenet ra-
tionem potentie ſeu virtutis.⁊ ſic dicitur ſua
uitas.cū virtus agens non improportionali
ter excedit recipientē.quia ſenſus triſtatur i
extremis:⁊ in medijs delectatur. Aut atten-
ditur ꝓportionalitas inquantū tenet rōnem
efficacie ⁊ impreſſionis.que tunc eſt propor
tionalis quando agens imprimendo replet i
digentiam patientis.⁊ hoc eſt ſaluare ⁊ nu-
trire ipſum.qḋ maxime apparet in guſtu et
tactu. Et ſic apparet quō per oblectationem
delectabilia exteriora:ſm triplicē rationē de
lectandi:per ſimilitudinem intrant in aīam.
❡ Poſt hanc apprehēſionē ⁊ delectationē
fit diiudicatio.qua nō ſolum diiudicat̄ vtrū
hoc ſit album vel nigrū.quia hoc ſolū ptinet
ad ſenſum exteriorem.non ſolum vtrum ſit
ſalubre vel nociuū.quia hoc ptinet ad ſenſuꝫ
interiorem.verūetiam quia diiudicatur ⁊ ra
tio reddit̄ quare hoc delectat. Et ī hoc actu
inquiritur de ratione delectationis:que i ſen
ſu percipitur ab obiecto. Hoc eſt autem cuꝫ
querit̄ ratio pulchri ſuauis ⁊ ſalubris:⁊ inue
nitur.quia hec eſt ꝓportio equalitatis. Nō

autem equalitatis eſt eadē in magnis ⁊ par
uis:nec extendit dimēſionibus:nec ſuccedit
ſeu tranſit cū tranſeūtibus.nec motib⁹ altera
tur. Abſtrahit igit a loco:tempore ⁊ motu.
ac ꝑ hoc eſt incōmutabilis:incircūſcriptibil:
interminabilis:⁊ oīno ſpūalis. Dijudicatio
igitur eſt actio.que ſpēm ſenſibilem ſenſibi-
liter per ſenſus acceptā:introire facit:depu
rando ⁊ abſtrahēdo in potentiā intellectiuā
Et ſic totus iſte mūdus introire habet in ani
mā humanā per portas quinqꝫ ſenſuū:ſm
tres operationes ꝑdictas. Hec aūt oīa ſunt ve
ſtigia:in quibus ſpeculari poſſumus deum
noſtrū. Nam cū ſpecies apphenſa ſit ſimi
litudo in medio genita.⁊ deinde ipſi organo
impreſſa:⁊ per illam impſſionē in ſuū prin-
cipiū.ſcilicet in obiectū cognoſcendū dedu-
cat.manifeſte inſinuat ꝙ illa lux eterna gene
rat ex ſe ſimilitudinē ſeu ſplēdorem coequa
lem:cōſubſtātialem:⁊ coeternalē. Et ꝙ ille
qui eſt imago ⁊ ſimilitudo inuiſibilis dei:et
ſplendor glorie:⁊ figura ſubſtantie eius:qui
vbiqꝫ eſt per primā ſui generationē.ſicut ob
iectum in toto medio ſuā generat ſimilitudi-
nem.per gratiā vnionis vnitur:ſicut ſpecies
corpali organo:indiuiduo rōnalis nature.vt
per illā vnionē nos reduceret ad patrem:ſi
cut ad fontale principiū ⁊ obiectū. Si ergo
omnia cognoſcibilia habent ſui ſpeciem ge-
nerare:manifeſte proclamant ꝙ in illis tāqꝫ
in ſpeculis videri poteſt eterna generatio ver
bi imaginis ⁊ filij.a deo patre eternaliter
emanantis. Scdm hūc modū ſpecies dele-
ctans vt ſpecioſa:ſuauis:⁊ ſalubris inſinuat:
ꝙ in illa prima ſpecie eſt prima ſpecioſitas:
ſuauitas ⁊ ſalubritas.in qua eſt ſumma pro-
portionalitas ⁊ equalitas ad generantem.in
qua eſt virtus:nō per phantaſma ſed ꝑ veri
tatem apphēſionis illabens.in qua eſt im-
preſſio ſaluans:⁊ ſufficiens.⁊ omnē appre-
hendētis indigentiā expellens. Si ergo dele
ctatio eſt coniunctio cōuenientis cū conueniē-
te.⁊ ſolius dei ſimilitudo tenet rationē ſumme
ſpecioſi:ſuauis.⁊ ſalubris:⁊ vnitur ſm veri
tatem ⁊ ſm intimitatē ⁊ ſm plenitudinem
replentē oēm capacitatem:manifeſte videri
poteſt ꝙ in ſolo deo eſt fontalis ⁊ vera dele
ctatio:⁊ ꝙ ad ipſam ex omnibus delectatio-
nibus manuducimur requirendam. Excellē
tiori aūt modo ⁊ immediatiori dijudicatio du-
cit nos in eternam veritatem:certius ſpecu-
landam. Si enim dijudicatio habet fieri ꝑ
rationem abſtrahentē a loco:tempore ⁊ mu
tabilitate.ac per hoc a dimēſione:ſucceſſio-
ne ⁊ tranſmutatione.per rationē immutabilē
⁊ incircūſcriptibilē:⁊ īterminabilē.nihil au-
tem eſt omnino immutabile:incircunſcriptibi
le:⁊ interminabile.niſi quod eſt eternuꝫ.om
ne autem qđ eſt eternum eſt deus vel ī deo.
Si ergo omnia quecunqꝫ certius dijudica-
mus:per huiuſmodi rationē dijudicamus.
patet ꝙ ipſe eſt ratio omniū rerū:⁊ regula ī
fallibilis.⁊ lux veritatis:in qua cuncta relu-
cent infallibiliter:indelebiliter:indubitanter:
irrefragabiliter:indijudicabiliter:incommu
tabiliter:incoartabiliter:interminabiliter:in
diuiſibiliter:⁊ intellectualiter. Et ideo leges
ille per quas iudicamus certitudinaliter.de
omnibus ſenſibilibus in noſtram conſidera
tionem venientibus:cum ſint infallibiles ⁊ ī
dubitabiles intellectui apprehendētis:ſint in
delebiles a memoria recolentis:tanqꝫ ſemp
preſentes.ſint irrefragabiles:⁊ indijudicabi
les intellectui iudicantis.quia:vt dicit aug⁹:
nullus de eis iudicat:ſed per illas. neceſſe ē
eas eſſe incommutabiles ⁊ incorruptibiles
tanqꝫ neceſſarias.incoartabiles tanqꝫ incir
cunſcriptas.interminabiles tanqꝫ eternas.
ac per hoc indiuiſibiles tanqꝫ intellectuales
⁊ incorporeas.non factas ſed increatas:eter
naliter exiſtentes in arte eterna.a qua ⁊ per
quam ⁊ ſm quam formantur ſpecioſa om-
nia vel formoſa.⁊ ideo nec certitudinaliter
iudicari poſſunt.niſi per illam que non tan-
tum fuit forma cuncta producens.verumetiā
cuncta conſeruans ⁊ diſtinguens. tanqꝫ ens ī
omnibus formam tenens:⁊ regula dirigēs.
⁊ per quam dijudicat mens noſtra cuncta q̄

per ſenſus intrant in ipſam. Hec autem ſpeculatio dilatatur ſm ꝯſideratioñ ſeptẽ differentiarũ numerorũ quibus quaſi ſeptem gradibus conſcendit in deũ. ſm ꝙ oſtendit Aug⁹ in libro de vera religione. ⁊ in ſexto muſice. vbi aſſignat differentias numerorũ gradatim conſcendentiũ: ab his ſenſibilib⁹ vſq3 ad opificem omniũ. vt in omnibus videatur deus. Dicit enim numeros eſſe i corporibus: ⁊ maxime in ſonis: ⁊ vocib⁹: ⁊ hos vocat ſonantes. Numeros ab his abſtractos: ⁊ in ſenſibus noſtris receptos: ⁊ hos vocat occurſores. Numeros ab anima procedentes in corpus. ſicut patet in geſticulationibus ⁊ ſaltationibus. ⁊ hos vocat progreſſores. Numeros in delectationibus ſenſuũ ex conuerſione intentionis ſuper ſpeciẽ receptam. ⁊ hos vocat ſenſuales. Numeros in memoria retentos: ⁊ hos vocat memoriales. Numeros etiam per quos de his omnib⁹ iudicamus. ⁊ hos vocat iudiciales. qui vt dictum eſt neceſſario ſunt ſupra mentẽ tanq̃ infallibiles ⁊ indiiudicabiles. Ab his autẽ imprimuntur mentibus noſtris numeri artificiales. quos tamen inter illos gradus nõ enumerat Auguſtinus. quia connexi ſunt iudicialibus. ⁊ ab his manant numeri progreſſores. ex quibus creantur numeroſe forme artificiatorũ. vt a ſummis per media ordinatus fiat deſcenſus ad infima. Ad hos etiam gradatim aſcendamus a numeris ſonãtib⁹. mediantibus occurſoribus ſenſualib⁹ ⁊ memorialibus. Cum ergo omnia ſint pulcra ⁊ quodãmodo delectabilia. ⁊ pulcritudo ⁊ delectatio nõ ſint abſq3 ꝓportione. ⁊ ꝓportio primo ſit in numeris. neceſſe eſt omnia eſſe numeroſa. ac per hoc numerus eſt precipuũ in animo conditoris exemplar: ⁊ in rebus ꝓcipuũ veſtigiũ ducens in ſapientiã. Qđ cũ ſit omnibus euidentiſſimũ ⁊ deo ꝓpinquiſſimũ. ꝓpinquiſſime quaſi p ſeptẽ differẽtias ducit in deũ. ⁊ facit eum cognoſci in cunctis corporalibus ⁊ ſenſibilibus. dũq3 numeroſa apprehendimus: in numeroſis proportionibus delectamur. ⁊ p numeroſarũ ꝓportionum leges irrefragabiliter iudicamus. Ex his duobus gradibus primis: quibus manuducimur ad ſpeculandũ deũ in veſtigiis: quaſi ad modũ duarũ alarũ deſcendentium circa pedes colligere poſſumus: ꝙ omnes creature iſtius ſenſibilis mundi: animũ ꝯtemplantis ⁊ ſapientis ducũt in deũ eternum: p eo ꝙ illius primi principii: potẽtiſſimi: ſapiẽtiſſimi: ⁊ optimi: illius eterne originis: lucis ⁊ plenitudinis. illius inquã artis efficientis: exemplantis ⁊ ordinãtis. ſunt vmbre reſonãtie ⁊ picture. ſunt veſtigia: ſimulacra ⁊ ſpectacula: nobis ad contuendũ deum propoſita: ⁊ ſigna diuinitus data. Que inquã ſunt ſicut exemplaria vel potius exempla. propoſita mentibus adhuc rudibus ⁊ ſenſibilib⁹. vt per ſenſibilia que vident tranſferant ad intelligibilia que nõ vident. tanq̃ per ſigna ad ſignata. Significant autem huiuſmodi creature: huius mundi ſenſibilis inuiſibilia dei partim. quia deus eſt omnis creature origo: exemplar ⁊ finis ⁊ omnis effectus eſt ſignum cauſe: ⁊ exemplatum exemplaris. et via finis ad quem ducit. partim ex propria repreſentatõe. partim ex ꝓphetica prefiguratione. partim ex angelica operatiõe. partim ex ſupadditã inſtitutõe. Omnis enim creatura ex natura eſt illius eterne ſapiẽtie quedã effigies ⁊ ſimilitudo. ſed ſpẽaliter illa que in libro ſcripture per ſpiritũ ꝓphetie aſſumpta eſt ad ſpiritualiũ prefigurationẽ. Speciali⁹ autem ille creature: in quarum effigie deus angelico miniſterio voluit apparere. Specialiſſime vero ea: quam voluit ad ſignandum inſtituere: que tenet non ſolũ rationem ſigni ſm nomen cõmune. verũetiã ſacramẽti. Ex quibus omnibus colligitur: ꝙ inuiſibilia dei a creatura mundi per ea que facta ſunt intellecta cõſpiciuntur. ita ꝙ qui nolunt iſta aduertere: ⁊ deũ in his omnibus cognoſcere: benedicere ⁊ amare inexcuſabiles ſunt dũ nolunt tranſferri de tenebris in admirabile lumen dei. Deo autem gratias p ieſum

chriſtuꝫ dominū noſtrū: qui nos de tenebris tranſtulit in admirabile lumen ſuū. duꝫ per hec lumina exterius data: ad ſpeculum mentis noſtre. in quo relucent diuina: diſponimur ad reintrandū.

¶ De ſpeculatōe dei per ſuā imaginē: naturalibus potentijs inſignitā.

Capitulū. iij. ⁊ gradus tertius.

Q Uoniā aūt duo gradus ꝓdicti: ducendo nos in deū per veſtigia ſua: per que in cunctis creaturis relucet: manuduxerunt nos vſqꝫ ad hoc: vt ad nos reintraremus. in mentem ſcilicet noſtrā. in qua diuina relucet imagō. Hinc eſt ꝙ iā tertio loco ad noſmetipſos intrantes: ⁊ quaſi atriū forinſecus relinquentes. in ſanctis ſcilicet anterio: i parte tabernaculi: conari debemus per ſpeculum videre deū: vbi ad modū candelabri relucet lux veritatis in facie noſtre mentis. in qua. ſcilicet reſplendet imago beatiſſime trinitatis. Intra igitur ad te: ⁊ vide quō mens tua amat feruentiſſime ſemetipſam. nec ſe poſſet amare niſi ſe noſceret. nec ſe noſceret niſi ſui meminiſſet. quia nihil capimus per intelligētiaꝫ quod nō ſit p:eſens apud noſtrā memoriaꝫ. Et ex hoc aduertis aīam tuā triplicēꝫ habere potentiam: nō oculo carnis: ſed oculo rationis. Cōſidera igitur harū triū potētiaruꝫ operatōes ⁊ habitudines. ⁊ videre poteris deū per te tanq̄ꝫ per imaginē. quod eſt videre per ſpeculum ⁊ in enigmate. ¶ Operatio aūt memorie eſt retētio ⁊ rep:eſentatio: nō ſolū p:eſentiū ⁊ co:po:aliū ⁊ tēpo:aliū. verū etiā ſuccedentiū: ſimpliciū ⁊ ſempiternaliū. Retinet nāqꝫ memoria p:eterita per reco:dationē. p:eſentia per ſuſceptionē: futura per p:euiſionē. Retinet etiā ſimplicia. ſicut principia quantitatū continuarū ⁊ diſcretarū vt punctū inſtans ⁊ vnitatē: ſine quibus impoſſibile eſt meminiſſe aut cogitare ea que p:incipiantur per hec. Retinet nihilomin⁹ ſcientiaꝝ p:incipia ⁊ dignitates. vt ſempiternalia ⁊ ſempiternaliter. quia nunq̄ꝫ pōt ſic obliuiſci eo:ū dūmodo ratione vtat: quin ea audita app:obet. ⁊ eis aſſentiat: nō tanq̄ꝫ de nouo percipiat: ſed tanq̄ꝫ ſibi innata ⁊ familiaria recogneſcat. Sicut patet: ſi ꝓponatur alicui: de quolibet affirmatio vel negatio vel omne totū eſt maius ſua parte. vel quecunqꝫ alia dignitas: cui nō eſt contradicere ex admittitur ratione. Ex p:ima igitur retentione actuali omniū tempo:aliū: p:eteritorum ſcilicet p:eſentiū ⁊ futuroꝝ. habꝫ effigiē eternitatis. cuius p:eſens indiuiſibile: ad oia tempo:a ſe extendit. Ex ſcđa apparet ꝙ ipſa non ſolū habet ab exterio:i formari ꝑ phātaſmata. verūetiam a ſuperio:i ſuſcipiendo ⁊ in ſe habendo ſimplices fo:mas: que nō poſſunt introire per po:tas ſenſuū ⁊ ſenſibiliū phantaſias. Ex tertia habetur: ꝙ ipſa habet lucem incōmutabilē ſibi p:eſentē: in qua meminit: īuariabiliū veritatū. Et ſic per operationes memo:ie apparet ꝙ ipſa anima ē imago dei ⁊ ſimilitudo: adeo ſibi p:eſens ⁊ eū habens p:eſentē ꝙ eū actu capit. ⁊ per potentiā capax eius eſt: ⁊ particeps eſſe pōt. ¶ Operatio aūt virtutis intellectiue eſt ī perceptiōe intellectus terminoꝝ: p:opoſitionū: ⁊ illationuꝫ. Capit autem intellectus termino:ū ſignificata. cum comp:ehendit quid eſt vnumquodqꝫ ꝑ diffinitionē. Sed diffinitio habet fieri per ſuperio:a. ⁊ illa per ſupio:a diffiniri habent: vſqꝫquo veniatur ad ſuperna et generaliſſima. quibus igno:atis nō poſſunt intelligi diffinitiue infério:a. Niſi igitur cognoſcatur quid eſt ens per ſe. nō poteſt plene ſciri diffinitio alicuius ſpecialis ſubſtantie. Nec ens ꝑ ſe cognoſci poteſt: niſi cognoſcatur cum ſuis conditiōibus. que ſunt vnū: verū: bonū. Ens aūt cū poſſit cogitari vt diminutū. ⁊ vt completum. vt imperfectum ⁊ vt ꝑfectum. vt ens in potentia: ⁊ vt ens ī actu. vt ens ſm quid: ⁊ vt ens ſimpliciter. vt ens in parte: ⁊ vt ens totaliter. vt ens tranſiens: ⁊ vt ens manēs. vt ens per aliud: ⁊ vt ens per ſe. vt ens ꝑmixtū non enti: ⁊ vt ens

purum. vt ens dependens: ⁊ vt ens absolu-
tum. vt ens posterius: ⁊ vt ens prius. vt ens
mutabile: ⁊ vt ens immutabile. vt ens simplex
⁊ vt ens compositum. cum priuationes ⁊ de
fectus nullatenus possint cognosci nisi per
positiones: non venit intellect⁹ noster vt ple
ne resoluens intellectum alicuius entiu3 crea
torum: nisi iuuetur ab intellectu entis purissi
mi: actualissimi: completissimi: ⁊ absoluti. qd
est simpliciter ⁊ eternum ens: in quo sunt ra
tiones omnium in sua puritate. Quomodo
autem sciret intellect⁹ hoc esse ens defectiuū
⁊ incompletum. si nullā haberet cognitionē
entis absq3 omni defectu. Et sic de alijs cdi
tionibus plibatis. Intellectu3 aūt propositio
num: tūc intellect⁹ noster dicit veraciter cō-
prehendere: cum certitudinaliter scit illas ve
ras esse. ⁊ hoc scire est scire. qm̄ non potest
falli in illa comprehensione. Scit enī q̄ veri
tas illa nō potest aliter se habere. Scit igitur
veritatem illā esse incōmutabilē. S3 cū ipsa
mens nostra sit cōmutabilis: illam sic incom
mutabiliter relucentem non potest videre: ni
si per aliquā aliam lucē omnino incōmutabi
liter radiantem. quā3 impossibile est esse cre
aturam mutabilē. Scit igit in illa luce que il
luminat omnem hominē venientem in hunc
mundum. que est lux vera ⁊ verbum in prin
cipio apud deum. Intellectū aute3 illationis
tunc veraciter percipit noster intellectus: qn̄
videt q̄ conclusio necessario sequitur ex pre
missis. quod nō solū videt in terminis neces
sarijs. verumetiā in contingentibus: vt si hō
currit homo mouet. Hanc autem necessari
am habitudinem pcipit non solū in reb⁹ en-
tibus: verumetiā in non entibus. Sicut eni3
homine existēte sequitur. si homo currit: ho
mo mouetur. sic etiam non existente. Hui⁹
igitur illationis necessitas nō venit ab existē
tia rei in materia. q2 ē contingens. nec ab exi
stentia rei in anima. quia tūc esset fictio si nō
esset in re. Venit igitur ab exemplaritate in
arte eterna: sm̄ quam res habent aptitudinē
⁊ habitudinem ad inuicem ad illius eterne
artis representationem. Ois igitur vt dicit
Augustin⁹ in libro de vera religione: vere
ratiocinantis lumen accendit ab illa verita-
te: ⁊ ad ipsam nitit puenire. Ex quo manife
ste apparet. q̄ coniunctus sit intellect⁹ noster
ipsi eterne veritati. dum nisi per illā docentē
nihil verum potest certitudinaliter cape. Vi
dere igit per te potes veritatē: que te docet:
si te cōcupiscentie ⁊ phantasmata non impe-
diant. ⁊ se tanq̄3 nubes inter te. ⁊ veritatis ra
dium non interponant. ¶ Operatio autem
virtutis electiue attenditur in consilio: iudi-
cio ⁊ desiderio. Consilium autem est in inq
rendo quid sit melius: hoc an illud. Sed me
lius non dicit nisi per accessum ad optimum.
Accessus autem est sm̄ maiorem assimilatio
nem. Nullus igit scit vtrum hoc sit illo meli
us. nisi sciat illud optimo magis assimilari.
Nullus autem scit aliquid alij magis assimi
lari: nisi illud cognoscat. Non enim scio hūc
similem esse petro: nisi sciam vel cognoscam
petrum. Omni igitur consilianti necessario
est impressa noticia summi boni. Judicium
autem certum de cōsiliabilib⁹: est p aliquam
legem. Nullus autem certitudinaliter iudi-
cat per legem. nisi certus sit q̄ illa lex recta
sit. ⁊ q̄ ipsam iudicare non debet. Sed mēs
nostra iudicat de seipsa. Cum igit nō possit
iudicare de lege per quam iudicat. lex illa su
perior est mente nostra. ⁊ per hāc iudicat h3
quod sibi impressa est. Nihil autem est supe
rius mente humana: nisi solus ille qui fecit
eam. Igitur in iudicando deliberatiua no-
stra pertingit ad diuinas leges: si plena reso
lutione dissoluat. Desiderium aūt principa-
ter est ipsius quod maxiē ipsu3 mouet. Ma
xime autem mouet quod maxime amatur.
Maxime autem amat: esse beatu3. Beatū
autem esse non habet: nisi per optimū ⁊ finē
vltimum. Nihil autem appetit humanū desi
derium nisi summū bonum. vel quod est ad
illud. vel quod habet aliquā effigiem illius.
Tanta est vis summi boni: vt nihil nisi per il
lius desideriū a creatura possit amari. Nec

tunc fallitur ⁊ errat. cū effigiem ⁊ ſimulacrū
pro veritate acceptat. ¶ Uide ergo quomo
do anima deo ē propinqua. ⁊ quomodo me
moria in eternitatem: intelligentia in verita
tem. electiua potentia ducit in bonitatē ſum
mam ſm operationes ſuas. Scđm autē ha
rum potentiarum ordinem: originē ⁊ habi
tudinē ducit in ipſam beatiſſimā trinitatem.
Nam ex memoria oritur intelligentia. vt ipſi
us proles. quia tunc intelligim⁹ cū ſimilitu
do que eſt in memoria reſultat in acie intelle
ctus. que nihil aliud eſt ꝗ̃ verbum. Ex me
moria ⁊ intelligentia ſpiratur amor. tanꝗ̃ ne
xus amborum. Hec tria. ſ. mens generans:
verbum ⁊ amor: ſunt in anima: quo ad me
moriam: intelligentiā ⁊ voluntatem. que ſunt
conſubſtantiales: coequales ⁊ coeue: ſe inui
cem circūincedentes. Si igitur deus perfe
ctus eſt ſpiritus: habet memoriam: intelligen
tiam ⁊ voluntatem. habet ⁊ verbū genitū. ⁊
amorem ſpiratū. qui neceſſario diſtinguunt.
cum vnus ab altero producat. nō eſſentiali
ter. nō accidētaliter. ergo pſonaliter. Dū igi
tur mens ſeipſam cōſiderat p ſe tanꝗ̃ p ſpe
culū: cōſurgit ad ſpeculandā trinitatē beatā
patris: verbi ⁊ amoris. trium perſonaꝝ coe
ternarū: coequaliū ⁊ conſubſtantialiū. ita ꝙ
quilibet triū in quolibet eſt aliorū. vnus tamē
non eſt alius: ſed ipſi tres ſunt vnus deus.
¶ Ad hanc ſpeculationem quā hab; anima
de ſuo principio trino ⁊ vno: per trinitatē ſu
arum potentiarum: per quas eſt imago dei.
iuuat per lumina ſcientiaꝝ que ipſa; pficiūt
⁊ informant: ⁊ trinitatem beatiſſimam tripli
citer repreſentant. Nam oīs phīa aut eſt na
turalis: aut rationalis: aut moralis. Prima
agit de cauſa eſſendi. ⁊ ideo ducit in poten
tiam patris. ſcđa de rōne intelligendi. ⁊ iō du
cit in ſapientiā verbi. tertia de ordine viuen
di. ⁊ ideo ducit in bonitatē ſpūſſancti. Rur
ſus prima diuidit in metaphyſicā: mathe
maticam ⁊ phyſicā. Et prima eſt de reꝝ eſſen
tijs. ſcđa de numeris ⁊ figuris. tertia de na
turis: virtutibus: ⁊ opationibus diffuſiuis.
Et ideo prima in primū principiū patrē. ſecū
da in ei⁹ imaginem filiū. tertia ducit in ſpiri
tusſancti donum. Scđa diuidit in grammā
ticam. que facit potentes ad exprimendum.
logicam: que facit perſpicaces ad arguendū
rhetoricā: que facit habiles ad perſuadendū
ſiue monendū. Et hec ſimiliter inſinuat my
ſterium beatiſſime trinitatis. Tertia diuidi
tur in monaſticam. iconomicam: ⁊ polyticā.
Et prima inſinuat primi principij innaſcibili
tatem. ſcđa filij familiaritatem. tertia ſpiritus
ſancti liberalitatem. Omnes autē iſte ſciētie
habent regulas certas ⁊ infallibiles: tanꝗ̃
lumina ⁊ radios deſcendentes a lege eterna
in mentem noſtrā. Et ideo mens noſtra tan
tis ſplendoribus irradiata ⁊ ſuperfuſa: niſi
ſit ceca: manuduci poteſt per ſeipſam ad con
templandam illā lucem eternā. Huius autē
lucis irradiatio ⁊ conſideratio ſapiētes ſuſpē
dit in admirationē. ⁊ econtra inſipiētes qui
non credunt vt intelligant: ducit in perturba
tionem. vt impleatur illud propheticū. Illu
minans tu mirabiliter a montibus eternis:
turbati ſunt omnes inſipientes corde.

## ¶ De ſpeculatione dei in ſua imagine donis gratuitis reformata.

### Capitulum iiij. ⁊ gradus quart⁹.

ſ Ed quoniam non ſolum per nos
tranſeundo: verūetiam in nobis
contingit contemplari primū prin
cipium. ⁊ hoc maius eſt ꝗ̃ pre
cedens. ideo hic modus conſiderandi quar
tū obtinet contēplationis gradum. Mirū
autē videtur: cū oſtenſum ſit ꝙ deus ita pro
pinquus ſit mentibus noſtris: ꝙ tam pauco
rum eſt in ſeipſis primū principium ſpecula
ri. Sed ratio eſt in promptu. quia mens huma
na ſollicitudinibus diſtracta non intrat ad ſe
per memoriā: phantaſmatib⁹ obnubilata nō
redit ad ſe per intelligentiam: concupiſcen
tijs illecta: nequaꝗ̃ reuertitur ad ſeipſam p
deſiderium ſuauitatis interne ⁊ letitie ſpiri

tualis. Ideo totaliter in his ſenſibilibus ia-
cens: non poteſt ad ſe tanq̃ ad dei imaginem
reintrare. Et quoniam vbi quis ceciderit: ne
ceſſe habet ibidem recumbere. niſi apponat
quis ⁊ adijciat vt reſurgat. non potuit ani-
ma noſtra perfecte ab his ſenſibilibus rele-
uari ad contuitum ſui: ⁊ eterne veritatis in
ſeipſa. niſi veritas aſſumpta forma humana
in chriſto: fieret ſibi ſcala reparans priorem
ſcalam: que fracta fuerat in adam. Unde q̃n
tumcunq̃ ſit illuminatus quis lumine natu-
re ⁊ ſcientie acquiſite: non poteſt intrare in ſe
vt in ſeipſo delectetur in domino: niſi mediã
te chriſto: qui dicit. Ego ſum oſtium. per me
ſi quis introierit ſaluabitur: ⁊ ingredietur ⁊
egredietur: ⁊ paſcua inueniet. Ad hoc autem
oſtiũ non appropinquamus niſi in ipſum cre
damus: ſperemus ⁊ amemus. Neceſſe ẽ igi
tur ſi reintrare volumus ad fruitionem veri
tatis: tanq̃ ad paradiſum: q̃ ingrediamur ꝑ
fidem: ſpem ⁊ charitatem mediatoris dei ⁊
hominũ ieſu chriſti. qui eſt tanq̃ lignum vite
in medio ꝑadiſi. Superueſtiẽda eſt igit̃ ima
go mentis noſtre tribus virtutibꝰ theologi-
cis: quibus anima purificatur: illuminat̃ ⁊ ꝑ
ficitur. ⁊ ſic imago reformat̃: reficit̃: ⁊ ꝯfor-
mis ſuperne hieruſalem efficit̃. ⁊ pars eccle
ſie militantis: que eſt ꝓles ſm̃ ap̃lm hieruſa
lem celeſtis. Ait enim. Illa que ſurſum eſt hie
ruſalẽ libera eſt: que eſt mater nr̃a. Aĩa igit̃
credens: ſperans ⁊ amans ieſum chriſtũ: qui
eſt verbum patris incarnatũ: increatum: ⁊ in
ſpiratũ. ſ. via: veritas: ⁊ vita. dum per fidem
credit in chriſtum: tanq̃ in verbũ increatũ:
quod eſt verbũ ⁊ ſplendor patris: recuperat
ſpiritualem auditũ ⁊ viſum. auditũ ad ſuſci-
piendũ chriſti ſermones. viſum ad conſide-
randũ ipſius lucis ſplendores. Dum aũt ſpe
ſuſpirat ad ſuſcipiendum verbũ inſpiratum.
per deſiderium ⁊ affectũ recuꝑat ſpiritualẽ
olfactũ. Dũ charitate cõplectit̃ verbũ incar
natum. vt ſuſcipiens ab ipſo delectationem. ⁊
vt tranſiens in illud per extaticũ amorẽ. re-
cuperat guſtũ ⁊ tactũ. Quibus ſenſibus re-
cuperatis: dum ſponſum ſuũ videt ⁊ audit:
odorat̃ ⁊ guſtat ⁊ amplexat̃. decãtare poteſt
tanq̃ ſponſa cantici canticorum. q̃d factum
fuit ad exercitium cõtemplationis ſm̃ hunc
quartũ gradũ. quẽ nemo capit niſi qui acci-
pit. quia magis eſt in experientia affectuali:
q̃ in conſideratione rationali. In hoc nam-
q̃ gradu recuperatis ſenſibus interioribus
ad videndũ ſumme pulcrũ. ad audiẽdũ ſum
me armoniacũ. ad odorandũ ſumme odori-
ferum. ad deguſtandũ ſumme ſuaue. ad ap-
prehendendũ ſumme delectabile. diſponitur
aĩa ad mentales exceſſus. ſ. per deuotionem:
ammirationẽ: exultationem: ſm̃ illas tres ex
clamationes que fiunt in canticis canticorũ.
Quarũ prima fit per ſuperabũdantiã deuo
tionis. per quam fit anima ſicut virgula fumi
ex aromatibus mirrhe ⁊ thuris. Scd̃a per
excellentiã admirationis: ꝑ quam fit aĩa ſi-
cut aurora: luna ⁊ ſol. ſm̃ proceſſum illumi-
nationũ ſuſpendentium animã ad ammiran
dũ ſponſum cõſideratũ. Tertia per ſupabũ-
dantiã exultationis. per quam fit aĩa ſuauiſſi
me delectationis delicijs affluens: innixa to
taliter ſuper dilectũ ſuum. Quibus adeptis
efficit̃ ſpũs noſter hierarchicus ad cõſcen-
dendũ ſurſum: ſm̃ conformitatem ad illã hie
ruſalem ſupernam: in quã nemo intrat: niſi
prius per gr̃am ipſa in cor deſcẽdat. ſicut vi-
dit Iohãnes in apocalypſi ſua. Tunc aũt in
cor deſcẽdit: q̃n ꝑ reformationẽ imaginis: per
virtutes theologicas: ⁊ per oblectatiões ſpi
ritualiũ ſenſuũ: ⁊ ſuſpenſiones exceſſuum: ef
ficit̃ ſpiritus noſter hierarchicus. ſ. purgatꝰ:
illuminatus: ⁊ perfectus. Sic etiam gradibꝰ
nouem ordinum inſignitur: dum ordinate in
eo interius diſponitur nunciatio: dictatio: du
ctio: ordinatio. roboratio: imperatio: ſuſceptio
reuelatio: vnitio: que gradatim correſpon-
dent nouem ordinibus angelorum. ita q̃ triũ
primo dictorum gradus reſpiciunt in mente
humana naturam. tres ſequentes induſtriã:
⁊ tres poſtremi gratiam. Quibus habitis
anima intrando in ſeipſam: intrat in ſuꝑernã

hieruſalem. vbi ordines angelorum conſide
rans: videt in eis deum: qui habitans in eis
omnes eorum operatur operationes. Unde
dicit Bernardus ad eugenium. Deus deus in
ſeraphin amat vt charitas. in cherubin no-
uit vt veritas. in thronis ſedet vt equitas. in
dñationibus dominatur vt maieſtas. in prin
cipatibus regit vt principium. in poteſtatib⁹
tuetur vt ſalus. in virtutibus operatur vt vir
tus. in archangelis reuelat vt lux. in angelis
aſſiſtit vt pietas. Ex quibus omnibus vide-
tur deus oĩa in oĩbus: per contemplationez
ipſius: in mentibus in quib⁹ habitat per do-
na affluentiſſime charitatis. Ad huius auté
ſpeculationis gradũ: ſpẽaliter & precipue ad
miniculatur conſideratio ſacre ſcripture di-
uinitus immiſſe. ſicut phĩa ad precedenté. Sa-
cra enĩ ſcriptura principaliter eſt de operib⁹
reparationis. Unde & ipſa precipue agit de
fide: ſpe & charitate: per quas virtutes ha-
bet anima reformari. & ſpecialiſſime de cha-
ritate. De qua dicit apoſtolus: ꝙ eſt finis p̃
cepti: ſm̃ ꝙ eſt de corde puro: & cóſcientia bo
na. & fide non ficta. Ipſa eſt plenitudo legis
vt dicit idem. Et ſaluator noſter aſſerit totaz
legem: prophetaſqꝫ pendere in duob⁹ prece
ptis eiuſdem. ſ. in dilectione dei & proximi. q̃
duo innuunt in vno ſponſo eccleſie ieſu chri
ſto. qui ſimul eſt proximus & deus. ſimul fra
ter & dominus. ſimul etiam rex & amicus. ſi-
mul verbum increatum & incarnatum. for-
mator noſter & reformator. alpha & o. Qui
etiam ſummus hierarcha eſt: purgans illu-
minans & perficiens ſponſam. ſ. totam eccle
ſiam. & quamlibet animam ſanctaz. De hoc
igitur hierarcha & eccleſiaſtica hierarchia é
tota ſacra ſcriptura. per quam docemur pur
gari: illuminari & perfici. & hoc ſm̃ triplicez
legem in ea traditam. ſ. nature: ſcripture: &
gratie. Uel potius ſm̃ triplicem partem ei⁹
principalem. ſ. legem moyſaicam purgantez
reuelationem propheticam illuſtrantem. &
eruditionem euangelicam perficientez. Uel
potiſſimum ſm̃ triplicem eius intelligentiaz
ſpiritualem. ſcilicet tropologicam: que pur-
gat ad honeſtatem vite. allegoricam: que illu
minat ad claritatem intelligentie. anagogi-
cam: que perficit per exceſſus mentales & ſa
pientie perceptiones ſuauiſſimas. Sm̃ tres
virtutes predictas theologicas: & ſenſus ſpi
rituales reformatos. & exceſſus tres ſupra di
ctos: & actus mentis hierarchicos: quib⁹ ad
interiora regreditur mens noſtra: vt ibidem
ſpeculetur deum in ſplendoribus ſanctorum
& in eiſdem tanqꝫ in cubilibus dormiat in pa
ce & requieſcat. ſponſo adiurante ꝙ non ex-
citetur donec de eius voluntate procedat.
Ex his autem duobus gradibus medijs per
quos ingredimur ad contemplandum de-
um intra nos: tanqꝫ in ſpeculis imaginum
creatarum. & hoc quaſi ad modum alarum
expanſarum ad volandum: que tenebant
medium locum: intelligere poſſumus ꝙ in
diuina manuducimur per ipſius anime ra-
tionalis potentias: naturaliter inſitas: quan-
tum ad earum operationes: habitudines: &
habitus ſcientiales: ſm̃ ꝙ apparet ex tertio
gradu. Manuducimur etiaz per ipſius ani
me potentias reformatas. & hoc gratuitis
virtutibus: ſenſibus ſpiritualibus: & menta-
libus exceſſibus: ſicut patet ex quarto. Ma
nuducimur nihilominus per hierarchicas
operationes. ſcilicet purgationis: illumina-
tionis & perfectionis mentium humanarum
per hierarchicas reuelationes ſacraruz ſcri-
pturarum nobis per angelos datarum. Sm̃
illud apoſtoli. ꝙ lex data eſt per angelos in
manu mediatoris. Et tandem manuduci-
mur per hierarchias & hierarchicos ordi-
nes. qui in mente noſtra diſponi habent in-
ſtar ſuperne hieruſalem. Quib⁹ omnib⁹ lu-
minib⁹ intellectualib⁹ mens nr̃a repleta a di
uina ſapientia: tanqꝫ domus dei inhabitatur.
effecta dei filia: ſponſa & amica. effecta chri-
ſti capitis membrum: ſoror & coheres. effe-
cta nihilomin⁹ ſpũſſancti téplũ. fundatũ p̃ fi-
dem. eleuatũ per ſpem. & deo dedicatũ p̃ mé
tis & corporis ſanctitaté. Quod totum facit

ſinceriſſima charitas chriſti. que diffunditur in cordibus noſtris per ſpūſanctum q datus eſt nobis. ſine quo ſpiritu ſcire non poſſumus ſecreta dei. Sicut enim que ſunt hois nemo ſcire pōt niſi ſpūs hois q eſt i illo. ita ⁊ que ſunt dei nemo ſcit niſi ſpūs dei. In charitate igitur radicemur ⁊ fundemur: vt poſſimus comprehendere cū omnibus ſanctis. que ſit longitudo eternitatis: que latitudo liberalitatis. que ſublimitas maieſtatis: ⁊ qd̄ profundum ſapientie iudicantis.

¶ De ſpeculatione diuine vnitatis per eius nomen primarium quod eſt eſſe.

Capitulū. v. ⁊ gradus qntus.

Q Voniam autem contingit contēplari deū: nō ſolum extra nos. ⁊ intra nos: verūetiā ſupra nos. Extra nos p veſtigiū. intra nos p imaginem: ⁊ ſupra nos per lumē: qd̄ eſt ſignatum ſupra mentem nr̄am. qd̄ eſt lumen veritatis eterne. cū ipſa mens noſtra imediate ab ipſa veritate formet. Qui exercitati ſunt in p̄mo modo intrauerūt iā in atriū ante tabernaculum. qui vero in ſcd̄o intrauerūt in ſctā. q āt in tertio intrant cū ſūmo pontifice in ſctāſanctorum. vbi ſupra arcā ſunt cherubin glie: obūbrantia ꝓpiciatoriū: per que intelligimus duos modos ſeu gradus contēplandi dei inuiſibilia ⁊ eterna. quorum vnus verſat circa dei eſſentialia. alius vero circa ꝓpria perſonarum. Primus modus primo ⁊ principaliter defigit aſpectū in ipm̄ eſſe. dicēs. q qui eſt: ē primū nomen dei. Scd̄s modus defigit aſpectū in ipm̄ bonū. dicēs. hoc eſſe primū nomen dei. Primū ſpectat potiſſime ad vetus teſtamētū: qd̄ maxime p̄dicat diuine eēntie vnitatē. Vn̄ dictū eſt moyſi. Ego ſum qui ſum. Secundū ad nouū qd̄ determinat pſonarum pluralitatē: baptizādo in noīe pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. Ideo magiſter noſter chriſtus volens adoleſcētē qui ſeruauerat legē ad euāgelicā leuare pfectionē. nomē bonitatis deo p̄ncipaliter ⁊ p̄ciſe attribuit. Nemo inquit bonus niſi ſolus deus. Damaſcenus igiť ſequens moyſen dicit. q q eſt: eſt primū nomē dei. Dionyſius ſequens xp̄m dicit. q bonū eſt primum nomē dei. Volēs igiť contēplari dei inuiſibilia quo ad eſſentie vnitatē p̄mo defigat aſpectū in ipm̄ eſſe. ⁊ videat ipm̄ eſſe adeo in ſe certiſſimū: q nō p̄t cogitari nō eſſe. q: ipſum eſt puriſſimum: nō occurrit niſi in plena fuga nō eſſe. ſicut ⁊ nihil in plena fuga eſſe. Sic igiť oīno nihil: nihil hꝫ de eē: nec de eius cōditionibus. ſic ecōtra ipm̄ eſſe nihil hꝫ de nō eſſe. nec actu: nec potentia. nec ſm̄ veritatē rei: nec ſm̄ eſtimationē nr̄am. Cū aūt nō eſſe p̄uatio ſit eſſendi: nō cadit in intellectū niſi p eē. eſſe aūt nō cadit p aliud. q: oē qd̄ intelligiť. aut intelligiť vt nō ens. aut vt ens in potētia. aut vt ens in actu. Si igiť nō ens non pōt intelligi niſi p ens: ⁊ ens. in potētia non niſi p ens in actu: ⁊ eſſe noīat ipm̄ purum actū entis. eē igiť eſt qd̄ primo cadit in intellectu. ⁊ illud eē eſt qd̄ eſt purus actus. Sꝫ hoc nō eſt eē particulare: qd̄ eſt eſſe artatū. q: pmixtū eſt cū potentia. nec eſſe analogū. q: minime hꝫ de actu: eo q minime eſt. Reſtat igiť q illud eſſe eſt eſſe diuinū. Mira igiť eſt cecitas intellectus: q nō conſiderat illud qd̄ prius videt. ⁊ ſine quo nihil p̄t cognoſcere. Sed ſicut oculus intētus i varias colorū differentias: lucē p quā videt cetera: nō videt. ⁊ ſi videt nō tn̄ aduertit. ſic oculus mētis nr̄e intentus in iſta entia particularia ⁊ vniuerſalia. ipm̄ eſſe extra oē genus licet primo occurrat menti: ⁊ p ipm̄ alia: tn̄ nō aduertit. Vn̄ veriſſime apparet q ſicut oculus veſpertilionis ſe habet ad lucē. ita ſe hꝫ oculus mentis noſter ad manifeſtiſſima nature. Quia aſſuefactus ad tenebras entium ⁊ phantaſmata ſenſibilium. cū ipam lucē ſummi eſſe intuetur. videť ſibi nihil videre. nō intelligens q ipſa caligo ſumma ē mentis noſtre illuminatio. ſicut quando videt oculus puram lucem: videtur ſibi nihil videre. Vnde igitur ipm̄ puriſſimū eſſe ſi potes: ⁊ occurret tibi q ipſum nō poteſt cogitari vt ab alio acceptum. ac per hoc neceſſario cogitatur vt omnimode primum. quod nec de nihi-

lo: nec ab alio pōt esse. Quid enim est per se
si ipsū esse nō est p se. nec a se. Occurret eti
am tibi vt carens omnino nō esse. ac p hoc vt
nunq̄ incipiens: nunq̄ desinēs. sed eternuz
Occurret etiaz tibi vt nullo mō in se habēs
nisi quod est ipsuz esse. ac per hoc vt cū nul-
lo compositū: sed simplicissimum. Occurret
etiam vt nihil habēs possibilitatis. quia om
ne possibile aliquo modo hz aliquid de non
esse. ac per hoc vt summe actualissimuz. Oc
curret vt nihil habens defectibilitatis. ac per
hoc vt perfectissimū. Occurret postremo vt
nihil habens diuersificationis. ac p hoc vt
summe vnū. Esse igitur quod est esse puruz
τ esse simpliciter: τ esse absolutū: est esse pri
marium: eternum: simplicissimū: actualissi-
muz: perfectissimū: τ summe vnū. Et sūt hec
ita certa: q non potest ab intelligente ipsum
esse: cogitari hoz oppositum. τ vnū hoz ne
cessario infert aliud. Nam q: simpliciter est
esse: ideo simpliciter primum. q: simpliciter
primū. ideo non est ab alio factum: nec a seip
so potuit. ergo eternum. Item q: primum τ
eternum: ideo nō est ex alijs. ergo simplicissimū
Item q: primum eternum τ simplicissimum.
ideo nihil est in eo possibilitatis cum actu p
mixtum: τ ideo actualissimum. Quia primuz
eternū simplicissimū actualissimum: ideo p
fectissimuz. Tali omnino nihil deficit. nec ali
qua potest fieri additio. Quia primum: eter
num: simplicissimum: actualissimum: perfe-
ctissimū: ideo summe vnū. Nā cui p omni-
modā supabundantiam dicit: dicit respectu
omniū. Quod etiam simpliciter per supabū
dantiā dicitur: impossibile est vt conueniat nisi
vni soli. Unde si deus noiat esse primariuz:
eternum: simplicissimum: actualissimū: perfe
ctissimum: impossibile est ipsum cogitari nō
esse. nec esse nisi vnum solū. Audi igit israel.
deus tuus: deus vn⁹ est. Si hec vides in pu
ra mentis simplicitate: aliqualiter perfunde
ris eterne lucis illustratione. Sed habes vn
de subleueris in admirationem. Nam ipsuz
esse est primum τ nouissimū: τ eternū τ pre
sentissimum. est simplicissimū τ maximum.
est actualissimum τ inmutabilissimū. est pfe-
ctissimum τ immēsuz. est sūme vnū τ tamē
omnimodum. Si hec pura mente miraris
maiore luce perfunderis: dum vlteri⁹ vides
quia ideo est nouissimū quia primuz. Quia
enim est primū: omnia opatur ppter seipsū.
τ ideo necesse est q sit finis vltimus: initiuz
τ consummatio: alpha τ o. Ideo est presen-
tissimum quia eternū. Quia enim eternum
non fluit ab alio. nec deficit a seipso. nec de-
currit ab vno in aliud. ergo nec habet preteri
tum nec futurū: sed esse presens tm̄. Ideo ma-
ximū: q: simplicissimū. Quia enim simplicis
simū in essentia: ideo maximum in virtute.
quia virtus quanto plus est vnita: tāto plus
est infinita. Ideo inmutabilissimum: q: actua-
lissimum. Quia enim actualissimū est: ideo
est actus purus. Et quod tale est: nihil nou
acquirit. nihil habituz perdit. ac per hoc nō
potest mutari. Ideo immensum: q: perfectis-
simū. Quia enī perfectissimū: ideo nihil pōt
cogitari vltra ipsum meli⁹: nobili⁹: nec digni
us. ac per hoc nihil mai⁹. τ omne tale est im
mensum. Ideo oīmodū q: summe vnū. Qd
enim summe vnū. ideo est oīs multitudinis
vniuersale principiū. Ac per hoc. ipsum est
vniuersalis oīuz causa efficiēs: exemplans: τ
terminās: sicut causa essendi: rō intelligēdi: τ
ordo viuēdi. Est igit oīmodū: non sicut oīuz
essentia. sed sicut cūctaz essentiaz superexcel-
lentissima τ vniuersalissima τ sufficientissi-
ma causa. Cui⁹ virtus q: sūme vnita in essen-
tia: ideo summe infinitissima τ multiplicissi-
ma in efficacia. ¶ Rursus reuertētes dica
mus. q: igit esse purissimum τ absolutū. qd
est simpliciter esse: est primariū τ nouissimū
ideo est omnium origo τ finis cōsummans.
Quia eternum τ presentissimū. ideo oēs du
rationes ambit τ intrat. q̄si simul existēs eaz
centrū τ circūferētia. Quia simplicissimū τ
τ maximū. ideo totū intra oia: τ totum extra
oia. ac per hoc est sphera intelligibilis: cuius
centrum est vbiqz: τ circūferētia nusq̄z. Qz

actualiſſimum ꝛ immutabiliſſimū. ideo ſtabilē manens moueri dat vniuerſa. Quia pfectiſſimū ꝛ imēſum: iō eſt intra oia: nō incluſum: extra omnia non excluſum. ſupra omnia nō elatum. infra omnia non proſtratum. Quia vero eſt ſumme vnum ꝛ omnimodum: ideo eſt omnia in omnibus: q̄uis omnia ſint multa ꝛ ipſum non ſit niſi vnum. ꝛ hoc quia per ſimpliciſſimam vnitatē: ꝛ ſereniſſimam veritatem. ſinceriſſimam bonitatē. eſt in eo omnis virtuoſitas. omnis exemplaritas: ꝛ oīs cōmunicabilitas. ac per hoc ex ipſo: ꝛ p ipſū ꝛ in ipſo ſunt oia. Et hoc q: omnipotens: omniſciens: ꝛ omnimode bonum. quod perfectē videre eſt eſſe beatum. ſicut dictū eſt moyſi. Ego oſtendam tibi omne bonum.

¶ De ſpeculatione beatiſſime trinitatis in eius nomine quod eſt bonum.

Capitulum vi. ꝛ gradus ſextus.

Poſt conſiderationem eſſentialiū eleuandus eſt oculus intelligentie ad contuitionem beatiſſime trinitatis. vt alter cherub iuxta alterum ſtatuatur. Sicut autē viſionis eſſentialium ipſum eſſe eſt principium radicale. ꝛ nomen per quod cetera innoteſcunt. ſic contemplationis emanationū ipſū bonū eſt pncipaliſſimum fundamentū. Vide igitur ꝛ attende: quoniam optimum qd ſimpliciter eſt: quo nihil melius cogitari poteſt. ꝛ hoc tale ſic eſt: q non poteſt cogitari non eſſe. q: omnino melius eſt eſſe q̄ʒ non eſſe. ſic eſt q nō poteſt recte cogitari: quin cogitetur trinū ꝛ vnum. Nam bonū dicit diffuſiuū ſui. Summum igit bonum ſumme diffuſiuum eſt ſui. Summa autē diffuſio non poteſt eſſe niſi ſit actualis ꝛ intrinſeca: ſubſtantialis ꝛ hypoſtatica. naturalis ꝛ voluntaria. liberalis ꝛ neceſſaria. indeficiens ꝛ perfecta. Niſi igit in ſummo bono eternaliter eſſet productio actualis ꝛ conſubſtantialis: ꝛ hypoſtaticalis eque nobilis. ſicut eſt producens per modum generationis ꝛ ſpirationis. ita q ſit eternalis principij eternaliter comprincipiantis. ita q eēt dilectus ꝛ condilectus. genitus. ſ. ꝛ ſpiratus. hoc eſt pater ꝛ filius ꝛ ſpirituſſanctus. nequaq̄ʒ eſſet ſummum bonum. q: non ſumme ſe diffunderet. Nam diffuſio ex tempore in creatura: non eſt niſi centralis vel punctalis reſpectu immenſitatis bonitatis eterne. Unde ꝛ non poteſt aliqua diffuſio cogitari maior illa. ea videlicet in qua diffundēs cōmunicat alteri totam ſubſtantiam ꝛ naturam. Non igitur ſummum bonū eſſet: ſi re vel intellectu illa carere poſſet. Si igitur potes mentis oculo contueri puritatem bonitatis. que eſt actus purus principij charitatiue diligentis amore gratuito ꝛ debito: ꝛ ex vtroq̄ʒ permixto. que eſt diffuſio pleniſſima per modum nature ꝛ voluntatis: que eſt diffuſio per modum verbi in quo omnia dicuntur. ꝛ per modum doni in quo cetera dona donantur. potes videre per ſummā boni cōmunicabilitatem neceſſe eſſe trinitatē patris ꝛ filij ꝛ ſpirituſſancti. In quib⁹ neceſſe eſt, ppter ſummā bonitatem eſſe ſummā cōmunicabilitatem. ꝛ ex ſumma cōmunicabilitate ſummam cōſubſtantialitatē. ꝛ ex ſumma ꝯſubſtantialitate ſummā cōfigurabilitatē. ꝛ ex his ſummā coequalitatē. ac per hoc ſummā coeternitatem. atq̄ʒ ex oibus predictis ſummā cointimitatem: qua vnus eſt in altero neceſſario per ſummā circumīceſſionē. ꝛ vnus opatur cum alio per oimodā indiuiſionē ſubſtātie ꝛ virtutis. ꝛ operationis ipſius beatiſſime trinitatis: Sed cū hec contemplaris: vide ne te exiſtimes comprehendere incomprehenſibilem. habes enī adhuc in his ſex conditionibus conſiderare: quod vehemēter in ſtuporem admirationis inducit oculum mentis noſtre. Naʒ ibi eſt ſumma cōmunicabilitas cū perſonarū proprietate. ſumma cōſubſtantialitas cū hypoſtaſium pluralitate. ſumma configurabilitas cū diſcreta perſonalitate. ſumma coequalitas cum ordine. ſumma coeternitas cum emanatione. ſumma cointimitas cum emiſſione. Quis ad tantorū mirabiliū aſpectum nō cōſurgat in admirationem. Sʒ hec

omnia certissime intelligimus esse in beatissi-
ma trinitate: si levamus oculos ad superexcel-
lentissimam bonitatem. Si enim ibi est sum-
ma cōmunicatio: ⁊ vera diffusio: vera ē ibi
origo ⁊ vera distinctio. Et q: totum cōmuni
catur: non pars: idem ipsum datur quod ha
betur: ⁊ totum. Igitur emanans ⁊ producens
⁊ distinguuntur proprietatibus: ⁊ sunt essentia
liter unum. Quia igitur distinguuntur ꝓprieta-
tibus: ideo habent personarū ꝓprietates: ⁊
hypostasum pluralitatem. ⁊ originis emana
tionem: ⁊ ordinem non posterioritatis ſʒ ori-
ginis. ⁊ emissionem nō localis mutationis:
sed gratuite inspirationis. p rationem auctori
tatis producentis: quā habet mittens respe-
ctu missi. Quia vero sunt unum substantiali
ter: ideo oportet q̄ sit unitas in essentia: ⁊ for
ma ⁊ dignitate: ⁊ eternitate: ⁊ existentia ⁊ in
circumscriptibilitate. Dum ergo hec per se sin
gillatim consideras: habes unde veritatem
contempleris. Dum hec adinvicem confers:
habes unde in admirationem altissimā sus-
penderis. Et ideo ut mens tua per admira-
tionem in admirabilem ascendat contempla
tionem: hec simul sunt consideranda. Nam
⁊ cherubin hoc designant: que se mutuo aspi
ciebant. Nec hoc vacat a mysterio q̄ respi
ciebant se versis vultibus in propiciatoriū.
ut verificetur illud quod dicit dn̄s in Joha
ne. Hec est vita eterna ut cognoscant te solū
verum deum: ⁊ quem misisti iesum christū.
Nam admirari debemus non solum condi
tiones dei essentiales ⁊ personales in se. ve-
rum etiam per cōparationē ad supmirabilē
unionē dei ⁊ hominis in unitate psone chri-
sti. Si enim cherub es essentialia dei contē-
plando. ⁊ miraris q: simul est divinum esse
primum ⁊ novissimū. eternū ⁊ presentissimū
simplicissimum ⁊ maximum: seu incircūscri
ptum totū ubiq3 ⁊ nusq̄3 cōprehensum. actu
alissimū ⁊ nunq̄3 motum. perfectissimū ⁊ ni-
hil habens superfluū nec diminutū. ⁊ tn̄ im-
mensum ⁊ sine termino infinitū. summe unū
⁊ tamen omnimodum. ut oia in se habēs: ut
omnis virtus: ut omnis veritas. ut omne bo
num. Respice ad propiciatorium ⁊ mirare
q̄ in ipso principiū primū iunctū est cum po
stremo. deus cum homine sexto die forma-
to. eternum iunctū est cum homine tēporali
in plenitudine temporū: de virgine nato. sim
plicissimum cū summe composito. actualissi
mum cū summe passo ⁊ mortuo. pfectissimū
⁊ immensum cū modico. summe unū ⁊ om
nimodum cū individuo composito: ⁊ a cete
ris distincto. homine. s. iesu christo. Si autem
alter cherub es personarum propria contē-
plando. ⁊ miraris cōmunicabilitatem eē cū
proprietate. ⁊ consubstantialitatem cū plura
litate. configurabilitatē cū personalitate. coe
qualitatem cū ordine. eternitatē cū producti-
one. cointimitatē cū emissione. q: filius mis-
sus est a patre. ⁊ spūssanctus ab utroq3. qui
tn̄ semper est cū eis. ⁊ nunq̄3 recedit ab eis.
Respice in propiciatorium ⁊ mirare: quia in
christo stat personalis unio cū trinitate sub-
stantiarum ⁊ naturarū dualitate. stat omnimo-
da consensio cū pluralitate voluntatum. stat
dei ⁊ hominis cōpredicatio cū pluralitate p
prietatum. stat coadoratio cū pluralitate no
bilitatum. stat coexaltatio super omnia cum
pluralitate dignitatum. stat cōdominatio cū
pluralitate potestatum. In hac autem ↄside-
ratione est pfectio illuminationis mentis. dū
quasi in sexta die videt hominem factum ad
imaginē dei. Si enim imago est similitudo ex
pressiva. dum mens nostra contemplatur in
christo filio dei: qui est imago dei invisibilis
per naturam. humanitatē nostrā tā mirabi-
liter exaltatam: tam ineffabiliter unitā. vidē
do simul in unū primū ⁊ ultimum. summū
⁊ imum. circumferentiā ⁊ centrum. alpha ⁊ o.
causatum ⁊ causam. creatorem ⁊ creaturā. li
brum. s. scriptum intus ⁊ extra. iam pervenit
ad quandam rem perfectā: ut cū deo ad pfe
ctionem suarū illuminationū in sexto gradu
quasi in sexta die perveniat: nec aliquid iam
amplius restet nisi dies requiei. in qua p mē
tis excessum requiescat humane mentis pspi-

cacitas ab omni opere quod patrarat.

¶ De exceſſu mentali ⁊ myſtico. in quo requies datur intellectui: affectu totaliter in deum per exceſſum tranſeunte.

Capitulum vij.

His igitur ſex cōſiderationibus excurſis: tanq̄ ſex gradibus throni veri ſalomonis. quibus peruenitur ad pacem vbi verus pacificus in mente pacifica tanq̄ in interiori hieroſolima requieſcit. tanq̄ etiam ſex alis cherub: quibus mens veri contemplatiui plena illuſtratione ſuperne ſapientie: valeat ſurſum agi. tanq̄ etiam ſex diebus primis in quibus mens exercitari habet vt tandem perueniat ad ſabbatiſmum quietis. Poſtq̄ mens noſtra contuita eſt deum extra ſe per veſtigia ⁊ in veſtigijs. intra ſe per imaginem ⁊ in imagine. ſupra ſe per diuine lucis ſimilitudinem ſuper nos relucentē. ⁊ in ipſa luce: ſm̄ q̄ poſſibile eſt ſm̄ ſtatum vie ⁊ exercitium mentis noſtre. cū tandem in ſexto gradu ad hoc peruenerit vt ſpeculet in principio primo ⁊ ſummo: ⁊ mediatore dei ⁊ hominum ieſu chriſto. ea quorum ſimilia in creaturis nullatenus reperiri poſſunt. ⁊ que omnem perſpicacitatem humani intellectus excedunt. reſtat vt hec ſpeculando tranſcendat ⁊ tranſeat. non ſolum mundum iſtum ſenſibilem. verumetiam ſemetipſam. in quo trāſitu chriſtus eſt via ⁊ oſtium. chriſtus eſt ſcala ⁊ vehiculū: tanq̄ propiciatoriū ſup arcā dei collocatū. ⁊ ſacramentum a ſeculis abſcōditum. Ad quod propiciatorium qui aſpicit plena conuerſione vultus aſpiciendo ad eū in cruce ſuſpenſum: per fidem: ſpem ⁊ charitatem: deuotionem: ammirationē: exultationem: appreciationē: laudē ⁊ iubilationē. paſcha hoc eſt tranſitum cum eo facit: vt per virgam crucis tranſeat mare rubrum: ab egypto intrans deſertum. vbi guſtet manna abſconditum. ⁊ cum chriſto requieſcat in tumulo quaſi exterius mortuus. ſentiens tn̄ quantum poſſibile eſt ſm̄ ſtatum vie quod in cruce dictum eſt latroni coherenti chriſto. Hodie mecū eris in paradiſo. Quod etiā oſtēſum eſt beato franciſco: cum in exceſſu contemplationis. in monte excelſo: vbi hec que ſcripta ſunt mente tractaui: apparuit ſeraph ſex alarum in cruce confixus: vt ibidem a ſocio eius: qui tunc cum eo fuit: ego ⁊ plures alij audiuimus. vbi in deum tranſijt per contemplationis exceſſum: ⁊ poſitus eſt in exēplum perfecte contemplationis: ſicut prius fuerat actionis: tanq̄ alter iacob mutatus in iſrael: vt omnes viros vere ſpirituales deus per eum inuitaret ad huiuſmōi tranſitum ⁊ mentis exceſſum: magis exemplo q̄ verbo. In hoc autem tranſitu: ſi ſit perfectus: oportet q̄ relinquantur omnes intellectuales operationes: ⁊ apex affectus totus transferatur ⁊ tranſformetur in deum. Hoc autem eſt myſticū ⁊ ſecretiſſimum. quod nemo nouit niſi qui accipit. nec accipit niſi qui deſiderat. nec deſiderat niſi quem ignis ſpiritusſancti medullitus inflāmat. quem chriſtus miſit in terram. Et ideo dicit apl'us hanc myſticam ſapientiam eſſe per ſpiritumſanctum reuelatam. Quoniam igitur ad hoc nihil poteſt natura modicum poteſt induſtria parum eſt dandū inquiſitioni. ⁊ multū vnctioni. parū dandum eſt lingue: ⁊ plurimum interne leticie. parum dandum eſt verbo ⁊ ſcripto: ⁊ totū dei dono. ſ. ſpirituiſancto. parum aut nihil dandum eſt creature: ⁊ totum creatrici eſſentie: patri ⁊ filio ⁊ ſpirituiſancto. dicendo cum Dionyſio ad deū trinitatē. Trinitas ſupereſſentialis. ⁊ ſuperdeus: ⁊ ſuperoptime chriſtianorum inſpector theoſophie. dirige nos in myſticorum eloquiorū ſuperincognitum ⁊ ſuperlucentē: ⁊ ſupſublimiſſimum verticem. vbi noua ⁊ abſoluta ⁊ inconuerſibilia ⁊ incōmutabilia theologie myſteria. ſm̄ ſuperlucentem abſconditum occulte docentis ſilentij caliginem: in obſcuriſſimo: quod eſt ſupermanifeſtiſſimum: ſuperſplendentem ⁊ in qua omne relucet: ⁊ inuiſibilium ſuperbeatorum ſplendoribus ſuperimplentem inuiſibiles intellectus. Hoc ad deum. Ad amī

cum autem cui hec ſcribuntur dicatur cum eodem. Tu autem o amice circa myſticas viſiones corroborato itinere: ⁊ ſenſus deſere: ⁊ intellectuales operationes: ⁊ ſenſibilia ⁊ inuiſibilia: ⁊ omne non ens ⁊ ens. ⁊ ad vnitatem vt poſſibile eſt inſcius reſtituere ipſius qui eſt ſuper omnem eſſentiã ⁊ ſcientiam. etenim teipſo ⁊ omnibus immenſurabili ⁊ abſoluto pure mentis exceſſu: ad ſupeſſentialẽ diuinarũ tenebrarũ radiũ: omnia deſerens: ⁊ ab omnibus abſolutus aſcẽdes. Si autem queris: quomodo hec fiant. interroga gratiam: nõ doctrinã. deſiderium: non intellectum. gemitum orationis: non ſtudiũ lectionis. ſponſum: nõ magiſtrum. deum nõ hominem. caliginem: non claritatem. non lucem: ſed ignem totaliter inflãmantẽ: ⁊ in deũ exceſſiuis vnctionibus: ⁊ ardentiſſimis affectionibus transferentẽ. Qui quidem ignis deus eſt: ⁊ huius caminus eſt in hieruſalẽ. ⁊ chriſtus homo hunc accendit in feruore ſue ardentiſſime paſſionis. quem ſolus ille vere percipit: qui dicit. Suſpendiũ elegit anima mea. ⁊ mortẽ oſſa mea. Quam mortem qui diligit videre poteſt deũ. quia indubitanter verum eſt. Non videbit me homo ⁊ viuet. Moriamur ergo: ⁊ ingrediamur in caliginem. imponamus ſilentium ſollicitudinibus concupiſcentijs: ⁊ fantaſmatibus. tranſeamus cum chriſto crucifixo ex hoc mundo ad patrem. vt oſtenſo nobis patre dicamus cũ philippo. ſufficit nobis. Audiamus cũ paulo. Sufficit tibi gratia mea. Exultemus cum dauid dicentes. Defecit caro mea ⁊ cor meum: deus cordis mei. ⁊ pars mea deus in eternum. Benedictus dominus in eternũ: ⁊ dicat omnis populus: fiat fiat.

Finit Itinerarius mentis in deum. beati Bonauenture.

Incipit vtiliſſima quedam epiſtola eximij ⁊ deuoti doctoris bonauenture. que eſt quaſi quedam regula ⁊ inſtitutio omniũ pie ⁊ ſpiritualiter in chriſto viuere volentium: ⁊ diſtinguitur in. xxv. memorialia. vt inferius patebit.

## Prologus.

i In chriſto ſuo dilecto. F. Bonauentura de balneo regio: cõfrater eius in domino. Qualicunqʒ homĩne veteri iam exuto: chriſto viuere ⁊ mori mundo. Quoniã dilecte mi frater in domino adhuc me in preſentia tibi poſito: mihi inſtantiſſime ſupplicaſti: vt te in poſterũ aliquibus litteris exhortationis viſitarem. Noui frater ꝙ hec dicens ardẽtes prunas congereris ſuper caput meũ. verũtñ affectuoſe inſtando: duricie mee ſuperbiam. ſupplici humilitate viciſti. intantũ vt ipſe iam ꝓmitterem quod optabas: q̃uis magis dignum foret hec me a te quidẽ ſuſcipere: q̃ʒ me tibi huiuſmodi deſtinare. Quia tamẽ inſtantia tue deuotionis me compellit ſtultum fieri in parte iſta. ſicut potero qualitercunqʒ experiar quod hortaris. Non tamẽ tibi alia ſpecialia ſcribens: niſi ea que rudia ⁊ ſimplicia mihi ipſi colligere proponebam. ex quibus iam plurima bene noſti. Sed interim alloquens dilectionem tuam chariſſime: cum nullus ſicut experientia certa docet perfecte deo ſeruire poſſit: niſi diſſoluere omnino ſe procuret a mundo. oportet ſi ſequi volumus dominũ ſaluatorẽ: voci nos prophetice obedire. vt ſcilicet peccatorũ colligationibus diſſolutis: diſſoluamus faſciculos deprimẽtes. quatenus a terrenis actibus diſſoluti: ſequamur liberis greſſibus redemptorẽ. quia iuxta apli teſtimonium. nemo militãs deo debet ſe negocijs ſecularibꝰ implicare. Nũq̃ʒ ergo de aliqua re creata: niſi inquantum noſtrum excitet diuini amoris ⁊ dilectionis affectum: cor noſtrum eſſe ſollicitum permitta:

nuus. quia multiplex rerum labentiū varie/
tas plus debito ruminata: non ſolum aīum
diſtrahendo: pacate mentis gratam interrū
pit quietem. verūetiam in animo gignendo
phantaſias: turbulēte quaſſationis moleſtia:
importune impellit eandem. ſed potius affe
ctionis omniū terrenorum ſarcina oneroſa
depoſita: abſq; retardationis grauedine cur
ramus ad illum qui nos ſalubriter inuitat. in
quo eſt aiaꝝ opulēta refectio: ⁊ pax ſumma
que exuperat omnem ſenſuȝ. Venite ad me
inquit oēs qui laboratꝭ ⁊ onerati eſtis: ⁊ ego
reficiam vos. O dn̄e quo indigeo. quare vo
cas. quid tibi cōmune nobiſcū. O vere pieta
tis vox. Venite ad me inquit. ⁊ ego reficiā
vos. O dei noſtri dignatio admirabilis. O
charitas ineffabilis. Quis enim aliqñ fecit
talia. quis vnq̄ȝ audiuit. quiſue cōſpexit ſi/
milia. Ecce inuitat inimicos. hortat reos. al
licit ingratos. Venite inquit ad me oēs. Et
diſcite a me. Tollite iugū meū ſuper vos: et
inuenietis requiē aīabus veſtris. O verba
dulcia. vba deifica. ⁊ penetrabiliora oī gla/
dio ancipiti. intima ꝓcordioꝝ euiſceratia. ni
miaq; repleta dulcedine vſq; ad diuiſionem
anime pungētia. Expgiſcere nūc o aīa chri/
ſtiana ad tante benignitatis amorē. dulcedis
tante ſaporem. ⁊ ad tante ſuauitatis odorem.
Certe qui iſta nō ſentit infirmus eſt. aliena/
tus eſt. iam ꝓximat morti. Inardeſce queſo
o anima mea. pingueſce amore. dulceſce ſa
pore. nemo te ꝓhibeat intrare: tenere: guſta
re. Quid amplius querimus. quid vltra ex
pectamus. quid deſideramꝰ in hac vita. Ha
bemus in chriſto oīa bona. Sed heu o inſa/
nia nr̄a mirabilis. O infirmitas miſerabil.
O veſania deteſtabilis. Nam vocamur ad
requiē: ⁊ ſequimur laborē. Inuitamur ad ſo/
latiū: ⁊ querimus dolorē. Promittit gaudi
um: ⁊ appetimus merorē. Mirabilis pror/
ſus infirmitas. miſeraq; peruerſitas. Iam
oēs inſenſibiles facti ſumus. ⁊ quaſi deterio
res ſimulacris. habentes oculos ⁊ non vidē
tes. aures ⁊ non audientes. rationem ⁊ non
diſcernentes. amaꝝ dulce ⁊ dulce amarum
ponentes. O deus: vnde nobis tante pūerſi
tatis correptio. vnde nobis tante offenſiōis
ſatiſfactio. Certe nihil tale inuenit in nobis:
niſi tuo munere tribuat. Tu enim ſolus po
tes nos corrigere. tu ſolus pro noſtris delictꝭ
ſatiſfacere. qui ſolus noſti figmentū noſtrū.
ſalus ⁊ redēptio noſtra. q̄ ſolū illis hec facis:
qui ſe miſeros ꝯſpicientes in imis: a te ſolum
releuari confidunt. Leuemus ergo ad deū
mētis nr̄e oculos in directo: ⁊ videamꝰ vbi
nūc ꝓſtrati ſumus. Q̄m quis ꝓpriū ſuū caſuȝ
ignorat. ſurgere minus curat. Cognoſcētes
vero clamemus in fortitudine ad deū de ꝓ
fundis: vt nobis adiutricē porrigat miſeri/
cordie ſue manū: q̄ abbreuiari nunq̄ȝ pote/
rit ad ſaluandū. Non queſo confidentiā amit
tamus: magnā remunerationē habētē. Ade
amus thronū grē eius cū fiducia. fructū no/
ſtre fidei reportantes. ſalutē. ſ. aīaꝝ nr̄arum.
Nulla nobis inſit cunctatio. Iam enim vita
nos vocat. ſalus expectat. tribulatio cōpellit
intrare. Quid ergo facimus. quid pigrita/
mus. quid moras ꝯtrahimus. Feſtinemꝰ in
gredi in illā requiem iocūditatis eterne: vbi
ſunt magna ⁊ inſcrutabilia. quoꝝ nō eſt nu/
merus. Aſcendat queſo hieruſalē cor nr̄m.
ſuſpiremus ad patriā noſtram. tendamꝰ ſur
ſum ad mrēm nr̄am. Introeamus in poten
tiam dn̄i. ⁊ intueamur noſtꝝ regem in ea re
gnantem. ⁊ liqueſcant in miſerationibus eiꝰ
corda nr̄a. Agamus illi grās toto corde. qui
defectū nr̄e ingratitudis nō ꝯſiderās: ſue nō
abſtulit a nobis miſericordie pietatē. deſide
riū nobis tribuēs ipſius viaȝ currere man/
datoꝝ. quā ſine deſiderio nullus currere pt.
quod quidē munus nō eſt vilipendendū. ſed
grē reputandū. cū hoc ꝓphetaꝝ ille eximiꝰ
ſe aſſerat ꝯcupiſſe qui ait. Cōcupiuit anima
mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni
tpe. Sed q̄ hocipſum deſiderium aliqñ nimia
tepiditate nr̄e incurie ⁊ negligentie laſſeſcit.
cogitaui quedā incitatiōis huius memorialia
annotare. in quibus fugienda pateāt ⁊ ſeqn

da. que quidē cū affectu affectuoſe ſpeculantes. pſtino vigore reſumpto: tā diu infatigabiliter virtutibus ⁊ gratijs in charitate diuina creſcamus. quoadusqꝫ perfectū veniat ꝺſideriū collīū eternoꝝ. Ponant aūt memorialiū pdictoꝝ primo quedā generalia. poſtmodū ſpecialibus ſubſequentibus.

Memorialia generalia.

Sunt ergo hec quedā virtutes ꝓbate in iuuenibus ⁊ ſcale ſalutis. p q̄s ſine dubio ad pfectōem virtutꝫ et culmē glorie poſſunt aſcēdere: fideliter exercitati p eas. videlicet ſancta verecūdia i cunctis rebus ⁊ actibus ſuis. tarditas loquendi. pmptitudo obediēdi. frequētatio orōnis. fugere ociū ⁊ diſſolutōes. pure frequenter cōfiteri. libenter ſeruire. et infructuoſum ꝓſortium deuitare. Hec nanqꝫ ſunt margarite fulgentes: que poſſeſſorem ſuū deo ⁊ angelis faciunt gratioſum. Dum autē ei placuerit q te ſegregauit ex vtero mrīs tue: vocauitqꝫ p gratiam ſuā. vt in te reuelet imaginē filij ſui. de miſerabili ſeruitute egyptiaca trāſferens te ī libertatē filioꝝ dei. iamqꝫ in viā noui hois incepis pedē ponere. que iter timorē ⁊ amorē humilitatis eſt ſemita ꝯſtituta: tunc p eandem hūilitatis viā ad eminētiora ꝯſcendēs. poteris te in altioribus exercere: ex quibus certa memorialia ſubſcribunt.

De ꝯcupiſcentijs mortificandis.

Primū.

Oportet ergo ante oīa te cupiētē veſtigia ſeq ſaluatoris. vt ſpem tuā totam firā in dn̄o habeas. de oīb⁹ huius mūdi ꝯſolationibus penitus deſperans.

De vicijs extirpandis.

Secūdū eſt: vt ab oībus vicijs ⁊ cōcupiſcētijs malis: inq̄ſtū ſuſtinet humana ꝯditio: teipm ſtudeas penit⁹ emūdare. vt fermēto veteri totius malicie ⁊ neqtie expurgato: ſibules ī nouitate vite poſt xp̄m. q: niſi prius hmōi catenas iniqtatꝫ confregeris. aīa tua in tenebris aggregata: ad celeſtia non poterit eleuari.

De colligationibus reſecandis.

Tertiū eſt: vt a teipſo diſſoluas oēm colligationē extriſecā. vt ſana ⁊ pura mente poſſis deo colligari.

De tribulatōib⁹ cū patiētia tolerādis

Quartū ē: vt amore altiſſimi. ⁊ ſpōſi tui chriſti oēs mūdi huius pſecutiones equanimiter feras. imo ſi poſſibile eſt ꝓ voto ſuſcipiēs: ſolū in xp̄i paſſiōibus delecteris: renuēſqꝫ oēm tpalē leticiam. in ipſis tribulatōibus hilareſcas. oēs reputans tibi eſſe ad purgatōem peccaminum: ⁊ lucrum aīe tue preparatas.

Ut de nulla re conqueraris.

Quintū: vt cū creatorē tuū ⁊ oīm te ſentias offendiſſe. rationē tibi fieri nō poſcas ab aliqua creatura.

De paupertate ſuꝑpſiua.

Sextū: vt habeas deſpectui temetipſꝫ cupiēs ab oīb⁹ deſpici. zelanſqꝫ ſacratiſſimā pauptatē in oīb⁹ q̄ ad te ſpectāt. Auſpitatē: vilitatē: ⁊ parcitatē habeas q̄ſtum potes. nō tn̄ in alijs reqras. ſꝫ potius letus ⁊ gaudēs de oī ꝯſolatōe fraterna: eis ſicut oportet obſeqndo ⁊ miſtrando aſſiſtas. oīs ꝯſolatōis eos reputās eſſe dignos. niſi qd̄ abſiſtita tibi in aliquo pateret diuīa offēſa: q oī excuſatōe careret. de q̄ ꝯpatiendo ⁊ timēdo ex intimo corde doleas q̄ſtū potes:

De honoribus fugiendis.

Septimū eſt: vt omni tpe in timore ſtans blādicias huius ſeculi: honores: glorias vel fauores: aurasqꝫ vaneglie q̄ſi mortiferas peſtes oīno. fugias toto poſſe. ſtanſqꝫ ꝯtinuo in teipſo. oī bona habeas te ſuſpectū, q: ſi ſuꝑpſius victoriā fueris aſſecutus: nullus hoſtis interius vel exterius tibi nocebit:

De humilitate vera.

Octauū ē: vt amore illi⁹ q cū ſit dn̄s oīm celeſtiū: terreſtriū ⁊ infernorū: ꝓ nobis aſſūpſit viliſſimā ſui formā. in ea ſubijciēs ſe voluntarie hoīm prauis: humiliādo teipū: oēm hoīem: reputes tuū.

dominum: ⁊ te veriſſime reputes ſeruũ omnium. ⁊ ĩ omnibus circa homines te reputes ſicut ſeruum. Sic enim tranquillitatem ⁊ pacem cum omnibus perpetuã obtinẽs: ſcandalum penitus ignorabis.

De pace anime ⁊ quõ habetur.

9 Nonũ: vt nihil corũ tangas: que te ſpũali vtilitate nõ tangunt. hoc eſt. de nulla re cures vel implices te in aliquo exterius vel interius quoquo modo vbi non inuenis anime tue lucrum. nec ĩ huiuſmodi te ab aliquo implicari pmittas.

De cuſtodia ſenſuum.

Decimũ: vt viſui atq; omnibus corporis ſenſibus omnimodã cuſtodiam ponas. ita vt nihil prorſus velis
10 videre vel audire aut tangere: niſi vtilia aĩe tue. Linguã etiã diligẽtiſſime reſtringas: vt nihil loquaris niſi interrogatus. vel neceſſitate vel vtilitate euidenti coactus. ⁊ tunc cũ reuerentia animi ⁊ timoris dulcedine breuiter ⁊ liberiſſe ſi potes ſemper deuitans plixitatem verborumq; occaſiones iuxta poſſe precidendo.

De ſolitudine ⁊ vigilijs.

Undecimũ: vt gratam ſanctãq; ſolitudinẽ deſiderãs: omni tpe operationẽ vigiliaꝝ habeas pciosam. in ipſis ſp offerẽs deo oĩones tuas cũ attentõe vboꝝ: deuotõis feruore: ⁊ hũilitate pſunda.

De diuino officio.

Duodecimũ: vt cũ debes diuinũ officium celebrare ita factus in teipſo quietus obliuiſcaris omniũ terrenorum: quatenus fixa mente celeſtibus inſiſtens myſterijs: cũ tanta illud deuotiõe: reuerentia: gaudio: ac timore pſoluas: q̃ſi int᷑ angeloꝝ agmĩa pſtitutus diuino pſpectui laudes pſnaliter offeras cũ eiſdem.

Ut ſup omnia habeas in deuotione virginem glorioſam.

Tertiũdecimũ: vt glorioſam reginã dñi noſtri matrẽ bñdictã in ſummo habeas omni tpe venerationis affectu. ⁊ in cunctis ad eã neceſſitatibus: periculis ⁊ pſſuris tanq̃ ad refugium tutiſſimũ te cõuertas. ipſius tutele pſidiũ flagitãdo. eãq; in tuam ſuſcipiẽs aduocatã: deuotiſſime ac ſecure tuã ei cauſam pmittas. q: mater eſt miſericordie. quotidie ſtudẽs ei ſpẽalem ⁊ ſingularem reuerentiã exhibere. Et vt tua deuotio ſit ei accepta ⁊ reuerẽtia grata: ipſius puritatem ⁊ mundiciam omni virtute: mente ⁊ corpore: illibate in teipſo ſeruando: toto conatu nitaris: humilitate ⁊ mãſuetudine eius veſtigia imitari.

Quõ fugienda ſunt pſortia mulieꝝ.

14 Quartũdecimũ: vt vbicũq; mulieres ⁊ ṽgines ⁊ iuuenes quaſcũq; pter neceſſitatẽ vel manifeſte vtilitatẽ cãs deuites. Et vnũ vbicũq; fueris elige tibi patrẽ virũ quidẽ ſanctũ. diſcretũ ⁊ piũ. doctũ potius experientia opis q̃ ſublimitate ſermonis. qui te verbis ⁊ exẽplis efficacibus ⁊ pbatis ad diuinũ amorẽ inſtruat ⁊ inflãmet. ad quẽ in cunctis neceſſitatibus tuis poſſis habere recurſum ⁊ ſpũale ſolamen.

De fuga accidie ⁊ triſticie.

15 Quintũdecimũ: vt omnẽ frigiditatẽ accidie ⁊ triſticie: in qua latet vis cõfuſiõis: que ducit ad mortẽ. a teipſo ſũmo ſtudio depellẽs. interius exteriuſq; ſerenus ſp ⁊ trãqllus exiſtas: nulli vllo mõ cõtradicas vel reſiſtas in aliquo. ſed potius oĩmodo: p oĩa oĩbus acqeſcens: dũmodo diuine laudi vel ſalui aĩe nõ obſiſtat.

Ut de oĩbus habeas bonũ exẽplũ.

16 Sextũdecimũ: vt oẽs affectões tuas ac volũtates pformes diuine volũtati. Omnia te edificẽt: neq; te dedificet aliqd in hoc mũdo: puritatis ⁊ innocentie gr̃a diuini tibi muneris elargite. nec alioꝝ plus debito defectib⁹ pturbatus. iniqtati addẽdo iniquitatẽ: alienis ſordibus polluaris. ne dũ cupis alios de pelago liberare deterius ipſe corruas in pfundũ. Pͥ oĩa igit͛ omnia quibus nõ potes ſine detrimẽto prodeſſe operiens charitate benigna: illi ſumme

ſapientie derelinquas: q nouit bona de mal'
eligere quibuſcūq3. ſicq3 in bonis opib9 pa
riter atq3 malis ſpūalem dño concedēte po
teris reperire profectum.

17 ¶ De cuſtodia cordis.

Eptimūdecimū: vt cor tuū ſeruans
o omni cuſtodia: ſoliſq3 ſpūalibus ex
ercitijs deditū: nulle ibi rex viſibi
liū imprimanī ɔcupiſcētie: vt creaturis oīb9
alienū libere poſſit vacare oīum creatori.

¶ De charitate ad proximos.

18 Ctauūdecimū: vt imaginē ac ſilitu
o dinem maieſtatis diuine ɔſiderās
in cūctis hoībus. ita eos diligas in
time charitatis affectu: oīmq3 ⁊ maxīe infir
mox ⁊ quorūcūq3 indigentiū curā geras.
dūmodo circa ſpūalia tibi nō fiat nociua di
ſtractio ſicut bona mater diligit atq3 curat
vnicū filium predilectum.

¶ De oratōibus cum opibus ſanctis.

19 Onūdecimū: vt ɔtinue mētē tuam
n ita habeas ordinatā cū deo: q om
ne opus tuū atq3 exercitiū tā mētis
q̄3 corporis ſit oratio. oiaq3 ſeruitia: ⁊ maxime
humiliora cū tanto facias charitatꝫ feruore:
acſi ea chriſto corpaliter exhiberes. Qd cer
te debes ⁊ potes veraciter cogitare: qm̄ ipſe
dixit in euangelio. Quod vni ex minimis
meis feciſtis: mihi feciſtis.

20 ¶ De obedientia ſancta.

Iceſimū: vt honorē ⁊ reuerētiā oī
v bus tā debitā q̄3 deuotā ſctiſſime
obediētie normā: nō ſolū magnis.
verūetiā minimis: quaſi pupillā ſtudeas ſp
ſeruare illeſam. obediēs quidē nō ſolū maio
ribus. vt plalatis. verūetiā minoribus oīb9: te
ſubijciēs quibuſcūq3. abnegādo teipſ3. p chri
ſto. In bonis ⁊ indifferētibus ſp alterius ſtu
deas facere volūtatē. in nullo prebens te ali
cui onerosum: ſed potius in charitate chriſti.
diligens vniuerſos: teipm omnibus oibus
gratū reddēs. Affabilitates: amicitias ⁊ fa
miliaritates fugias ſingulares. Sūmope ca
ueas ne vnq3 verbo vel facto vel geſtu: ali-
cuius rancoris: odij: clamoris: iniurie: turba
tionis: murmurationis: detractionis: ſcāda-
li: ⁊ adulatōis: ⁊ quorūcunq3 ſilium: aliq rōe
vel mō p te vel aliū cauſa vel occaſio fias.

¶ De conſolationes ⁊ tribulationes oc
culte teneas.

Iceſimūprimū: vt virtutes vel gra
v tias ſpūales: quas in te vel p te di- 21
uina miſericordia opari dignat: tri
bulationes ⁊ ſplia virtutiſq3 ppoſitū vel ſi-
milia. ab oibus abſcondere ſtudeas q̄3tum
potes his tn̄ exceptis que pprio ſacerdoti i
propria debent accuſatione detegi: niſi forte
alicui tuo ſpeciali ⁊ probato amico ea ſpūa-
lis vtilitatis gratia reuelares. cuius ɔſilium
vel doctrinam in huiuſmodi credas tibi poſ
ſe valere. Solicitus ſemp ſis furari tempus
vbiq3: vt poſſis ſolite orationi ⁊ meditationi
ſancte vacare: vt ſedendo ſolitarius: eleuat9
ſis deſiderio ad ſuperna.

¶ De deū ſp ⁊ vbiq3 habeas ī memoria

Iceſimūſecundū: vt ſolutus ab oi-
v bus creaturis: tāto mentis conatu
deſiderijſq3 feruore: circa tuū crea- 22
torē intendas: vt quaſi oium inferiox oblit9
quicqd agas: ⁊ vbicūq3 ſteteris. ⁊ qbuſcūq3
negocijs implicieris. die ac nocte ⁊ oi momē
to ⁊ hora: deum ſemp habeas in memoria.
credens ⁊ cogitans te eſſe veriſſime corā eo.
⁊ ipm cogitans vndiq3 te aſpicere. Hec aūt
cogita cum magna reuerentia ac timore pa
riter ⁊ amore. ⁊ cum magna diſcretōe. nunc
ante pedes immenſe maieſtatis eius proſtra
tus: corde amariſſimo pctōrum veniā poſtu
lando. nunc ſacratiſſime paſſiōis filij dei gla
dio compaſſionis. dorā eius cruce vulnera-
tus cū cordis lacrymoſis ⁊ flebilis apparēdo.
nunc totius vite illius decurſum: obliquitati
tue velut rectitudinis lineam preponendo.
nunc inenarrabilia ⁊ innumera dei beneficia
mente ptractans: grārum actionibus inſiſtē
do: nunc ſtimulis ipſius amoris ardentiſſi-
me punctus: ipm in creaturis oibus intuen-
do. nunc potentiā: nunc ſapientiam. nūc bo-

nitatem & clementiã eius attendẽs:cũ deuotiſſime in cunctis operibus ſuis collaudãdo nũc deſiderio patrie celeſtis attractus:ad ipſum gemebũdis ſuſpirijs anhelando. nunc circa nos viſcera ineſtimabilis charitatis ei⁹ aſpiciens.letabunda quadã exceſſiua admiratione:corde & animo in ipſo deficiẽdo:nũc te precipitẽ.nunc te fugientẽ.nunc te ruentẽ:nunc deum te timentem:ſubleuantẽ:retinentem & attrahentẽ.nunc deum te ingratũ per omnia concernentẽ conſiderãs.ineffabilib⁹ diuine miſericordie viſceribus tibi patefactis.nimio in eo charitatis ardore te conferens:totum te fletibus reſoluendo.nunc do occultiſſima:pfundiſſima & ſumme archana:nimiũq; ſtupenda iudicia iuſticie eius diligẽter attendens.eum in oĩbus fidelis & pſtãs:cum ſummo amore ingenti quoq; timore ac tremore:diſcretus:ſupplex & humilis venerando. pre omnibus autem continuam et viuam memoriam ipſius ſacratiſſime paſſionis in animo & corde tuo ferens.

¶ De ſolicita cuſtodia ſuiipſius.

Viceſimũtertiũ:vt ſup cuſtodia tua vigilans omni tpe:ab antiq hoſtis fraudibus:qui ſepe ſe in angelũ lucis trãſfigurãs oĩ tpe & in oĩ via homini laqueum tendit & retia. vt animas nr̃as valeat captiuare.ſolicitudine te cautiſſima tuearis. venãtiũ laqueos fugiẽs ſicut paſſer.tãteq; puritatis humilitate ſancta in oculis tuis fias:vt ne ſubtiliſſima eius retia te valeant continere.a quibus ſane tunc poteris liberari illeſus.cũ effectus fueris iſrael:ſiue mẽtalibus oculis videns deum.q: non dormitabit neq; dormiet eius cuſtos.

¶ De pura confeſſione peccatorum.

Viceſimũ quartũ:vt tenens indefeſſum inſtituti ſancti rigorẽ.ſacris ardoribus celeſtiũ deſideriorũ ſuccenſus.mentis & corporis mũdicie pulchritudinẽ.innocẽtie puritatẽ.ↄſcientieq; teneritudinem ↄſeruãs:cura diligẽtiſſima caueas:ne vnq; tepẽdo in aliquo reſipiſcas. Ad qđ q dem diligẽtius & purius ↄſeruãdũ:quotidiana diſcuſſione ſepties in die examines vitã tuam.ſp ante vel imediate poſt quãlibet horam canonicã. conſiderans & diſcutiẽs attentiſſime:qͥliter de hora in horã ambulaueris digne corã deo ſine macula i iuſticie ſemita. Et q: nemo eſt qui ſic diſciplinã & iuſticiam obſeruet.vt nihil penitus negligat vel omittat.ideo neceſſariũ eſt vt ad penitẽtie lauacrum recurrẽs cũ dolore & gemitu ſepiſſime tue accuſationi inſiſtas. In qua qdẽ accuſatione ſeu ↄfeſſiõe:integre:veraciter & pure ſine omni velamine excuſatõis vel occultationis ſeu palliatõis:p ordinẽ oẽs tuos retexendo defectus:ſacerdoti ꝓprio tanq̃ deo debes intimare:narrãdo primo omiſſiones quas in his que ſunt ad deũ feciſti.& maxie in oratione quantũ ad duplicẽ eius partem. mentalẽ.ſ.& vocalẽ.deinde defectus in obſeruatione iuſticie quo ad ꝓximũ.poſt ↄmiſſiones quas egiſti et mala cuſtodia ſenſuum.& ſenſibus adiacentiũ:affectionũ & cogitationũ. Hanc aũt ↄfeſſionẽ ſemꝑ debet ↄtritio & ſatiſfactio comitari.vt doleas videlicet de oĩbus offenſis:nõ ſolũ de magnis:ſed etiã de modicis:& dolendo caueas iterare culpã ſemper ſtudens cauſas & occaſiones peccati preſcindere:quantũcunq; per amorẽ videantur tibi coniuncte.q: tũc iuxta ſaluatoris ſententiam:eruendus eſt oculus ſcandalizans.i. occaſiones peccati vitande.que quidẽ apparent nobis delectabiles nimiũ.etiã ſi multũ nobis diſpliceãt ꝑ effectus. Unde fortiſſimũ eſt in hac pugna bellũ. Et ideo oportet ſm dei preceptũ eſſe cecum:ſurdũ & mutũ:& inſenſibilem ad omnia in quibus nõ inuenit anima lucrũ. Ut aũt diuine ꝓ ꝑceptionis eiuſq; diſcipline celeſtis obſeruantiam:in ſupradictis & ceteris alijs ſollicitius intendas:ac feruentius accẽdaris.ſtudeas hec quinq; ſemel ad minus inter diem & nocte:affectuoſe:moroſe:omni tempore ſincera mente tractare. q; ſcilicet ſit breuis vita noſtra. q; lubrica via.q; mors incerta.que pena iuſtis

que ſupplicia parant iniuſtis. vt nō ſit ſeruitium ſine timore: nec gaudiū ſine tremore.

Quales eſſe debemus in noſtra reputatione: q̄ʒuis perfecti.

Jceſimuſquintū ⁊ vltimū. vt cū diuina grā largiēte omnia bn̄ feceris: te ſeruū inutilē ⁊ pctōrem recognoſcens: omni beneficio dei reputes te idignū. ſemꝑ robuſtiſſimā fidē tenens. repletus charitate diuina. fiducia magna: ſperās ab ipſo miſericordiſſimo patre: miſericordie tibi viſcera aperiri. vt dū in foſſam ꝓfunde humilitatis: infirmiſſima ieceris fidei fundamēta erexeriſqʒ luciſſimos parietes cōtinue ac feruide charitatis: decoratos omnium virtutū picturis: tecumqʒ deſiderate ſpei beatiſſime poſueris gloriosiſſim. tandem omnibus ordinate diſpoſitis: ſūmus ille celeſtis inhabitator: dulciſqʒ hoſpes fideliū animarū. cui deliciē ſunt eſſe cū filijs hominū: tā diu tecum digneꝶ inhabitare per gratiam in pñti ſeculo vel exilio: quouſqʒ poſt terminū vite huius: in celeſtis btitudinis patria glorioſa ſtola ꝑpetue immortalitatis indutus: claritatem vultus eius cum oibus ſanctis cernere merearis in iubilo. vbi erit ſumma felicitas ⁊ eterna beatitudo. finis ⁊ complemētum oim deſiderioꝝ noſtrorum.

Concluſio epiſtole huius.

Oc verūtamen adhuc ſcias chariſſime frater indubitāter: ꝙ niſi ꝑfecte abnegaueris temetipm. ſeq nō poteris veſtigia ſaluatoris. ⁊ ſine ſollicitudi e ꝯtinua ⁊ labore: eius gratiā adipiſci negbiꝶ. Et niſi aſſidue ꝓpulſaueris portas eius: ingredi nō poteris ad pacem mēſtis. Et niſi te inſtanter in timore dei tenueris: cito dom⁹ tua corruet in profundum. Et ſi fideliter ⁊ conſtanter te tenueris: ⁊ exercitatus fueris in ꝓdictis. ſpero in miſericordia ſaluatoris: ꝙ te gratia ſua dignum faciet in preſenti. ſeculqʒ potieris gloria in futuro. qđ ipſe tibi concedat qui eſt trinus ⁊ vnus in ſecula ſeculorū benedictus Amen.

Ec aūt chariſſime nō ideo tibi ſcripſi q: te crederē talib⁹ indigere. ſed q: ante collegerā ꝓ meipſo. cernēſqʒ mee incōſtantie ꝓnitatē: ſeu conſtantie paruitatem: cogitaui ea tibi tanq̄ʒ coadiutori fideli cōmunicare. vt qđ mea puſillanimitate negligentiaqʒ temporis omittiꝶ. tua magnanimitate ſeruoriſqʒ ſollicitudine reſtaureꝶ. maxime cum te concordem quaſi oibus votis meis in huiuſmodi ſimplicioribus plurimū delectari cognoſcam. Quapropter chariſſime i chriſto hec ea rogo charitate ſuſcipias. qua illa tibi me ſcio affectione miſiſſe. vt videlicet his omnibus ſupradictis: quoꝝ qdē diſciplina nō videtur eſſe gaudij ſed meroris. ita per celeſtiū ſtudioꝝ exercitia ſtudeas te mancipare: vt pacatiſſimū iuſticie fructū afferant in futuro. ⁊ expectationis eius dulcis memoria etiam in preſenti aīa tua guſtu deuotionis adipe ⁊ pinguedine repleatꝶ: in chriſto ieſu domino noſtro. cui me aridus ⁊ verboſum: potius q̄ʒ deuotū: deuotis tuis orationibus cōmendabis. Cui eſt honor et gloria: decus ⁊ imperiū: per infinita ſecula ſeculorum Amen.

Finit epiſtola ſancti Bonauenture. que eſt quaſi regula omnium pie ⁊ ſpūaliter in chriſto viuere volentiū.

Venerabilis doctoris deuoti Bonauenture. libellus de reductione artium ad theologiam incipit.

Mne datum optimuʒ: et omne donū ꝑfectū deſurſum eſt deſcēdens a patre luminū. ſcribiꝶ. Jac. i. c. Jn hoc v̄bo tangiꝶ origo ois illuminationis. ⁊ ſimul cum hoc inſinuatur multiplicis luminis ab illa fontali luce liberalis emanatio. Licet auteʒ omnis illuminatio interna ſit cognitione. poſſumus tamen rōnabiliter diſtinguere vt

dicamus q̄ eſt lumen exterius.ſ.lumen artis mechanice lumen inferius.ſ.lumen cognitionis ſenſitiue lumen interius.ſ. lumen cognitionis philoſophice lumē ſuperius.ſ. lumen gratie ⁊ ſacre ſcripture. Primum illuminat reſpectu forme artificialis. ſcd'm reſpectu forme naturalis. tertium reſpectu veritatis intellectualis quartum ⁊ vltimum reſpectu veritatis ſalutaris. ¶ Primū ergo lumen qd' illuminat ad figuras artificiales: q̄ q̄ſi exterius ſunt. ⁊ propter ſupplendā corporis indigētiā reperte. dicit lumen artis mechanice. que q̄ quodāmodo ſeruilis ē: ⁊ degenerat a cognitione philoſophie: recte ideo pōt dici exteri⁹ Et illud ſeptuplicat ſm ſeptem artes mechanicas: quas aſſignat Hugo de ſctō victo. in didaſcolicon. q̄ ſunt. ſ. lanificium. armatura. agricultura venatio nauigatio. theatrica medicina. Quarum ſufficientia ſic accipitur. Quā ois ars mechanica: aut eſt ad ſolatium ſiue ſit ad excludendam triſticiā: ſiue indigētiā: aut eſt ad cōmodū. ſiue illud prodeſt aut delectat. ſm illud Oratij. aut prodeſſe volūt aut delectare poete. Et iterū. Omne tulit p̄cti i qui miſcuit vtile dulci. Si eſt ad ſolatium ⁊ delectationem. ſic eſt theatrica. que eſt ars ludorū: oēm modū ludēdi cōtinens. ſiue ſit in cantibus: ſiue in organis. ſiue in figmentis. ſiue in geſticulatiōib⁹ corpis. Si vo ordinatur ad cōmodū ſiue ꝓfectū ſm exteriorē hoīem. hoc poteſt eē: aut quātū ad opimētū. aut q̄ʒtum ad alimētū. aut q̄ʒtum ad vtriuſqʒ adminiculum. Si quātū ad operimētū: aut illd' eſt de materia molli ⁊ leui. ſic eſt lanificium. aut eſt de materia dura ⁊ forti. ⁊ ſic eſt armatura ſiue ars fabrilis. que continet oēm armaturā fabricatā: ſiue ex ferro: ſiue ex quocūqʒ metallo. ſiue ex lapide: ſiue ex ligno. Si vero iuuat quantum ad alimētū. hoc pōt eſſe dupliciter. q̄ cibamur vegetabilibus ⁊ ſenſibilib⁹ Si quantum ad vegetabilia: ſic eſt agricultura. Si quantum ad ſenſibilia. ſic eſt venatio. Uel aliter. q̄ iuuare quātum ad cibum pōt eſſe dupliciter. Aut quātum ad ciborū geniturā ⁊ multiplicationē: ⁊ ſic eſt agricultura aut quātū ad ciborum multiplicatorū ꝑparationem. ⁊ ſic eſt venatio. q̄ cōtinet omnes gen⁹ preparandi cibos ⁊ pot⁹ ⁊ ſapores. qd' pertinet ad piſtores: cocos ⁊ caupones. Denoiatur aūt ab vnius parte ſolū ꝓpter quādā excellentiā ⁊ cōparabilitatē. Si aūt ad vtrūqʒ adminiculum. hoc eſt dupliciter. aut defectu ſupplendo. ⁊ ſic eſt nauigatio: ſub qua ↄtinetur omnis mercatio. ſiue pertinentiū ad operimētū. ſiue ad alimentū. aut remouēdo impedimentum aut nocumentū. ⁊ ſic ē medicina: ſiue que cōſiſtit in ↄfectione electuariorū: ſiue potionum: ſiue vnguentorum: ſiue curatione vulnerū: ſiue deciſiōe mēbrorū: ſicut chyrurgia. theatrica aūt eſt vnica. Et ſic patet ſufficientia. ¶ Scd'm lumē qd' illuminat nos ad formas naturales apprehēdēdas eſt lumē cognitionis ſenſitiue. qd' recte dicitur inferius. q̄ cognitio ſenſitiua ab inferiori incipit. ⁊ fit beneficio lucis corporalis. Et hoc quintuplatur ſm quinqʒ ſenſus. Quorum ſufficientiā ſumit Auguſtinus ſm naturam luminis elementorum: in q̄rto ſup Geneſi. hoc mō. Quia lumen ſiue lux faciens ad diſtinctionē rerum corporearū. aut eſt in ſue proprietatis eminētia: ⁊ quadam puritate. ⁊ ſic eſt ſenſus viſus: Aut cōmiſcetur aeri. ⁊ ſic eſt auditus. aut vapori: ⁊ ſic eſt odoratus. aut humori. ⁊ ſic ē guſtus. aut terree groſſiciei. ⁊ ſic eſt tact⁹. Spiritus enim ſenſibilis naturam luminis habet ⁊ in neruis viget. quorum natura eſt clara ⁊ peruia. ⁊ in iſtis quinqʒ ſenſibus multiplicat ſm maiorem ⁊ minorē depurationē. Itaqʒ cū quinqʒ ſint corpa mundi ſimplicia. ſ. q̄tuor elementa: ⁊ quinta eſſentia: vt hō omnes formas corporeas poſſet percipere. quinqʒ ſenſus habet illis correſpondentes. q̄ nulla fit apprehēſio niſi per aliquā ſimilitudinē ⁊ cōuenientiā organi ⁊ obiecti: pro eo q̄ ſenſus natura determinata eſt. Et ⁊ alius modus ſufficientiam ſenſuū ſumendi. ſed hūc approbat auguſtinus. ⁊ rationabilis videtur. q̄ ad hanc ſufficientiam ſimul ↄcurrūt correſpon

dētia ex pte organi: medij: ⁊ obiecti. ¶ Ter-
tium lumen qđ illuminat ad veritates intelli
gibiles perſcrutandas eſt lumen cognitionis
philoſophice. quod ideo interius dicitur. q̄:
interiores cauſas ⁊ latentes requirit. ⁊ hoc ꝑ
principia diſciplinarum ⁊ veritatis naturalis
que homini naturaliter ſunt inſerta. Et hoc
triplicatur: in rationalem: naturalem ⁊ mo-
ralem. Et ſufficientia poteſt ſumi ſic. Eſt eñ
veritas ſermonum: veritas rerum: ⁊ veri-
tas morum. ¶ Rationalis veritatē ſermo
nū cōſiderat: naturalis veritatē rerū. moral'
v̄itatē morū. ¶ Vel aliter. ſicut in ſūmo deo
eſt conſiderare rōnem cauſe efficiētis: forma
lis ⁊ exemplaris. q̄: eſt cauſa ſubſiſtendi: ra-
tio intelligendi: ⁊ ordo viuendi. ſic in ipſa illu
minatione phīe: quīa aut illuminat ad cogno-
ſcendas cauſas eſſendi. ⁊ ſic eſt phyſica. aut
rōnes intelligendi: ⁊ ſic eſt logica. aut ordinē
viuendi. ⁊ ſic eſt moralis. ¶ Tertio mō ſic:
q̄: lumen cognitiōis philoſophice illuminat
ipſam intelligentiam. hoc aūt pōt eē triplici-
ter. Aut inquantum regit motiuam: ⁊ ſic eſt
moralis: aut inquantū regit ſeipſam. ⁊ ſic eſt
naturalis: aut inquantum regit interpretati-
uam. ⁊ ſic eſt ſermocinalis. vt ſic illuminetur
hō ad veritatem vite: ad v̄itatē ſcientie. ⁊ ad
veritatem doctrine. ¶ Et quī tripliciter pōt
aliquis per ſermonē quē habet apud ſe inter
pretari. vt. ſ. vel notum faciat mentis ſue cōce
ptum: vel vt amplius moueat ad credendū.
vel vt moueat ad amorem vel odiū. ideo ſer
mocinalis ſiue rationalis phīa triplicat. ſ. in
grāmaticam: logicā ⁊ rhetoricā. Quaꝝ pri-
ma eſt ad exprimendū. ſecūda ad docendū.
tertia ad mouendum. Prima reſpicit rōnē
vt apprehenſiuam. ſecunda vt iudicatiuam.
tertia vt motiuam. ¶ Et quia ratio apprehē
dit per ſermonē cōgruū. iudicat per veꝝ. mo
uet per ſermonē ornatū. hic eſt q̄ hec triplex
ſcientia has tres paſſiones circa ſermonem
cōſiderat. ¶ Rurſus quī itellect⁹ noſter di
rigi habet in iudicando ſꝫ rōnes formales.
⁊ he tripliciter poſſunt conſiderari: vel cum

paratione ad materiā. ⁊ ſic dicunt̄ rōnes for
males: vel in compatiōe ad aīam. ⁊ ſic dicū-
tur intellectuales: vel in comparatiōe ad di-
uinam ſapientiam. ⁊ ſic dicunt̄ ideales. ideo
naturalis phīa triplicatur. ſ. in phyſicaꝫ pro
prie dictā: in mathematicā. ⁊ in metaphyſi-
cam. Ita q̄ phyſica conſideratio eſt circa re
rum generationem ⁊ corruptionem ſm̄ v̄tu
tes naturales ⁊ rōnes ſeminales. Mathe-
matica eſt circa conſiderationem formaꝝ ab
ſtrahibiliū: ſm̄ rōnes intelligibiles. Meta-
phyſica circa cognitionem omniū entiū q̄ re
ducit ad vnū primi principiū: a quo exierūt
ſm̄ rōnes ideales. ſiue ad deū inquātū prin-
cipiū: finis ⁊ exemplar. Licet inter metaphy-
ſicos de hmōi rōnibus idealibus nōnulla fu
erit controuerſia. Poſtremo q̄: regimen vir
¶ Quarto cõſidera qua ꝺ cauſa patitur. ⁊ teipſum obliuiſcere per deuotionis exceſſũ. Quia patitur ſcilicet

Pro
Tua redemptione
Tua illuminatione
Tua ſanctificatione.
Tua glorificatione.

¶ Quinto conſidera: quali forma patitur ⁊ ipſum induere per aſſimilationis amictũ. Paſſus eſt enim ſicut verus agnus

Libentiſſime: reſpectu proximi.
Seueriſſime reſpectu ſui.
Obedientiſſime: reſpectu patris.
Prudentiſſime: reſpectu aduerſarij.

Stude igitur ad habendum habitum ſꝫ effigiem imitationis chriſti. ſcilicet

Benignitatis
Seueritatis.
Humilitatis.
Perſpicacitatis

¶ Sexto conſidera quanta ſint que patitur. ⁊ crucem amplectere per paſſionis deſiderium. vt ſicut chriſtus paſſus eſt

Vincula: vt impotens omnipotentia.
Conuicia: vt vilis bonitas.
Ludibria: vt ſtulta ſapientia
Supplicia: vt iniqua iuſticia.

Sic ⁊ tu deſidera paſſionem crucis. hoc eſt paſſionem

Iniurijs in rebus.

Contumelijs in verbis
Plenam Ludibrijs in signis
Supplicijs in tormentis

¶ Septimo conſidera quid ex hoc conſeq̄tur q̄ patitur. ⁊ veritatis radiū intuere p̄ cōtemplatōis oculū. Quī ex hoc q̄ agnus paſſus eſt: ſeptē ſignacula libri apta ſūt. Apoca. v. Liber iſte eſt vniuerſalis reꝝ noticia. in q̄ ſeptem erant clauſa homini. que q̄dē ſunt p̄ paſſionis chriſti efficaciā reſerata. ſ. Deus admirabilis. Spūs intelligibilis. Mundus ſenſibilis. Paradiſus deſiderabilis. Infernus horribilis. Virtus laudabilis. Reatus culpabilis.

¶ Primo enim deus admirabilis manifeſtatus eſt nobis per crucem eſſe ſūme ⁊ inſcrutabilis ſapiē ſūme ⁊ irrep̄hēſibilis iuſticie. ſūme ⁊ inenarrabilis miſericordie. Sūma enim ſua ſapīa decepit diabolū. Sūma ſua iuſticia queſiuit redemptōis p̄ciū. Summa ſua miſericordia p̄ nobis tradidit filiū ſuū. Que ſi diligenter conſiderentur. deum nobis clariſſime manifeſtant.

¶ Scōo ſpūs intelligibil' nobis manifeſtatus eſt p̄ crucē: ſm̄ differentiā triplicē. ſcilicet.

Sit benignitatiſ: q̄ʒtū ad angelos
Quāte Sit dignitatiſ: q̄ʒtū ad homines.
Sit crudelitatis: quantum ad demones. Nam

Angeli permiſerūt crucifigi dn̄m ſuū
Dei filius crucifix⁹ eſt pp̄ gen⁹ hūanū
Et h̄ ad crudelē ſuggeſtiōem demonū.

Tertio mūdus ſenſibil' nobis maīfeſtatus eſt p̄ crucē. qm̄ ē loc⁹ tenebraꝝ plen⁹. i q̄

Cecitas: qm̄ lucē vera ⁊ ſummam non cognouit.
Regnat Sterilitas: qm̄ ieſum chriſtum tanq̄ʒ infructuoſum deſpexit.
Impietas: qm̄ deum ⁊ dn̄m ſuum ⁊ amicum ⁊ innocentē dānatū ⁊ interfecit.

¶ Quarto padiſus deſiderabil' nobis manifeſtatus eſt per crucem. in quo eſt.

Faſtigium totius glorie.
Spectaculum omnis leticie.
Promptuarium omnis opulentie.

Unde de⁹ p̄pter illaʒ habitationē nobis reſtituendam: factus eſt pro nobis homo. ſciʒ.

Vilis
Miſer
Pauper

In quo celſitudo abiectionē induit. iuſticia reatum ſubijt. opulentia egeſtatem ſuſcepit. Nā altiſſimus imperator accepit ſeruituteʒ abiectā vt ſublimaremur in gl'ia. Iuſtiſſim⁹ iudex ſubijt reatum penaliſſimum: vt iuſtificaremur a culpa. Opulentiſſimus dn̄s ſuſcepit egeſtatem extremam. vt locupletaremur in copia.

¶ Quinto infernus horribilis manifeſtatus eſt nobis per crucem. locus vtiq̄ʒ plenus

Egeſtate ⁊ penuria
Omni Vilitate ⁊ ignominia.
Calamitate ⁊ miſeria

Unde ſi neceſſe fuit hec chriſtum pati propter peccati delectionem. multo fortius oportet hec pati dampnatos: propter iuſtam meritorum ſuorum retributionem.

¶ Sexto manifeſtata eſt nobis per crucem virtus laudabilis. quantum ſcilicet

Precioſa
Sit Specioſa.
Fructuoſa.

Vere Precioſa. q̄ʒ potius voluit xp̄s vitam corporalem perdere: q̄ʒ virtuti contraire.
Specioſa: quia in ipſis contumelijs relucebat.
Fructuoſa: q̄ʒ vnus actus perfecte virtutis infernum ſpoliauit: celum aperuit: perdita reſtaurauit.

¶ Septimo manifeſtatus eſt nobis per crucem reatus culpabilis: quantum ſit deteſtabilis: cum ad ſui remiſſionem indigeat

Magno precio
Tam Grandi piaculo.
Difficili medicamento.

¶ Ecce igitur habes quomodo in cruce oīa

maniſeſtantur ſi bene ad hec ſeptem reducā tur. Omnia enim ad hec ſeptem reducūtur Unde ipſa crux vere beata

Eſt
Clauis.
Porta.
Via.
Splendor veritatis

Quā qui deuote ſibi tollit: et ſequitur chriſtum iuxta modum prefiguratum: non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vite.

§ Gradus autem perueniendi ad dulcorem charitatis: ſunt iſti ſeptem. ſ.
Vigilantia ſollicitans
Confidentia confortans.
Concupiſcentia inflammans
Excedentia eleuans.
Complacentia quietans
Leticia delectans.
Adherentia conglutinans.

In quibus hoc ordine pgredi debeo: quis ad perfectionē charitatis et amoris ſponſalem ptingē. ¶ Primo ergo neceſſe ē: vt vigilātia te ſollicitet: pp ſpōſi ꝓpinquitudinē. adeo vt poſſis dicere illō ps. Deus deus meus ad te de luce vigilo. Et illud ſponſe Canti. v. Ego dormio et cor meum vigilat. Et illud yſa. xxvi. Anima mea deſiderauit te in nocte. ſed et ſpū meo in precordijs meis: de mane vigilabo ad te. ¶ Secundo vt ꝯfidentia te confortet: pp ſpōſi certitudinem: adeo vt vere poſſis dicere. In dño confido. Et illud In te dñe ſperaui. Et illud Job. xiij. c. Etiam ſi occiderit me in ipſo ſperabo. ¶ Tertio vt concupiā te inflāmet pp ſponſi dulcedinē: adeo vt poſſis dicere. Sicut ceruus deſiderat ad fon. aquarū: ita deſi. aīa mea ad te deus. Et illud Canti. viij. Fortis eſt vt mors dilectio. Et illud. Quia amore langueo. ¶ Quarto vt excedentia te eleuet: propter ſponſi celſitudinem: adeo vt poſſis dicere cū ps. Quā dilecta tab. t. dñe v. Et illud Canti. i. Trahe me poſt te et c. Et illō Job. vij. Suſpendium elegit aīa mea. ¶ Quinto vt cōplacentia te quietet: pp ſpōſi pulcritudinem: adeo vt poſſis dicere illud ſponſe. Canti. ij. Dilectus meus mihi: et ego illi. Et illō Cāti. v. Dilectus meus cādidus et rubicūdus: electus ex milibus. ¶ Sexto vt leticia te delectet ꝓpter ſpōſi plenitudinē: adeo vt poſſis dicere. Scdm multitudinem dolorū meorum in corde meo. c. t. l. a. m. Et illud. Quā magna multitudo dul. t. dñe. Et illud. ij. Chorin. vij. Repletus ſum conſolatione: ſuperabundo gaudio et c. ¶ Septimo vt adherētia te conglutinet: pp amoris ſpōſi fortitudinē: adeo vt poſſis dicē illud ps. Mihi aūt adherere deo bonū eſt. Et illud pauli. Quis nos ſeparabit a charitate chriſti. ¶ In his .n. gradibus ordo eſt neceſſarius ē anvltimū. nec ad illū perueniī niſi p gradus intermedios: et mutuo ſe pariunt. Et in primo viget ꝯſideratio. in ceteris vero ſequentibus dñat affectio. Vigilantia .n. ꝯſiderat qꝫ honeſtū: qꝫ ꝯferēs: qꝫ delectabile ſit diligere deū. Et ex hoc quaſi nata ꝯſidētia parit ꝯcupiſcētiā: et illa excedētiā. quouſqꝫ pducaī ad copulā: et oſculū: et āplexū dilecti et amātiſſimi.

¶ Gradus pertinētes ad purgationem ſic diſtinguuntur.

Oſſunt aūt dicti gdus aliī diſtigui. et quaſi in idem redeūt: vt primo diſtinguantur gradus purgationū ſic

p. ꝓpter
Flagitium erubeſce.
Iudicium contremiſce.
Damnum ingemiſce.
Remediū implora ſubſidium
Aduerſariū extingue īcēdiū.
Brauiū anhela ad martyriū
Vmbraculū approxima ad xpm

¶ Gradus pertinentes ad illuminationem ſic diſtinguuntur Nota.

Quis patiī: et credens captiuare.
Qualis q patiī: et ꝯdolēs amaricare.
Quātus qui patiī: et ſtupēs admirare.
Qua de cauſa patiī: et ꝯſiderans ꝑarc.
Quali forma patiī: et ſequēs aſſiſtare.
Quāta q patiī. et ardens amplectare.
Quid ad hoc conſequitur qꝫ patitur. et intelligens contemplare.
Gradus vie vnitiue ſic diſtinguuntur.

 

Vigilantia ſollicitet: propter ſpōſi ꝓm ptitudinem -tudines
Cōfidentia corrobo:et: ꝑ eius certi-
Cōcupia inflāmet: ꝑ eius dulcedinē
Te Excedentia eleuet: propter eius celſitu dinem -titudinem.
Complacētia alliciat: propter eius pul
Leticia inebriet: propter amoris eius plenitudinem. -titudinem
Adherētia cōglutinet: ꝑpter eius for-
Ut dicat ſp̄ deuota aīa in corde ⁊ in ore ſuo

Te quero
In te ſpero.
Te deſidero
Ad dn̄m In te conſurgo
Te accepto.
In te exulto
Tibi finaliter adhereo

¶ Nō ergo gradus [illegible] aliter di-
ſtingui ſ3 triplicē [illegible] triplici dile-
ctione conſonā. Nam cuilibet pro[illegible]
lenti: neceſſaria ſunt tria. ſ.

Amaritudo
Gratitudo
Similitudo

Et hoc poſt lapſum. Si enī homo nō peccaſſet: duo ſufficerent. ſ. gratitudo ⁊ ſilitudo. Gratitudo videlicet ꝑ gratiam. ſilitudo vero ꝑ iuſticiam. Sed nūc etiā neceſſaria eſt amaritudo ꝑ medicinam. Petā. n. per delectationem ꝑpetrata: nō pñt purgari aliquo mō aut dele ri: niſi eōrio per afflictionē ⁊ amaritudinem

In ipſa autem amaritudine debet
Ponderatio malorū cōmiſſorū propter proprias nequicias.
Eſſe Perpeſſio doloꝝ: ꝑ xp̄i āguſtias
Poſtulatio remediorum: propter proximi miſerias.

In gratitudine autem ſimili modo debet.
Admiratio beneficioꝝ: ꝑ crea tionē de nihilo -onē de pctō
Eſſe Accumulatio meritoꝝ: ꝑ reparati-
Actio grāꝝ ꝑ ereptōeȝ ð īferno.
Creatio ad imaginem
Fuit enī Redēptio p ꝓpriū ſanguinē.
Ereptio vſq3 ad celi altitudinē3

In ſilitudine etiā pari modo debet eē
Aſpectus vitatis eleuatus ad ſupiora.
Affect⁹ charitatꝭ dilatat⁹ ad exteriora.
Act⁹ virilitatꝭ ordinatus ad interiora.
Eleuatio ad ſuperiora debet diligenter fieri per aſpectum veritatis. ⁊ hoc
Contemplationem dei: intelligentia.
p Circūſpectionem vniuerſoꝝ: ſciā
Captiuationē iudicioꝝ: fide formata
Item dilatatio ſeu extēſio circa exteriora debet fieri diligenter ꝑ affectū charitatꝭ. ⁊ hoc
Appetitū deliciaꝝ celeſtiū: ſapientia.
p Amplexum rationabilium: amicitia
Contemptum voluptatum carnaliu3 modeſtia.
Item ordinatio ſiue exercitatio circa interiora d3 fieri diligenter per actum virilitatꝭ. ⁊ h
Aggreſſum difficilium: ſtrenuitate.
p Actum laudabilium: magnanimitate
Amplexum humilium: humilitate
Purgatio autem in amaritudine
Contritio reſpectu ſui: d3 eſſe dolo roſa per triſticias: propter mala ꝑmē tia ſeipſum: chriſtum ⁊ proximum.
Compaſſio reſpectu chriſti: d3 eſſe ti moroſa per reuerentiam: ꝑ iudicia
In q̄ eſt latentia: ⁊ rn̄ vera licet incerta. ſicut tempus dies ⁊ hora.
Cōmiſeratio reſpectu ꝓximi: d3 eſſe clamoroſa per confidentiam: ꝑpter ꝓcinia ſp̄ parata per deu3: per chriſtum: ⁊ per ſuffragia ſanctoꝝ
Illuminatio in ſimilitudine in qua eſt aſpectus veritatis prime. qui debet
Erectus ad incōprehenſibilia
Eſſe Extentus ad intelligibilia
Exinanitus ad credibilia.
In qua etiam eſt affectus charitatꝭ. qui deb3
Erectus ad deum
Eſſe Extentus ad proximum
Exinanitus ad mundum
In qua etiam eſt actus virilitatis: qui debet
Erectus ad commendabilia.

Eſſe Extentus ad cōmunicabilia.
Exinanitꝰ ad cōtemptibilia.
Equit̄ pfectio in gratitudine. in q̄ ē
ſ Uigilantia exurgēs ad cāticū: ꝓpt̄ bn̄ficioꝝ vtilitatem. Leticia exultās ad iubilum propter donoꝝ precioſitatē. Beniuolentia accendens ad amplexum: ꝓpter dantis liberalitatem. ¶ Nota q̄ aſpectꝰ veritatis debet eſſe erectus ad incomprehenſibilia. ⁊ hec ſunt myſteria ſumme trinitatis: ad que erigimur cōtemplando ea: ⁊ hoc dupliciter. Uel per poſitionē: vl' per ablationē Primū ponit auguſtinus. ſcđm dionyſius. ¶ Per poſitionē p̄mo itelligitꝰ in diuinis eſſe q̄daꝫ vt cōmunia. q̄daꝫ vt ꝓpria. q̄dā vt appropriata. Que ſi ſint media inter hec ⁊ illa. ¶ Intellige ḡ ⁊ cōtēplare ſi potes circa deū cōmunia. ⁊ vide qm̄ deꝰ ē Eſſentia pria Natura pfecta. Uita btā. Que neceſſariam habēt ꝯſeq̄ntiā. ¶ Iterū itēde ⁊ vide ſi potes: qm̄ deus eſt Eternitas p̄ns. Simplicitas replens. Stabilitas mouens. Que ſimiliter cōſequentiā habent ⁊ cōnexionē mutuā. ¶ Poſtremo attēde ⁊ vide qm̄ deꝰ ē Lux inacceſſibilis. Mēs inuariabil'. Pax icomprehēſibil'. Que nō tm̄ eſſentie vnitatē: ſꝫ etiam icludūt pfectiſſimā trinitatē. ¶ Lux quidem tanq̄ꝫ parēs generat ſplēdorē. lux aūt ⁊ ſplēdor: ꝓducūt calorē. ita q̄ calor ꝓcedit ad vtroqꝫ: licet non p modū p̄ris. Si ḡ deꝰ vere lux eſt inacceſſibil': vbi ſplēdor ⁊ calor eſt ſubſtantia. ibi hypoſtaſis vere in deo ē p̄r ⁊ filius ⁊ ſp̄ūſſctūs. Que ſunt ꝓpria diuinarū pſonaꝝ. ¶ Mēs etiā tanq̄ꝫ p̄ncipiū ꝯcipit ⁊ ꝓducit a ſe v̄bū: a quo emanat amoris donum. Et h' in omni mēte pfecta ē reperire. Si ergo deꝰ eſt mēs inuariabil'. planū ē in deo eſſe p̄ncipiū p̄mū: verbū eternū: ⁊ donū pfectum. que ſunt propria diuinaꝝ perſonarū. ¶ Pax etiā includit nexū plurimorū. Perfecte aūt necti non p̄nt niſi ſic eos. Sic eos autē eſſe non poſſunt: niſi ambo a tertio: vel vnꝰ ab altero. Sed in diuinis non p̄nt ambo eē a tertio eodem mō. Neceſſe eſt ergo q̄ ſi in diuinis ē vera pax: q̄ ibi ſit prima origo: ⁊ imago: ⁊ vtriuſqꝫ cōnexio. ¶ Deinde in diuinis ſunt appropriata ſ̄m triplicē differētiā ¶ Prima appropriata ſūt Unitas Ueritas Bonitas. Attribuit̄ vnitas patri: q: origo. Ueritas filio: q: imago. Bonitas ſpiritui ſancto: q: connexio. ¶ Scđa appropriata ſunt: ptās: ſapiā: volūtas. Attribuit̄ ptās patri: q: eſt principium. Sapientia filio: q: eſt v̄bum. Uoluntas ſp̄ūiſctō: q: eſt donum. ¶ Tertia appropriata ſunt: altitudo: pulcritudo: dulcēdo. Attribuit̄ altitudo p̄ri. ꝓpter vnitatem ⁊ ptātem. Nihil enim aliud eſt altitudo q̄ꝫ ſingularis ⁊ vnica ptās. Pulcritudo filio: propter veritatem ⁊ ſapiam. Nā ſapientia multitudinem ideaꝝ: v̄itas aūt eq̄litatē includit Pulcritudo aūt nihil aliud eſt q̄ꝫ eq̄litas numeroſa. Dulcedo ſp̄ūiſctō: ꝓpter bonitatem ⁊ voluntatē. Ubi eni ſūma bonitas eſt iūcta cum volūtate: ibi eſt ſumma charitas ⁊ ſūma dulcedo. ¶ Eſt igitur in deo Altitudo terribilis. ⁊ hic eſt ſtatus erectionis. Pulcritudo mirabilis. ⁊ hic eſt ſtatus contemplationis. Dulcedo deſiderabilis: ⁊ hic ē ſtatꝰ glificatiōis. ¶ Hec eſt igit̄ erectio p viā affirmationis. Sꝫ alia eſt eminētior: p viā negationis. Quā vt dicit diony. Affirmationes incōpacte ſunt. Negatiōes v̄o licet minꝰ videantur dicere. plus tm̄ dicūt. Et hic modus erectiōis eſt p abnegationē triū. ita q̄ in negatōibꝰ ill' ſit ordo. incipiēdo ab iferioribꝰ vſq; ad ſupiora. Eſt etiaꝫ ſupeminēti poſitiōis incluſio. Ut cū dicit̄. deꝰ nō eſt q̄d ſenſibile: ſꝫ ſupſenſibile nec imaginabile ſꝫ ſupimaginabile. nec itelligibile: ſꝫ ſupintelligibile. nec exiſtens hoc vl' hoc. ſꝫ ſup omne ens. Et tūc v̄itatis aſpectus fert̄ in mētis caliginē: ⁊ altius eleuat̄: ⁊ pfundius egredit̄: ꝓ eo q̄ excedit ſe ⁊ oē creatū. Et hic eſt nobiliſſimꝰ eleuatiōis modus. Si tm̄ ad hoc q̄ ſit pfectꝰ: exigit aliū. ſicut pfectio illuminatiōnē: ⁊ ſicut negatio affirmationē. ¶ Hic aūt modus aſcēdēdi tāto ē vigoroſior: q̄ꝫto vis aſcēdēs ē itimior. tāto fructuoſior: q̄ꝫto affectio proximior. Et iō vtile vi

de eſt in illa exerceri. ¶ Ut ergo in hac ele-uatióe ꝟitatis aſpect⁹ ſe valeat exercere: no-ta ꝙ in prima hierarchia veritas eſt Aduo-cáda p gemitū ⁊ orónem. ⁊ hoc eſt angeloꝝ Audiéda p ſtudiū ⁊ deuotionē: ⁊ hoc eſt ar-changelorum. Annūcianda p exemplū ⁊ pre-dicationē: ⁊ hoc eſt principatuū. ¶ In ſecun-da hierarchia veritas eſt Adeūda p refugiū ⁊ cōmiſſionē. ⁊ hoc eſt poteſtatuū. Appre-hendenda p zelū ⁊ emulationē. ⁊ h̄ ē ꝟtutū. Aſſocianda per ſui cōtēptū ⁊ mortificationē ⁊ hoc eſt dn̄ationū. ¶ In tertia hierarchia veritas eſt Adoranda per ſacrificiū ⁊ laudē ⁊ hoc eſt thronorū. Admiranda p exceſſum ⁊ contemplationem: ⁊ hoc eſt cherubin. Am-plexanda per oſculum ⁊ dilectionem, ⁊ hoc eſt ſeraphin.

¶ Nota diligenter predicta: quoniam in il-lis eſt fons vite.

¶ Finit paruum bonum: vel regimen con-ſcientie ſcti Bonauē. qḋ vocat̄ fons vite.

¶ Incipit Centiloquiū ſcti Bonauenture.

E

Ece deſcripſi eam tibi tri-pliciter in cognitionibus ⁊ ſcia. vt oñderem tibi firmi-tatem ⁊ eloq̄a ꝟitatꝫ rńdē ex his illis q miſerūt te, p-uerb. xxij. Informans ſapi-ens in his ꝟbis eū q intēdit ad pdicationis officiū promoueri. quattuor innuit ſtudioſo di-ſcipulo vidēda. ſ. in quo ē ſtudēdū. q: in triná traditione: cū dicit. Ecce deſcripſi eā. ſ. doctri-nā ſacrā tripliciter. q: ad diſcretionē boni ⁊ mali i formaui rōnalē. ad reiectionē mali a[ni]ma ire iraſcibilē. ad dilectionē boni excitaui ꝯcu-piſcibilē. Itē tripl'r doctrina ſacri canōis eſt deſcripta, q: p̄ter l'ralē ſenſuꝫ trib⁹ modis tra-dit exponēda. ſ. moral'r ſiue tropologice. alle-gorice. ⁊ anagogice. Tropologia ſiue mora-litas eſt. qñ p illḋ qḋ factū eſt dat̄ īelligi qḋ faciendū ē. Allegoria ē. qñ p illḋ qḋ factū ē intelligit̄ illud qḋ credendū ē. Anagogia eſt quaſi ſurſuꝫ ductio. qñ p vnū factū itelligēdū eſt illḋ qḋ deſiderádū ē. ſ. eterna felicitas btō-rū. ¶ Scđo de q̄ ē ꝯferendū. q: d' audita le-ctōe. cū addit. i cogitatōib⁹ ⁊ ſcia. i. vt cogites q̄ audiſti. ⁊ itellectū freq̄nt̄ cogas circa rumi-natōeꝫ: vt ſcias vbi audita ⁊ ruminata cōpre-hēdas p cognitionē. ¶ Tertio qd ꝓponēdū in pdicatiōe. q: pcepta moralia q̄ ſub lege na-ture: ſcripture ⁊ grē firma ⁊ imobilia ꝑmā-ſerūt: ⁊ euāgelia pcipue q̄ ex ore altiſſimi ꝓ-dierūt: eū dic̄. vt oñderē tibi firmitatē ⁊ elo-qa ꝟitatꝫ. ¶ Quarto p qḋ rń ſdū i terro-gatōe. q: p eo q ſūt ex lectōe cognita. i rōe col-lecta: ⁊ pdicatōe ꝓceptata: ſubiūgit. rńdere ex his: examiatorib⁹ illis q miſerunt. i. miſſi ſūt quō examinēt te. ¶ In ámiminiculuꝫ itaqꝫ puuloꝝ: rudis rogat⁹ a rudib⁹: rudē tractatū rudib⁹ cōpilaui. i q̄ rudiū ruditas circa gene-ralia theologie ſaltē rudit̄ poterit erudiri: ⁊ ex lacte iſácie ad cibū ſolidū ꝑuia dei grā cuꝫ ſenſus iduſtria ꝑpari, Collegi aūt hec ex di-ctꝭ ꝓboꝝ: q̄ hīc inde decerpēs i vni⁹ opuſcu-li āguſtiā coartaui. Qḋ cū ⁊ cētū recipiat ſe-ctōes: cētiloquiū poterit appellari. Cui⁹ ꝯti-nētia vt facili⁹ pateat requirēti: ꝑmittunt̄ cētū tituli ſectōnū. q̄ ex q̄ttuor ptib⁹ diſtiguuntur, In vniuerſo. n. agit̄ de q̄ttuor i p̄ńti opuſcu-lo. ſ. de malo ſub rōne culpe p̄. De malo ſub rōne pene ſcđo. De bono ſub rōne grē ter-tio. De bono ſub ratione gl'e quarto.

Pars prima habet. xxxiij. ſectōes.

P

Prima ē de malo culpe i generali
Secunda de tentatione.
Tertia de diffinitione peccati,
Quarta de peccato originali.
Quinta de peccato actuali.
Sexta de peccato veniali ⁊ mortali,
Septima de ignorantia.
Octaua de omiſſione ⁊ negligentia
Nona de cōmiſſione ⁊ acceptione
Decima de errore: prauo iudicio ⁊ plonariſ
Undecima de peccato conſenſus: de peccato contra conſcientiam: ⁊ de perplexitate.
Duodecima de mendacio: piurio ⁊ ꝯtētiōe,

Tredecima de adulatione. maledicto ⁊ detractione.
Decimaquarta de peccato operis.
Decimaquinta de ſeptem vicijs capitalib⁹ in generali.
Decimaſexta de differentia iter capitale vitium ⁊ initium peccati ⁊ radicem maloꝝ.
Decimaſeptima de ſuperbia.
Decimaoctaua de inanigloria.
Decimanona de inuidia.
Viceſima de ira.
Viceſimaprima de acidia.
Viceſimaſecunda de auaricia
Viceſimatertia de gula.
Viceſimaquarta de luxuria.
Viceſimaquinta de peccato ex infirmitate ⁊ ignorantia ⁊ induſtria.
Viceſimaſexta de idolatria ⁊ hereſi.
Viceſimaſeptima de interdicto ⁊ duab⁹ ſpeciebus excōmunicationis.
Viceſimaoctaua de duabus regulis generalibus circa excōmunicationem.
Viceſimanona de diuinatione
Triceſima ꝺ hypocriſi ſymōia ⁊ ſacrilegio
Triceſimaprima de rapina furto vſura ⁊ homicidio ⁊ ſcandalo.
Triceſimaſcḋa de peccatis luxurie ⁊ gule.
Triceſimatertia de paſſionibus ſiue proprietatibus peccatorum.

Secunda pars ſeptem recipit ſectiones.
Prima de vulneratiōe nālium
Secunda de ſpoliatiōe gratuitoꝝ.
Tertia de penis corporalibus.
Quarta de locis penalibus.
Quinta de apertione librorum.
Sexta de igne conflagrationis.
Septima de cruciatibus inferorum.

Tertia pars habet.xvij.ſectiones.
Prima de eo qḋ eſt frui ⁊ vti.
Secunda qḋ de deo trino ⁊ vno credendum eſt ⁊ intelligendum ⁊ exprimendum.
Tertia qualiter deus trinus ⁊ vnus manifeſtat ſe in effectibus creature.
Quarta de appropriatis patris.
Quinta de appropriatis filij.
Sexta de appropriatis ſpiritusſancti.
Septima de quattuor ſimul creatis ⁊ de menſuris durabilium.
Octaua de veritate exprimenda cum excluſione erroris circa productionem mundi.
Nona de triplici differentia creature.
Decima de productiōe machine mundialis
Vndecima de cōſiſtentia machine corpalis.
Duodecima de ſufficiētia celoꝝ [illegible]ne ſui.
Tredecia de q̄ttuor attributis āgel' cū ꝯditio
Decimaq̄rta ꝺ preuaricatiōe ſpirituū malignoꝝ
Deciaq̄nta de ꝯfirmatiōe ſpirituū bonorum
Decimaſexta de diffinitionibus angeli ordinis ⁊ hierarchie
Deciaſeptima ꝺ triplici diuiſiōe hierarchie
Deciaoctaua ꝺ cuſtodia hoīs per angelos.
Decimanona de diffinitionibus anime.
Viceſima de diuiſione potentiarum anime ſm magiſtros in quinq3 membra
Viceſimaprima de diuiſione potentiarum ſm naturales in tria membra.
Viceſimaſecunda de diuiſione potentiarū ſm theologos ⁊ naturales
Viceſimatertia de diuiſione potentiarū ſm auguſtinum
Viceſimaquarta de quo eſt anima
Viceſimaq̄nta de ꝯditiōe humani corporis.
Viceſimaſexta de toto homine ex corpore ⁊ anima conſtituto
Viceſimaſeptima ꝺ vniōe naturarū in xp̄o.
Viceſimaoctaua de perfectiōe grāe i xp̄o.
Viceſimanona de plenitudine ſapiē i eodē.
Triceſima de plenitudine ſui meriti.
Triceſimaprima de tolerātia ſue paſſionis.
Triceſimaſecunda de ſacra ſcriptura quantum ad duo teſtamenta
Triceſimatertia de preceptis decalogi
Triceſimaquarta de preceptorum ſumma.
Triceſimaquinta de gratia in ſe conſiderata quantum ad diffinitionem ⁊ diuiſiones ⁊ operationem.

Triceſimaſexta de gr͂a in comparatione ad habit⁹ gratuitos: vt ſunt v̇tutes in generali.
Triceſimaſeptima de fide.
Triceſimaoctaua de continētia ſymboli quā tum ad articulos.
Triceſimanona de ſpe.
Quadrageſima de charitate.
Quadrageſimaprima de prudentia
Quadrageſimaſecunda de temperantia.
Quadrageſimatertia de fortitudine.
Quadrageſimaquarta de iuſticia.
Quadrageſimaquinta de donis ſpūſſancti
Quadrageſimaſexta de beatitudinib⁹ ⁊ vita actiua cum operib⁹ miſericordie. ⁊ de vita contemplatiua cū oratione. ⁊ de duodecim fructibus: ⁊ quinqꝫ ſenſibus.
Quadrageſimaſeptima de ſacr̄is i generali
Quadrageſimaoctaua de baptiſmo.
Quadrageſimanona de confirmatione.
Quinquageſima de eucbariſtia.
Quinquageſimaprima de penitentia.
Quinq̄geſimaſecunda de vnctiōe extrema.
Quinquageſimatertia de ordine.
Quinquageſimaquarta de matrimonio
Quinquageſimaquinta de impedimentis matrimonij in generali.
Quinq̄geſimaſexta de ipedimēto affinitatis ⁊ cognatōis in ſpēali. ⁊ p̄ ō affinitate.
Quinquageſimaſeptia de cognatōe triplici.

Uarta pars tribus ſectionibus eſt contenta.
Prima de triplici differētia p̄mij.
Secunda de expedientia ad premium
Tertia de ſufficientia gaudij.

Incipit prima pars que h̄ꝫ.xxviij.ſectōes

De malo culpe i generali. Sectio.p̄ma

Malum conſiderare occurrit quantum ad diffinitionem. Quod diffinies Auguſtinus ait. Malū eſt priuatio modi ſpeciei: ⁊ ordinis. Ad cuius intelligentiā eſt notādū ꝙ creatura q̄libet q̄ntacūqꝫ modica cōparari habet ad deū ſ̄m triplex gen⁹ cauſe. ſ. efficientis: formalis ⁊ finalis. ⁊ ſic habet modū: ſpēꝫ ⁊ ordinē. Creatura v̇o rōnalis nō ſolū h̄ꝫ modū: ſpēm ⁊ ordinem: put eſt natura quedam ſicut cetere creature. verūetiam prout eſt volūtate libera. Uolūtas autēꝫ noſtra qū habet modū: ſpeciem ⁊ ordinem: tunc eſt bona. Tunc autēꝫ habet hec tria qū in operando continuat̄ virtuti diuine: vt p̄ncipio mouenti. cōformatur ei: vt regule dirigenti. vnit̄ ei vt fini quietanti. In p̄mo ē modus. in ſcd̄o eſt ſpēs. in tertio ordo attendit̄: ſ̄m triplex genus cauſe. Quācūqꝫ vero quis peccat mortaliter: diſcontinuat̄ neceſſario a deo tanq̄ꝫ a principio mouente. q: deus nunq̄ꝫ mouet ad peccm̄. Diſcordat a deo tanq̄ꝫ a regula dirigente. Elongatur ⁊ deordinatur a deo tanq̄ꝫ a fine quietante. ponens creaturā finem ſui. Et ſic malū culpe priuat ⁊ corrumpit hec tria inſeparabiliter ⁊ eq̄liter. non tñ totaliter in rōnali creatura: inquātum eſt agēs volūtarie ⁊ libē vltra alias creaturas. Malum vero pene corrumpit hec tria predicta: prout cum alijs creaturis conuenit in natura. Item conſiderat̄ malū quantuꝫ ad diſtinctionē. Diſtinguit̄ enim malū p triplicēꝫ differentiam. ſ. in malū culpe ſiue trāſgreſſionis. malū pugne ſiue tētatōis. malū pene ſiue punitionis. Malū culpe idem eſt qd̄ iniuſticia generalis ſiue abſentia debite honeſtatis vel paſſio voluntaria. Malum pene eſt abſentia debite delectationis cū ſenſu ſui ꝯtrij. ſiue paſſio inuoluntaria. Malum pugne tenet medium inter iſta. nam diabolo eſt culpa in inſtigādo. iuſto ē pena in reluctādo. Quātum ad ſubdiuiſionem. Subdiuidit̄. n. malū culpe ſ̄m ſe: ⁊ per ſe. qd̄ nullo modo poteſt bn̄ fieri: vt odire deū. ⁊ blaſphemare deū. In malum iꝫ ſe ſine in genere. vt occidē. qd̄ pōt bn̄ fieri. ppter iuſticiā. In malū ex circūſtantia. vt dare elemoſinā propter vanāgloriam. Itē ꝯſiderat̄ quantū ad introductionē. Et ſic malū origīatur a bono. i. a voluntate ⁊ libero arbitrio non efficiente. ſed deficiēte

subsistit nisi in bono nō enim est essentia aliqua vel natura sed corruptio boni q non pōt esse nisi in bono qd corrumpit .i. in libera voluntate. Contrarium bono. Ad qd intelligendum notandum q malū corrumpit ꝛ perimit iusticiam idest rectitudinē voluntatis. Tria enim circa rectitudinem anime attenduntur. scilicet potentia rectificabilis: hanc non corrumpit. habitus rectificans: hunc perimit simpliciter ꝛ corrumpit scilicet gratiam ꝛ virtutes habitus mediante hanc diminuit qm minus redditur homo habilis ad bonum per peccatū. nō tñ tollit eam. Nō enim opponit malū illi habilitati rōne nature cuius est. sed rōne grē ꝛ virtutis siue finis ad que est.

¶ De tentatione. Sectio ij.

Malū tentatōis sine pugne notificatur p diffinitōem Hugōis de sancto victore. Tentare est callide experiri. ꝛ quasi quibusdā blandis conatibus pbare. Aug. Omnis tentatio ꝓbatio ē. Cassiodorus. Tēptatio diaboli ē assimilatio apparētis boni ad fallendū. Sic etiā aliter diffinitur. Tentatio est pulsatio ex intentōe vel ꝓposito ad declarandum bonum hois siue malū. ¶ Multiplicatur p diuisionē: Potest enim tentatio ꝯsiderari quantū ad motiuū. ꝛ sic diuidit tentatio in eā que est ab hoste a carne: ꝛ a mūdo. Juxta illud. Mūdus: caro: demonia: diuersa. mouent ꝓlia. Item in eā que est tētatio: alia ab hoste alia a carne: prima generaliter. scda spēaliter. ¶ Diuidit etiā quantū ad instrumentū: ꝛ sic generaliter est illa diuisio gregorij. Est quedam tentatio per vicia. quedā p flagella. Spēalit ꝛ sic est illa sup psalmos: Omnē escam abominata est aīa eoꝝ. Multiplex est tentatio. quarū est error siue nescientia vie veritatis. Secunda: difficultas vincendaꝝ concupiscentiarū. Tertia tedium boni. Quarta: tempestas seculi. ¶ Quantū ad effectum: ꝛ sic generaliter est illa .i. Cho. x. Tentatio vos nō apprehēdat nisi hūana. Tentatio alia diabolica: alia humana. Diabolica malū habet cuius terminus in peccato. Humana nō habet peccatum eius q vel sine est peccati venialis. vel nulla est sine culpa. Specialiter ꝛ sic est illa de doctrina christiana. Diabolus tentat aut terrendo carnē: aut vulnerando animā aut expoliando gratia. ¶ Quātum ad gradum: ꝛ sic generaliter est illa ratio sua exterior alia interior. Spēaliter ꝛ sic est illa Grego. Tentatio quatuor modis pficit. suggestione. delectatione ꝛ consensu. ¶ Quantū ad tentandi modū. ꝛ sic est illa generaliter ꝛ implicite sup psalmos. Quia habitat in adiutorio. Quedā tētatio est leuis ꝛ occulta. quedā grauis ꝛ occulta. quedā leuis ꝛ manifesta. quedā grauis ꝛ manifesta. Generaliter ꝛ explicite. sic est illa Berū. p septem membra. Prima est ipportuna: q primaciter insistit. Scda est dubia: que animū dubietatis nebula inuoluit. Tertia est subita: que indicium rationis preuenit. Quarta occulta que deliberationis ordinem pterfugit. Quinta ē violentia. que vires nras transcendit. Sexta fraudulenta: q animū seducit. Septima perplexa. que varijs vicijs impedit. Si specialiter ꝛ implicite: sic est illa august. Diabolus tentat vt leo. tentat vt draco. Si specialiter ꝛ explicite: sic est illa grego. super Job. Diabolus opprimendo rapit. insidiando circūuenit minando terret. suadendo blanditur. desperando frangit. pmittendo decipit. ¶ Diuersificat aūt per intentionē. Nā tentat deus vt erudiat. diabolus vt decipiat. mundus vt alliciat. homo vt cognoscat. caro vt inficiat.

¶ De diffininitione peccati. Sectio iij.

Viso de malo culpe in generali: ꝛ de malo pugne qd impellit ad culpā: descendendū est ad pctm̄ in spēali. Circa qd tria considerare debemus .s. modum diuisiuū. modum diffinitiuū. modum punitiuū. Pōt autem peccatū cōsiderari formaliter. put dicit priuationē. ꝛ materialiter. p ut substernit sibi aliquam actionē. ¶ Habet ergo formales diffinitōes: put dicit priuationem p hūc modū. Nā aut dicit recessum a

bono:⁊ ſic trib⁹ diffinitōib⁹ q̄ſi idez circūlo quētib⁹ diffinit. Prima in libro de ciui. dei hec eſt. Peccatum eſt abſentia boni vbi de bet eſſe. Scōa in libro de chriſtiana religiōe Peccatū eſt appetitio nō naturarum mala rum:ſed deſertio melioꝝ. Tertia in libro de natura boni. Peccatū eſt corruptio ſpeciei: modi:⁊ ordinis. ¶ Aut dicit receſſum a na ture rectitudine.⁊ ſic triplex diffinitio idem circūloquens inuenitur. Prima eſt Dama ſceni. Peccatū eſt ab eo qđ eſt ſm naturā in id quod eſt preter naturam cōuerſio. Se cunda eſt anſelmi. Peccatū eſt carentia de bite iuſticie. Tertia eſt Auguſtini. Peccatū eſt defectus quidam a luce veritatis. naturā non perimens.ſed obſcurans. ¶ Aut dicit receſſum ab omnis boni complemento ⁊ ꝑ fectione.⁊ ſic tripliciter diffinit. Prio ab au guſtino in libro de libero arbitrio. Pecca tum eſt auerſio a bono incōmutabili. Secū do ab eodem in libro. de chriſtiana religiōe. Peccatū eſt carere bonis incōmutabilib⁹ q bus fruendū eſt. Tertio etiā ab eodē. Pec catū eſt tenebra intellectus. ¶ Habet quoqz peccatū materiales diffinitōes:ꝓut ſubſter nit ſibi actū.⁊ ſm hoc poteſt tripliciter cōpa rari. Aut ad deū quē offendit. Et ſic triplici ter diffinit. Prio ab auguſtino ꝯ manicheos. Peccatū eſt in ꝓceptis veritatis:vel in ipſa veritate errare. Scōo ab ambro.in li. de pa radiſo. Peccatū eſt ꝑuaricatio legis diuine: ⁊ celeſtiū inobediētia mādatoꝝ vel ꝓcepto rū. Tertio ab auguſtino. Peccatū eſt dictuz vel factū vel ꝯcupitū ꝯ legē dei. ¶ Aut ad virtutē quā excludit. Et ſic triplex dat diffi nitio de peccō. Prima ē Baſilij. Peccatuz ē diſpoſitio aīe:ꝯrie ſe habēs ad virtutē. Se cunda Augu.in libro de duab⁹ aīab⁹. Pec catū eſt volūtas retinēdi vel aſſequendi qđ iuſticia vetat. Tertia eſt Augu.in li. de vera religiōe. Peccatū eſt appetere q̄ xp̄s ꝯtēpſit: vel ꝯtēnere que xp̄s appetiit. ¶ Aut ad bo nū qđ pretendit. Et ſic tripli diffinit. Prio ab Aug.i li. de ci.dei. Peccatū eſt male vti bo no. Scōo ab eodē in li. de trinitate. Pecca tum eſt vti fruendis:⁊ frui vtendis. Silr in libro.lxxxiij. queſtionū. Tertio in libro de li bero arbitrio. Peccatū eſt ſpreto bono incom mutabili: rebus cōmutabilibus adherere. Due aūt inueniunt diffinitōes peccati. Una ē hec. Peccatum eſt actus incidēs ex defectu boni. Scōa eſt hec. Peccatū eſt demeritum pene eterne.

¶ De peccato originali. Sectio iiij.

Viſo de peccati diffinitōe:ſequit vi dere de diuiſiōe. Diuidit aūt peccatū in origiale ⁊ actuale. veniale ⁊ mor tale. delictū ⁊ cōmiſſum. Et he diuiſiōes ſu munt penes cauſam formalē. Itē in peccatū cordis:oris:⁊ opis. Itē in peccatū ſuperbie ſiue inanis glorie. inuidie:ire:acidie:auaricie: gule:luxurie. In ꝯcupiſcentiaz carnis. in cō cupiſcentiam oculoꝝ. ⁊ ſupbiā vite. In pec catū cogitationis:delectatōis:conſenſus. ope ris:⁊ ꝯſuetudis. Et he ſumunt penes cauſaz materialē. Itē peccatū aliud ex infirmitate: aliud ex ignorantia. aliud ex certa malicia ꝑ petrat. Itē peccatū aliud ex timore male hu miliante. aliud ex amore male accendente. Et he ſumunt penes conditiones peccantis. Item peccatū aliud in deū:aliud in ſe:aliud in ꝓximū. Et hec ſumunt penes circunſtan tias eius in quē peccatur. Primā diuiſiōez ꝓſequamur. Prio q̄ztum ad peccatū origi nale. Circa qđ ſunt quattuor attendēda. dif finitio:corruptio:curatio:⁊ noiatio. ¶ Dif finit aūt peccatū originale ab Anſel. ſic. Pec catū originale eſt carentia ſiue nuditas debi te iuſticie ꝑ inobedientiā ade facta. quā comi tatur carentia viſionis dei. Iſta diffinitio eſt formalis indicās huius peccati eſſentiā:cām ⁊ penā. Itē aliter diffinit ſic. Peccatū origi nale eſt viciū ex qualitate ſeminis in humana natura natū. Iſta eſt materialis:oñdens ori ginalis peccati effectū ⁊ originē. Itē diffinit tertio ab auguſtino ſic. Peccatum originale eſt concupiſcentia vel concupiſcibilitas que paruulū facit ꝯcupiſcibilē:adultum ꝯcupi

ſcentem. ¶ Corrumpiť aút gen⁹ humanú p originale peccatú: q: licet aïa nó ſit ex traduce originalis tñ culpa tráſit ab aïa ade ad animas poſteroꝝ: mediante carne infecta: tanq̃ꝫ p ꝯcupiſcentiá generata: ⁊ p libidinē ſeminata: que infectioné ſecū trahens: aïam ſibi vnitá inficit ⁊ vitiat. nó tñ pena: ſꝫ ⁊ culpa. Et ſic hó p ꝯcubitú generatiõ: naſciť natura filius ire. q: priuatus eſt rectitudine diuine iuſticie. ꝑpter cuius abſentiam incurrit q̃ꝫtú ad aïam infirmitaté: ignorátiá maliciá ⁊ ꝯcupiſcétiá. q̃ꝫtú vero ad corpus penalitates. laborē: dolorē: defectus: morbos multiplices. ⁊ ꝑter hec paená mortꝭ ⁊ incinerationis: pená carétie viſióis dei ⁊ amiſſióis glie celeſtis. tá in puulis q̃ꝫ in adultis. ¶ Curať aút originale peccatú p baptiſmū ſic quantú ad culpam: q tñ remanet quantú ad temporalem pená. Sic curať q̃ꝫtum ad reatú pene eterne: q remanet q̃ꝫtum ad actú ⁊ motum ꝯcupiſcentie. Sic curať in paréte q niꝭhilominus a curato parente tranſmittiť i generatam ꝓlem. Sic tolliť originalis culpe macula: q remanet ſequela. cú qua oportet nos pugnare: q̃ꝫdiu viuimus in hac vita.

¶ Nominať autem originale diuerſis vocabulis: tam ex parte culpe: q̃ꝫ ex parte pene. Comparatú enim ad aïam diciť infirmitas. q: reddit aïam impotenté reſiſtere motib⁹. Diciť feditas. q: ſm carnē anima róne corporis coinquinať. Diciť ꝓnitas. ꝑpter inclinationem appetitus ad malú. Diciť corruptio: q: ducit ad nihilum ſcꝫ ad peccatú. Dicitur vitiú: q: diminuit naturales virtutes. Dicitur languor nature propter diminutionem boni naturalis ⁊ delectabilis. ¶ Comparatum vero ad corpus dicitur lex carnis: q: eſt pena a lege iuſticie naturaliter inflicta. Diciť lex mébroꝝ: q: preſtat aptitudiné ad faciendú opera mala. Diciť tyrannus: propter dñationem quaſi violentá in ꝯcupiſcentijs. Diciť fomes: q: eſt cauſa materialis conſeruandi peccatú in carne. Ambroſius diffiniens fomité dicit ſic. Fomes eſt morbidus quidá affectus. qui cómouet ad illicitú deſideriú q̃ꝫtuꝫ ad actú generatiue ⁊ nutritiue. ¶ Comparatú ad actus delectabiles illicitos diciť ꝯcupiſcétia vł ꝯcupiſcibilitas. Differunt tñ. q: concupiſcibilitas dicit potentiá: concupiſcentia vero actum. Dicitur etiam libido: q: ſequitur quicquid libet. ſ. voluptuoſas delectationes in ſenſu. Comparatú vero ad pená ad quá obligat. diciť pctm̃ originale. quia eſt carentia vel nuditas debite ⁊ originalis iuſticie.

¶ De peccato actuali Sectio v.

s Equitur videre de peccato actuali. Circa qđ quattuor videamus. ſcilicet diffinitioné eſſentialé. originalitatem: differentiá materialé: ⁊ maioritatem. ¶ Diffinitur aút pctm̃ actuale ſic. Peccatum actuale eſt carétia debite iuſticie: facta p inobedientiam proprie volútatis. vel auerſio ab incómutabili bono: ⁊ ad boný cómutabile ꝯuerſio. ¶ Trahit aút pctm̃ actuale originem a libera voluntate vniuſcuiuſqꝫ p ſuggeſtionem: delectationé. ꝯſenſum ⁊ operatióem. Si aút ſuggeſtio ⁊ delectatio ſiſtunt citra ꝯſenſum: pctm̃ eſt veniale. ſi autem ſequatur ꝯſenſus ⁊ opus in his q̃ diuina lege prohibentur: pctm̃ eſt mortale cóſummatum. Si autem medio modo fiat: vt ſit ꝯſenſus ſine opere. hoc pót eſſe dupliciter. Quia aut hó vult in opus ꝓcedere: ſed nó pót. ⁊ tunc voluntas ꝓ facto reputať. nec minus culpabilis eſt q̃ꝫ ſi in ipſo facto deꝑhéderet. Aut nó vult in opus ꝓcedere: ſed vult interi⁹ voluptari in delectatióe. ⁊ tunc licet nó ſit pctm̃ plenarie ꝯſumatú. eſt tñ inter mortalia reputandú. qđ maxime de peccatis carnalib⁹ habet intelligi. ¶ Differentie materiales actualis peccati ſunt due. ſ. pctm̃ angeli ⁊ hoïs. Peccatú angeli inchoatú eſt in preſumptióe ſtatim enim vt vidit ſuá pulchritudiné ꝑſumpſit. ⁊ cóſummatú eſt in ambitione. q: preſumens de ſe appetijt qđ erat ſupra ſe. atqꝫ cóſummatú eſt in inuidie ⁊ odij auerſione. a: e quo nó potuit ꝫ obtinere qđ appetijt: ...

odio in inuidia cōtrarie. Et ſic in peccato luciferi ſuperbia preſumptiōis fuit prima generatione: ſuperbia ambitiōis fuit prima conſūmatione. Peccatū vero hoīs fuit inobediētia. ad quā precipitauit diabolus hoīem per triplex appetibile naturale. ſ. p bonū glorioſum. copioſum et delicioſum. Temptauit enim de excellentia: ſufficientia: experientia: ſine d trulentia. Diabolus enim p mulierē volēs deijcere hoīem: pmiſit mulieri dignitatē excellentiā dicens. Eritis ſicut dij. Deinde ſubiunxit cognitiōis abundantiā dicēs. Scientes bonum et malū. Tertio pretendit ſuauitatis experientiā. cū oſtendit ei lignū pulcrū viſu: et ad veſcendum ſuaue. Unde peccatū mulieris inchoatum fuit in ſuperbia progreſſum habuit in auaricia. qꝛ nō in rebus ſolū: ſꝫ etiā in ſcientia inuenitur auaricia. Conſūmatum fuit in gula. Et ſic deordinatū fuit quantū ad iraſcibilem appetendo alta. quātum ad rōnalem appetēdo ſcire oculta. quantū ad ꝯcupiſcibilē volendo guſtare ſuauia. ¶ Peccatū maius vnū altero dicit duodecim modis.

Primo cauſalitate. et ſic peccatū diaboli dicit maius eſſe. qꝛ eius inuidia mors intrauit in orbem terrarum. Scđo generalitate. et ſic peccatū primi parētis fuit maius. qꝛ ſe p totū genus humanū diffudit. Tertio enormitate. et ſic peccatū iude fuit maximū. qꝛ tradidit dnm ſaluatorē. Quarto ingratitudine. et ſic eius peccatū dicit eſſe maius: qui plura gratiarū dona percepit. Quinto piculoſitate: et ſic peccatū ignorātie dicit eſſe grauius: qꝛ periculoſius. Sexto inſeparabilitate. et ſic peccatū cupiditatis dicit eſſe maius. qꝛ cū cetera vicia cum hoīe ꝯſeneſcāt: ſola auaricia iuueneſcit. Septio importunitate. et ſic ſupbia dicit eſſe maximū petm̄. qꝛ etiā ex bonis opibꝰ generat. Octauo pnitate: et ſic luxuria dicit eſſe grauius. ad quā hoīes pniꝰ inclinant. Nono maioris grē impugnatōe. et ſic petm̄ in ſpm̄ ſctm̄ dicit eſſe grauiꝰ. Decimo rōne maioris offenſe. et ſic petm̄ idolatrie dicit eē maius. Undecimo rōne maioris facilitatꝫ reſiſtendi: et ſic petm̄ ade fuit grauiſſimū. Duodecimo rōne maioris iprobitatꝫ et libidinis: et ſic petm̄ cuiuſlibꝫ generis pt fieri maiꝰ alio.

¶ De pctō veniali et mortali Sectio vi.

o Equit̄ videre de diuiſiōe peccati in veniale et mortale. Ad cuius euidētiā tria ſunt breuiter attendenda. ſcꝫ ordo diuine iuſticie: qui imponit. peccatum veniale: qđ ꝯtrahit. et petm̄ mortale quod incurritur. Ordo aūt diuine iuſticie ad quē nos minus hoīem obligauit eſt. vt bonū incommutabile preferat bono ꝯmutabili. vt bonū honeſtū preferat bono vtili. et voluntas dei preferat voluntati nr̄e. et iudiciū rōnis recte preferat et preſit ſenſualitati humane. Peccatū vero actuale eſt inordinatio actualis voluntatis. Iſta aūt inordinatio ſi eſt tā modica qꝫ ordinē iſtū ñ exterminat: quāuis in aliquo pturbet: tūc petm̄ eſt veniale. Quod habemꝰ pertractare breuiter quantū ad diffinitionē: diſtinctionem: et curatōem. Diffinitur autē ſic. Peccatū veniale eſt libido ſiue amor voluptatis in creatura citra deū. Diſtinguitur autem veniale tripliciter. Nam qđdā eſt veniale ex ſurreptōe. et ideo veniale eſt: qꝛ non poteſt vitari tunc. et qꝛ pueniret preter rōnem ſemp eſt veniale. Qđdā eſt veniale ex cogitatōe ſine cōſenſu. et ideo veniale: qꝛ nō plene conſentit: vt in cogitatione et delectatōne de muliere citra conſenſum in delectationem: et ideo veniale fit mortale p complacentiā et cōſenſum. Qđdā eſt veniale cū delectatione et conſenſu. et ideo veniale eſt: qꝛ nō eſt deordinatio ꝯ preceptū. vt ebrietas et mendacium iocoſum. et iſtud cū ſit veniale. pter delectationem que eſt citra deū. tm̄ poteſt fieri mortale. pter nimiā libidinē et contēptū. Nō tm̄ intelligendū eſt qꝫ aliqđ veniale p eſſentiam fiat mortale. ſed qꝛ de veniali fit tranſitus ad mortale. p complacentiā et cōſenſum. ſiue p libidinē et contemptū. Curat aūt peccatum veniale p actus in qbus eſt aliqua humiliatio et deuotio. q qdē actus grā informati repugnant veniali. et ſic ad actū curationis et de

actionis venialis gratiam gratis facientem coad iuuare et vegetare. Huiuſmodi remedia his verſibus continent. Confiteor: tundo. reſpergor: conteror: oro. Signor: edo: dono. per que venialia pono. Unctio: pena leuis: compaſſio que fit egenis. Hec enim remedia ſunt. Generalis confeſſio. peccatoris tunſio. aque benedicte aſperſio. cordis contritio. dominica oratio. ſignatio ab epiſcopo. eucariſtie ſumptio. offenſe condonatio. extrema vnctio. leuis penitentia. compaſſio fraterna. ¶ Si aut est tanta deordinatio voluntatis: quod ordinem exterminat ſupradictum: tunc mortale est peccatum. quod pot conſiderari quantum ad diffinitionem: punitionem: et remiſſionem. Diffinitur aut ab Ambroſio ſic. Peccatum mortale est priuatio legis diuine: et celeſtium inobedientia mandatorum vel preceptorum. Pena peccati mortalis est eterna damnatio. Dicit enim mortale quia per ipſum vita gratie perdit in preſenti: et vita glorie in futuro. Et ſic contrahitur mors culpe. et infligit mors gehenne. Juſte aut propter mortale in quo quis finaliter perſeuerat: ſempiternaliter cruciat. Unde ſecundum Grego. quia peccator peccat in ſuo eterno: eternaliter est cruciandus. Secundum auguſtinum vero quia peccat contra bonum eternum et infinitum. eternaliter punitur. Curat autem ſiue remittit mortale peccatum per ſeptiforme remedium. ſcilicet per baptiſmum: elemoſynam: martyrium: conuerſionem proximorum. dimiſſionem iniurie: fletum penitentie: et per dignam eucariſtie ſumptionem. Attende tamen quod baptiſmus et penitentia non ſolum valent contra penam peccati. verumetiam contra culpam. cetera vero valent contra penam tantum. Unde verſus. Sunt ſeptem delere quibus mortalia poſſis. Fons: elemoſyna: martyrium: conuerſio fratrum. Inde peccanti dimittere: flere reatum. Sanguinis et carnis chriſti perceptio digna.

¶ De ignorantia.

Sectio vij.

Sequitur videre de diuiſione peccati in delictum et commiſſum. Preuaricatio preceptorum est delictum. hoc est tranſgreſſio preceptorum affirmatiuorum. Preuaricatio prohibitorum est commiſſum. id est preceptorum negatiuorum. Differentie delicti ſunt ignorantia: omiſſio: negligentia. Delictum dicit quaſi derelictum. id est boni deſertio. Bonum est duplex. ſcilicet ſciendum: cuius deſertio dicitur ignorantia. et faciendum ad quod duo requiruntur. ſcilicet quod fiat bonus actus. cuius deſertio dicit omiſſio. et quod bene fiat. id est cum debitis circumſtantijs. quarum deſertio dicit negligentia. Circa ignorantiam quadruplex diuiſio est attendenda. Prima est hec. Ignorantia: alia negationis: alia priuationis alia diſpoſitionis. Ignorantia negationis est in paruulis. que non est culpa neque pena: vſque ad prefinitum tempus. Ignorantia priuationis est in adultis: qui tempore determinato ignorant que poſſent ſcire. vel obliti ſunt que aliquando didicerunt. Ignorantia diſpoſitionis est qua quis opinatur contraria fidei. que potest erronea dici: et est in hereticis. Prima excuſat a toto ſecunda a parte non a toto. tertia accuſat a toto: quia peruerſam ſequitur voluntatem. ¶ Secunda diuiſio est hec. Ignorantia alia facti. alia iuris. Juris: aut iuris naturalis. et hec non excuſat: cum ſit ſcriptum in corde hominis. vel iuris diuini. vt legis prophetarum: euangelij: et doctrine apoſtolice. et iſta accuſat ſicut de magno et mortali delicto prelatos. maxime epiſcopos et metropolitanos: qui tenent de fide et ſpe reddere rationem. Accuſat autem ſicut de veniali clericos ſimplices et illiteratos: qui cum potuiſſent diſcere noluerunt. Laicos vero in nullo accuſat. quia ad ipſos non pertinet dummodo non contemnant. Si est iuris poſitiui. vt legum et decretorum: ſolos iudices accuſat. Si est ignorantia iuris continentis morales conſtitutiones eccleſiaſticas: ad diſcernenda peccata: accuſat ſacerdotes et confeſſores. Si vero est ignorantia facti: aut indifferentis. ſic ſufficienter excuſat. aut neceſſarij ad ſalutem. et ſic: aut non potest vitari ſicut in amente: qui a natiuitate caruit iudicio rationis: et hec excuſat. Aut pot vitari: ſicut iudeis et paganis. qui potuerunt ſcire chri-

ſtum paſſum fuiſſe ꝓ ſalute hoim: ꝛ hec nō excuſat. ¶ Tertia diuiſio ignorantie eſt. q: alia eſt ſimplex. vt qñ aliqs neſcit que tenet̃ ſcire. facit tamē aliquid. ſed non plene: vt illa ſciat. hec excuſat a tanto ſed non a toto. Alia eſt craſſa ſiue ſupina. vt qñ quis negligit ſcire que tenetur. ꝛ tamen nō eſt determinatuꝫ ei ꝙ teneatur ſcire illa. hec minus excuſat. nō excuſat a toto ſed a tanto. Alia eſt affectata ſiue affectiua. vt qñ aliquis negligit ſcire q̄ teneatur ſcire: cuꝫ ei ſit determinatū ꝙ teneatur ſcire illa. hec accuſat potius q̄ʒ excuſat. ¶ Quarta diuiſio eſt. Ignorantia: alia vincibilis. alia inuincibilis. Vincibilis alia poteſt remoueri cum magna difficultate: vt in valde hebetibus. hec excuſat a tanto: non a toto. ſi eſt de neceſſarijs ad ſalutē. Alia pōt remoueri cū facilitate. vt in ingenioſis. hec nō excuſat. Inuincibilis: alia eſt inuincibilis per naturā: vt in pueros: qui nō vtit̃ ratione. ꝛ in decrepito qui nō diſcernit. ꝛ in eo qui naſcitur amens. hec excuſat a toto. Alia eſt inuincibilis per culpā. vt in eo qui per culpā effic̃ furioſus. ꝛ ſm quoſdā nō excuſat a toto.

¶ De omiſſione ꝛ negligentia.

Sectio viij.

Viſo de ignorātia que eſt deſertio debite ſcientie. ſequit̃ videre de omiſſione ꝛ negligētia: q̄ dicūt deſertioēꝫ rei debite faciende. ¶ Omiſſio eſt deſertio actus debiti ī tpe determinato. Et dicit̃ act⁹ debitus quē tenemur facere. Circa omiſſionem aūt habemus videre q̄tuor: actus debitos. Tentionē. Diſtinctionem. Deſcriptionem. Abſolutōem. Dicit̃ aūt omiſſio derelicto actus: non circūſtantie. actus principalis: nō annexi. precepti affirmatiui: nō negatiui. Eſt aūt triplex tentio quā omittere non debemus. Quedā eſt rōne diuine obligationis ꝛ hec eſt duplex. vna ad agendū: vt in ꝑceptis affirmatiuis. vt honora patrem tuū. Alia ad non agendū. vt in preceptis negatiuis ſiue ꝓhibitionibus. vt nō occides. Prima obligat ſemper: ſed non ad ſemper: niſi ꝓ loco ꝛ tpe. Secūda obligat ſemꝑ ꝛ ad ſp. Quedā eſt rōne ſpontanee ꝯſenſionis. vt in cōtractibus: votis: iuramētis: ꝓmiſſis: ꝛ obligatione quā facit ꝯſcientia. Quedā ratiōe culpabilis offenſionis. Nam ꝓpter culpam mortalē obligat̃ homo ſiue tenet̃ ad penam eternalē. ꝓpter venialē vero ad penā tꝑalē. Deſcribit̃ aūt tentio ſic. Tentio eſt alieni ꝑcepti vel ꝓhibitōis: vel ꝓprij aſſenſus: vel culpe ad agendū vel nō agendū: vel patiēdū obligatio. Ad agendū q̄ʒtum ad precepta affirmatiua. ad nō agendū quantū ad ꝑcepta negatiua ꝛ ꝓhibitōes. ad patiendū quantuꝫ ad culpā. Triplex eſt aūt abſolutio predicte triplicis tentionis: ſcꝫ impoſſibilitas: diſpenſatio: ꝛ penitentia. ¶ Negligentia eſt debite circumſtantie derelicto in bono opere faciendo. Circa quā breuiter ſunt videnda tria. ſcꝫ eius originatio: denoīatio. cōcomitatio. Orit̃ur autem negligentia ex torpore. Unde dicit Grego. Duo ſunt in bonis operib⁹ timēda. deſidia ſcꝫ ꝛ fraus. Deſidiam facit minor amor dei. Fraudem maior amor ſui. Itēꝫ deſidia per torporem naſcitur. Fraus per ꝑuatam dilectionem. Fraus iſta ſic notificatur. Fraudē in opere dei perpetrat. q ſe inordinate diligēs: ad remunerationis tranſitorie bona feſtinat. Tripliciter aūt fraus iſta cōmittitur. aut cum cordis humani gratia. aut fauoris aura. aut cum quelibet res exterior deſideratur. Ut enim bonū opus bene fiat: reqrinir bonus finis. quē qui omittit: fraudat̃. Reqruntur ꝛ alie circūſtantie: vt loc⁹: tēp⁹ modus. q̄s q omittit: vtiqꝫ negligit. Noiat̃ autē duplici vocabulo. ſcilicet negligentia ꝛ deſidia. q ſi large accipiantur cōmunia ſunt ad q̄mcunqꝫ omiſſionem: tā actus debiti q̄ʒ circunſtantie. Sī vo accipiant̃ ſtricte. ꝓ omiſſione circūſtantie: tūc deſidia magis reſpicit cōmunē ſignificatōem. Deſidia dr̃: quaſi diſtentia. Negligētia vo magis reſpicit ſignificatōem ꝓpriam. ſ. omiſſionē circūſtātie debite: q̄ſi nō diligētia. q diligētia circūſtātias diligenter ꝓſequitur. Sunt aūt comites ne-

gligētie torpor τ pigricia. que q̄uuis ſint idē tamen pigricia dicit̄ eo q̄ pigeat difficultas laboris. Torpor vero aſpicit appetitū quie- tis. Triplex eſt aūt torpor ſiue pigricia. ſcilicꝫ infirmitatis naturalis. ſicut in phlegmaticis. τ eſt pena τ nō culpa. Et eſt torpor infirmi- tatis acquiſite ex culpa precedente: vt inebri oſis τ guloſis: τ talis nō excuſat ſiu quoſdā Et eſt torpor libidinoſus. τ dicitur torpor ca ptatus. τ ille torpor eſt voluntas recuſans fa cere bonum difficile: eo q̄ difficile. Et talis torpor ſiue pigricia cū ſit peccatū reprehen- ditur in ſcripturis.

¶ De cōmiſſione Sectio ix.

Equitur de cōmiſſo videre. De q̄ eſt breuiter videndū τ adiungendū q̄ eſt trāſgreſſio legis diuine ꝓhi bentis q̄ntum ad precepta negatiua. Poteſt aūt aliqd cōmitti ꝯtra naturā. Et hͦ dupliciť. ſcilicet ꝯtra naturā cōmunē hoibus τ brutis. vt q̄ maſculus ꝓ femina ſit. Et hoc eſt pec- catū ſodomiticū. Aut ꝯtra naturam particu larem: vt in natura angelica aut humana. τ hoc eſt naturale iudicatoriū dictans malum eſſe fugiendū: τ bonū faciendū. Iſta natura dictat q̄ debemus deo obedire. deū colere τ diligere. Dictat etiā q̄ ꝓximo debemꝰ fa cere: qđ nobis volumus fieri ab eodem. Et qđ nobis nolumus fieri: alij nō debemus ir rogare. Sic largo modo omne pctm̄ qđ cō mittiť eſt ꝯtra naturā. Poteſt etiā aliqd con tra legē ꝯmitti. Et hͦ dupliciter variať: nam lex ꝓhibet aliqđ q̄ntum ad omne tp̄s. τ hoc eſt ꝓhibitū q̄ eſt malū. τ ſic ſunt ꝓhibitōes decalogi. Prohibet etiā aliqd nō ſimpliciť: ſed ad tp̄us. τ ſic ſunt ꝓhibitōes cerimonia- lium. τ hoc eſt malū: q̄ ꝓhibitū. Cōmitti pt etiam aliquid contra ꝯſuetudinē. τ hoc ē qđ ꝯmittiť contra mores. Propter aūt loquen do mos nō ſcriptus dicit̄ ꝯſuetudo. mos ve ro ſcriptus conſtitutio noiať. Nota tm̄ q̄ fa cere contra ꝯſuetudinem ꝯſeruatiuā hone- ſti eſt pctm̄. facere ꝯ̄ conſuetudinē deſtructi- uam honeſti ſanctū eſt. facere ꝯtra conſuetu dinem indifferentē malū nō eſt. Honeſtum aūt eſt qđ ſua vi nos trahit: τ ſua dignitate nos allicit. Item nota q̄ lex reſpicit honeſtū conſuetudo ſiue conſtitutio reſpicit vtile: qđ eſt conſeruatiuū honeſti.

¶ De errore: prauo iudicio: τ perſonarum acceptione. Sectio x.

Equiť de diuiſione peccati: in pec- catū cordis: oris: τ operis. Et pmo aliqd de peccato cordis breuiť vide amus. τ primo de eius diffinitione: poſtea d̄ differentijs. Pctm̄ cordis ſic diffiniť. Pec catū cordis eſt tranſgreſſio legis diuine ꝑ in ordinatōem intrinſeci motus mentis. Diffe rentie aūt eius ſunt pctm̄ cogitatōis: delecta tionis: τ ꝯſenſus. De pctō delectatōis viſūꝫ eſt ſupra: eū de pctō actuali ageret̄. Ad pec- catū cogitatōis ꝑtinet error: prauū iudiciū: τ acceptio pſonarꝫ. Ad pctm̄ ꝯſenſus reduciť peccatū conſcientie. Quantū ad pctm̄ cogi- tationis primo videndū eſt de ipſa. deinde d̄ pravo iudicio. post de de pſonarꝫ accepti- one. Cogitationum alia ſpeculatiua pertinet alia vero eſt pctm̄. alia practica ſiue affectiua. Prima eſt in ꝯſpectu mentis. τ eſt inuolunta- ria: quantū eſt de ſe. Scđa in aſpectu cū affe ctu. τ eſt voluntaria. τ ideo pt̄ eſſe peccatūꝫ. Error qdam eſt infirmantis: q̄lis eſt in febri citantibus. qbus dulcia videnť amara. Qui dam eſt īfirmitatis naturalis originalis: quo corrūpitur rō in iudicijs: τ frequenter deui- at. Iſte error: q̄ nō eſt voluntariꝰ: nō eſt pec catū: ſed pena peccati. Quidā ē error: ꝓuer ſe volūtatis: eius eſt habere falſa ꝓ veris. Talis aūt error: aut eſt ꝯ̄ fidē vel bonos mo res. τ ille ſp̄ eſt pctm̄. Si nō eſt ꝯ̄ fidem vel bonos mores: tunc aut accidit in his q̄ ſunt ſupra iudiciū humanū. vt iudicare de inten- tionibus cordiū. τ ſic ſemp eſt pctm̄. q̄ tunc vſurpať qđ ſolius dei eſt. Aut accidit in his que ſubſunt iudicio humano. vt errare in lo cis naturalibus τ mathematicis: τ tunc nō ē peccatū. Prauū iudiciū recipit diffinitionē τ diſtinctionem. Diffinitur aūt ſic. Prauū

iudiciū eſt ex errore ꝓueniēs temeraria ſententia: vel ſuſpitio mali de occultis aliorum. Error eſt habere ignota ꝓ notis. Sententia eſt in aſſerendo vel diffiniendo ꝙ ita ē. Suſpitio eſt in opinādo cū dubitatōe temeraria etiā ſententiādo que ad ipm̄ nō ptinet. ¶ Diſtinguitur autē humanū iudiciū ſm̄ hūc modū. Iudiciū aliud eſt certitudinis: aliud temeritatis. aliud ſuſpitionis. Primū .ſ. iudicium certitudinis nō eſt petm̄. q: de manifeſtis licite iudicamus. Scdm̄ iudiciū temeritatis ē triplex. videlicet diffinitōis: arguitōis: aſſertionis. Diffinitionis cū qs de futuris male iudicat. Nā de alicuius correctione deſpare ꝗ cū tanꝗ̄ abiectū repꝛehendere: q nūc appa ret malus: cū neſciamus qualis futurus ſit. temerariū iudiciū eſt. Arguitōis: cū qs iudicat de his que ad eum nō ptinent. Ro.xiiij. Tu qs es: qui alienū ſeruū iudicas. Aſſertōnis cū qs iudicat de occultis. Gloſa ſup pdictū locū. De quibus incertū eſt quo aīo fiāt ſine piculo nemo iudicat. Aug⁹. vel Beda: ſuper illud Math. vij. Nolite iudicare: dicit hoc loco nihil aliud nobis pcipi niſi vt ea facta q dubiū eſt quo aīo fiant: in meliorem partem interptemur. Primū eſt pernicioſum. ſcdm̄ pſumptuoſum. tertiū ſuperſtitioſum. Tertiū iudiciū .ſ. ſuſpitionis eſt triplex. ſcꝫ ſuſpitōis violente. qn̄ oīa ſigna apparent mali. nulla vel pauca boni. Temerarie: qn̄ multa boni: pauca mali. Leuis: qn̄ multa mali: pauca boni. Primo modo non eſt petm̄. ſcdo veniale graue. tertio veniale paruum. Nota ꝙ iudicium certitudinis nec veniale ē nec mortale. Iudicium temeritatis menſuratur iuxta illud Math. vij. In quo iudicio iudicaueritis: iudicabimini. Glo. Si quem iudicaueris temerarie dānatione veniali: venialiter condemnaberis. ſi dānatōe mortali. mortaliter cōdemnaberis. Et hoc intellige ſine preiudicio. Iudiciū ſuſpitionis ꝙ̄diu manet in ſuſpitione: non eſt mortale. niſi veniat in aſſertionis iudiciū. ¶ Circa perſonarum acceptiōem attendēdum eſt diffinitionē ꝗ differentiā triplicē. Diffinit̃ autē ſic. Perſonarū acceptio eſt iniuſticia qua pfert̃ pſona perſone ꝓpter cauſam indebitā. Differentie acceptōis pſonaꝝ ſunt tres. Una cōmittitur in honoris exhibitione. De qua Jac. ij. Fratres mei: nolite habere fidē ieſu chriſti i pſonaꝝ acceptōe. Alia eſt i iudicij executōe. De qua Deut. xvi. Non accipies perſonā in iudicio. Alia in promotione ad dignitates. Que ꝓhibetur .i. Regū. xvi. in electōe Dauid: cui non pretulit dn̄s fratres ſuos ꝓpter vultus pulchritudinem ſeu propter altitudinem ſtature.

¶ De peccato ꝯſenſus: ꝗ de petō contra cōſcientiā: ꝗ de pplexitate Sectio xi.

Equit̃ videre de petō cōſenſus. vbi primo videndum eſt de ipſo ꝯſenſu qđ eſt. Scdo de petō ꝯ̄ ꝯſcientiam. Tertio de differentijs pplexitatis. Conſenſus diffinit̃ ſic. Cōſenſus eſt nutus voluntatis ſpontaneus. vł motus animi liber ſui. Et cū nihil ita ſit in poteſtate nr̄a ſicut cōſentire vel diſſentire. hinc eſt ꝙ ꝯſūmatur ibi omne peccatū. Initiat̃ enim in cogitatōe: creſcit in delectatōe. perficit̃ vero in ꝯſenſu. Ad intelligendū quō peccat̃ qn̄ agit̃ ꝯ̄ ꝯſcientiā: multiplicitas ꝯſciētie attendenda eſt. Conſciētia enim vno modo dicit̃ ſuperior pars rationis. quam greci ſyndereſim vocant. ꝗ apud nos ſcintilla ꝯſcientie poteſt dici. Hec diffinitur a Baſilio ſic. Conſciētia eſt naturale iudicatoriū faciendi vel nō faciēdi. Differūt tn̄ ſm̄ rōnem ſynderesis ꝗ ꝯſciētia. Nā ſynderesis iudicat faciendū .i. dignū fieri. Conſcientia vero iudicat faciēdū .i. debitū fieri. Alio mō dicit̃ ꝯſcīa habitus naturalis dictādi bonum vel malū. ꝗ ſic diffinit̃ a damaſceno. Cōſciētia eſt lex intellectus noſtri naturalis oppoſita peccato. Et ſm̄ hoc ꝯſciētia nunꝗ̄ errat. Tertio dicit̃ ꝯſcientia opinio habita de agēdis: vel nō agendis. id eſt debitis fieri vel nō fieri formata. De qua .i. Cho. viij. Quidā cum conſciētia vſq̄ nunc idoli: quaſi idoloticū manducant. Ro. xiiij. Omne qđ non eſt

ex fide peccatum eſt.glo.i.omne qđ eſt contra conſcientiam. Iſto tertio modo conſcientia eſt habitus acquiſitus frequenter erroneus:in iudicando eſſe faciendum qđ non eſt faciendum:⁊ econuerſo. Poteſt autem dictare cõſcientia tertio modo dicta aliquid ſꝫ legem dei:preter legem dei:contra legẽ dei. Et eſt hic ſermo de dictamine conſciẽtie per modum precepti .ſiue prohibitionis.nõ per modum conſilij vel perſuaſiõis. Primo mõ conſcientia ligat ſimpliciter ⁊ vniuerſaliter. q: legi dei concordat q̃ ꝯſcientia dicit eſſe ligatum. Secũdo modo cõſcientia ligat q̃zdiu manet. vnde tenet homo vel eam deponere vel quod dictat opere adimplere . vtputa ſi dictat conſcientia ꝙ leuare feſtucã de terra ẽ neceſſarium ad ſalutẽ. Tertio mõ cõſcientia non ligat ad faciendum vł nõ faciẽdũ: ſꝫ potius ad ſe deponendum.q: cũ talis conſcientia ſit erronea:⁊ error ille repugnet legi diuine neceſſario q̃zdiu durat ponit hominem extra ſtatũ ſalutis. vtpote ſi dicat leccatrix alicui:morιar ſi non cognoſcas me. ⁊ ille incipiat habere ꝯſcientiã de mortali ſi non cognouerit leccatricem.non eſt in ſtatu ſalutis ipſa conſcientia ꝑdurãte. q: ſi non cognoſcit eam peccat mortaliter contẽnendo deum.cum dictat conſcientia hoc dño diſplicere. ſi cognoſcit eam facit contra preceptum dñi. ¶ Perplexitas naſcitur ex errore conſcientie. Eſt autem triplex perplexitas. Prima eſt intelligẽtie verborũ ſacre ſcripture . que videnť ſibi repugnare. Scđa eſt intelligentie faciendoꝝ De qua Ro.viij. Quid oremꝰ neſcimꝰ ⁊c. Tertia eſt ineuitabilitas peccandi . Pria diſſoluitur per diſtinctionem ⁊ conſideratione cauſaꝝ dicendi vtrunqꝫ. Scđa diſſoluitur ꝑ inſpirationem ſpũſſancti.que eſt vnctio docens de oibus ꝑmeritũ orõnis. Iaco.i. Si quis idiget ſapiã poſtulet a deo ⁊c. Et.ij.paral.xx. Cum ignoremus quid agere debeamus.hoc ſolum habemus reſidui:vt oculos noſtros dirigamus ad te. Tertia diſſoluitur per depoſitionem erronee conſcientie.

¶ De mendacio:periurio:⁊ contentione:
Sectio xij.

S Equitur videre de pctõ oris: quod pluribus differentijs variať. Peccata eni oris ſunt.mendaciũ in quo veritas deſtruiť.periuriũ:in quo veritas cõtemniť.contentio in quo veritas impugnať. Eſt eni contentio veritatis impugnatio cum cõfidentia clamoris. Hec tria precipue ſunt ꝯ veritatem. Iſta contra bonitatẽ ſunt.ſcurrilitas:que eſt ꝯ honeſtatem. Vaniloquiũ ſiue multiloquium:quod eſt ꝯtra vtilitatem. Adulatio:que eſt ꝯtra rectitudineꝫ in laude aliena: Iactantia:que eſt ꝯtra rectitudinẽ in laude ꝓpria. Blaſphemia:que eſt ꝯ rectitudinem in vituperiũ dei. Maledictum:qđ ẽ cõtra rectitudinẽ in vituperium ꝓximi. quãtum ad penam. Contumelia que eſt cõtra rectitudinem in vituperium proximi q̃tuꝫ ad culpam apertam q improperať. Detractio:q̃ eſt contra rectitudinẽ in vituperiũ ꝓximi q̃tum ad occultã culpã. ¶ De mendacio ẽ videre q̃tũ ad diffinitionem ⁊ diuiſionẽ. Diffinitur autẽ ab Auguſtino ſic. Mendaciũ eſt falſa ſignatio vocis cũ intentiõe fallendi. Et nota ꝙ cũ mentiri ſit contra menteꝫ iree põt homo mẽtiri dicẽdo falſitatẽ ex certa ſcientia. Itẽ põt hõ mentiri dicendo veritateꝫ q: q̃uis ſit verum qđ loquiť tñ aliđ ſentit i conſcientia. Itẽ põt hõ dicere falſam nõ mẽtiendo nec peccando.vt qñ falliť : adhibita tñ debita diligentia. ¶ Diuidiť autem mendacium diuiſione trimẽbri.ſ. in mendacium officioſum.pnicioſum:iocoſum. Officioſum eſt qđ iuuat. Pernicioſum qđ nocet. Iocoſum qđ delectat. Diuiditur aũt diuiſiõe octimembri ſic. Octo ſunt genera mendacioꝝ. Primum qđ fit in doctrina religionis. vt dicere chriſtum non eſſe de virgine maria natum. Scđꝫ qđ nulli prodeſt ⁊ alicui obeſt vt mendacium detractionis.⁊ ſi qđ eſt teſtis falſus in cauſa criminali. Tertiũ quod alicui obeſt vt ꝓſit alij. vt aliqs ſit teſtis falſus in cauſa pecuniaria. Quartũ qđ fit ſola mẽtiẽdi libi

dine. Quintū qđ fit cupiditate placendi aut delectādi ſuaui eloq̄o: vt mēdaciū adulatōis. Sextū quo q̄s mentit̄ .p ɔſeruanda pecunia alicui⁹. Septimū quo q̄s mentit̄ .p ɔſeruanda vita alteri⁹. Octauū quo q̄s mentit̄ pro cōſeruāda caſtitate alteri⁹. Nullo hoꝝ mendacioꝝ eſt mētiendū. Dat aūt talē regulam Augu. q̄ q̄ āto aliqđ mendaciū magis accedit ad primū: tanto mai⁹ eſt pctm̄: ⁊ quanto magis recedit a primo mēdacio: tāto minus eſt pctm̄. ¶ Poſt mēdaciū q̄ xitas deſtruitur: ſequit̄ piuriū quo veritas ɔtēnitur. Sed q: piuriū eſt violatio iuramenti: prius videndum eſt de iuramento q̄ ātum ad eſſentiam. ⁊ ſic iurare eſt inuocare deū in teſtē ſue locutionis. Quātū ad licentiā: ⁊ ſic iurare licet propter pacē ⁊ iuſticiā conſeruandā: vl' amicitiam cōfirmandā. Propter veritatē aſtruēdam. ⁊ ſic paulus frequenter iurabat. Propter calumniā vitandam: ſicut iurant actor ⁊ reus. Propter fidelitatem ſeruādā. ſic iurāt principes regi. Quātū ad formā. ⁊ ſic ē forma conceſſa. vt iurare per deū. ⁊ hec variat̄. Nam in veteri teſtamēto dicebat̄. viuit dominus. i. per deū viuum. In eccl̄ia primitiua dicebatur. teſtis eſt mihi deus. i. teſtem deū inuoco. Modo vero dicitur .p deum. Et eſt forma non ɔceſſa. vt iurare per idola. Quātum ad comites. ⁊ ſic dicitur q̄ iuramentuꝫ tres debet comites habere. ſ. veritatem. que debet eſſe in conſcientia. vt nouerit ita eſſe. Iudicium: vt diſcrete iuret ⁊ cū deliberatōe. Iuſticiam: vt qđ iuratur ſit licitum ⁊ honeſtū. Quantū ad differentias que ſunt due. ſ. iuramentum aſſertoriuꝫ. vt qū iuratur: vel de p̄nti: vel de preterito ita eſſe vel fuiſſe. Promiſſoriū. vt cū iurat aliquis de futuro aliqd ſe facturum. Modo videri pōt periurij diffinitio: que eſt talis. Periurium eſt mendacium iuramento firmatum. Poteſt etiaꝫ videri diſtinctio: que eſt hec. Periurium dicitur falſa iuratio. Itē peruerſa iuratio: quod ſit qū eſt illicitum qđ iuratur. Tertio dicitur tranſgreſſio iuramenti.

¶ De adulatione: maledicto: ⁊ detractione Sectio xiij.

Equitur videre de adulatione: maledicto: ⁊ detractiōe. que ɔ rectitudinem laudis ⁊ vituperij cōmittitur. Adulatio aūt diffinitur ſic. Adulatio eſt ſermo laudis alicui exhibitus intentione placēdi. Diſtinguitur aūt ſic. Eſt enim q̄daꝫ adulatio que bonum non habitū attribuit. q̄daꝫ q̄ habituꝫ extollit. dicendo maius eſſe q̄ꝫ ſit. Quedam eſt q̄ malū nutrit laudando malū ⁊ dicendo eſſe bonū ⁊ licitū. ps. Laudatur peccōr in deſiderijs aīe ſue: ⁊ iniquus bn̄dicitur. Quedam eſt qua hō homini vult placē non .p deum: laude nō vera. Gal. i. Si adhuc hoībus placerē. i. placere vellem: nō .p deum: chriſti ſeruus non eſſem. ¶ Maledictum q̄druplicit̄ variat̄. Eſt eni maledictū ſurreptionis. de quo dicit Aug. Si enim cū omni facilitate ⁊ temeritate maledixerimus ad minima pertinet peccata. Laſciuie eſt cuꝫ alicui non eſt animo maledicimus. de quo dicit Hiero. Qui negligit otio maledicti reſecare conſuetudinem: etſi non corde maledicat: in maledicto tamen labiis [illegible] mentum incurrit. Eſt ⁊ maledictum odij qđ ex malo corde procedit zelo vindicte. Quartum eſt maledictū iuſticie: qđ ex charitate .p cedit. ſ. cum alicui amico noſtro maledicim⁹ ad eius correctionē. De his duobus vltimis dicit Grego. Scriptura ſacra duobus modis maledictum cōmemorat. aliud qđ approbat: aliud qđ condemnat. Aliter cum ɔfertur amore iuſticie: aliter amore vindicte. ¶ Detractio ſic diffinitur. Detractio eſt aliene fame denigratio. Cōmittitur autem ſex modis ſcꝫ cū bonum negamus qđ nouim⁹ eſſe ſcim: vel cū tacem⁹ ne fiat alijs manifeſtū. vel cum peruertimus dicēdo illud mala intētiōe eſſe factum. Itē malū occultū reuelando in caſu non conceſſo: vel augmentando dicēdo maius eſſe q̄ꝫ ſit: vel adinueniēdo mēdaciter malum quod factū non fuit. Tenetur aūt detractor ad reſtitutionem bone fame quam ab-

ſtulit. Malus enim bonum aufert detractor: q̄z raptor. ⁊ non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum.

¶ De peccato operis. Sectio xiiij.

De peccato operis breuiter eſt videndum quantū ad diffinitionem ⁊ diſtinctionem ab offenſa voluntatis ⁊ ſuperadditionē ad maliciā voluntatꝭ. Eſt aūt peccatum operis trāſgreſſio legis diuine: per ordinationē extrinſeci motus mentꝭ. Ad peccatum operis reducit̄ peccatū cōſuetudinis. Peccamus enī cogitatione: delectatiōe: conſenſu: verbo: opere ⁊ conſuetudine. Peccatum aūt operis cōparari habet ad peccatum voluntatis interioris prout ſunt coniuncta. ⁊ ſic ſunt vnum peccatū: pro eo q̄ eſt ibi vnus contemptus ⁊ vna auerſio. Unū inq̄z ſunt loquendo formaliter: cum ſit ibi vna deordinatio preuia. Loquendo tamen materialiter plura ſunt peccata. q: plura ſunt deordinata. ſcʒ voluntas interior: ⁊ actus exterior. Si autem hec duo adinuicē comparent̄ tanq̄ʒ diſiuncta. ita q̄ vnus peccet voluntate tm̄. alius voluntate ⁊ opere: tunc diuerſa ſunt peccā non ſolum materialiter: ſʒ etiā formalit̄. Superaddit vero malicia operis ſuper maliciam voluntatis qn̄ volūtas mala nō vult in opus procedere: q: tunc nō eſt omnino pleꝰ ↄſenſus. Nam ſi actus operis ſubſequat̄ cōſenſum: auerſio ⁊ cōuerſio ↄſūmant̄. Si autē voluntas mala vult in opꝰ malū ꝓcedere: ſʒ nō poteſt: tunc diſtinguendū eſt. Nam vnū peccatum maius altero tripliciter iudicat̄. ſ. aut rōne maioris contemptus dei. ⁊ ſic opus non addit ad iniquitatem volūtatis. Aut ratione maioris delectationis ⁊ libidinis. ⁊ ſic opus aggrauat. maxime quātū ad genus carnalis peccati quo peccat quis in ſeipſo. Aut ratione maioris damnificatiōis. ⁊ ſic opus addit ad malam voluntatē. maxime q̄ʒtum ad genus peccati quo quis peccat in proximū. Quantūcunq̄ʒ enī velit quis fornicari. nō tm̄ delectat̄ in voluntate q̄ʒtū in ope. Et quantūcunq̄ʒ velit quis occidere: non tantum nocet volendo quantum actualiter occidendo.

¶ De ſeptē vicijs capitalibus in generali. Sectio xv.

Sequitur videre de diuiſiōe peccati in ſeptem vicia capitalia. q̄ ſunt. Superbia: inuidia: ira: acidia: auaricia: gula: luxuria. De quibꝰ primo videndū eſt in generali. deinde de ſingulis i ſpēali. In generali tria ſunt in vicijs capitalibus attendenda. ſ. diuerſa nominatio. cōnexiua ordinatio. ſufficiēs aſſignatio. A btō Grego. ⁊ alijs doctoribus ſic nominantur. Superbia: inuidia: ira: acidia: auaricia: gula: luxuria. Ab Iſidoro ſic. Caſtrimargia: fornicatio: philargiria: triſticia: acidia: cenodoxia: ſuperbia. Item ſuperbiā quidem ⁊ cenodoxiā ſiue vanā gloriam diſtinxit Iſido. Sed Grego. coniunxit. q: idem ſunt in re. differentes nīſi ratiōe. Superbia enī dicit̄: qn̄ aliquis ſibi magnus apparet intra animum. Vanaglia eſt qn̄ aliqꝰ nititur magnus apparere per laudē in facie aliorum. Silr̄ Iſido. diſtinxit acidiā ⁊ triſticiam: ſed Gre. cōiunxit: q: idem ſunt in re. ſʒ differunt rōne. Idē enī motus eſt in acidia ⁊ triſticia. differens rōne terminoꝝ. Nā ſm auerſionem ⁊ receſſum ab arduo graui dicitur triſticia. ſm v̄o acceſſum ⁊ ↄuerſionē ad leue dicit̄ acidia: vt q: iſti ē graue ſurgere ad matutinas: triſtis auertit ſe. Quia vero leue eſt ei quieſcere: acidioſus conuertit ſe. ¶ Ordinantur aūt vicia capitalia ſm cōnexionē: qua fit vt vnum ex altero ꝓcreat̄. Nā ſupbꝰ non vult ſubeſſe maioribꝰ. vult preferri eq̄libus. vult ↄculcare minores. Et ſi nō poteſt inuidet maioribus: q: principant̄. equibꝰ: q: ꝓſperant̄. minoribꝰ: q: exaltant̄. Et cū ſic nihil proficiat: concipit irā ↄ facili ad maiores. mediocres: ⁊ minores. Deinde decidit in acidiam: quia mentis tranquillitas perturbatur Et tunc cum interiorem cōſolationē amiſerit ad exteriorē per auariciā ſe cōuertit. ⁊ ſic factus opulentus: imoderate per ingluuiē facit ventrem. Et poſtremo ad luxuriam reſoluit carnem in ſūmo rōnis ꝯtice vſq̄ʒ ad car-

nia infernū depꝛauantur. Sicq3 q2 quatuoꝛ ſunt ſpūalia duo vero vicia ſunt carnalia. ¶ Accipitur aūt ſufficientia ſeptem capitaliū viciorū penes ꝓnitatem ad apparēs bonū. Hec aūt pꝛonitas ſi eſt reſpectu boni qḋ reſpicit ſpiritum ſiue ſpūalia eſſe quadruplex ſꝫ quatuoꝛ conditiones boni ad qḋ appetitus hominis inclinatur. Appetit enī quis bonum ſub rōne dignitatis. ⁊ ſic eſt ſupbia. Aut ſub ratione ꝓpꝛietatis. ⁊ ſic eſt inuidia. Aut ſub ratione ſecuritatis. ⁊ ſic eſt ira. Aut ſub rōne quietis ⁊ tranquillitatis: ⁊ ſic eſt acidia. Si vero ſit pꝛonitas reſpectu boni qḋ reſpicit carnem ſiue ſpūm in carne. ſic poteſt eſſe tripliciter. Nam ſpūs carnalis appetit bonum ſub ratione ſufficientie: ⁊ ſic eſt auaricia. aut ſub ratione demulcentis. ⁊ ſic eſt luxuria. aut ſub ratione reficientis. ⁊ ſic eſt gula. Ex hoc patet numerus ⁊ ſufficiētia vicioꝝ capitalium.

¶ De differentia inter capitale vicium: initium peccati: ⁊ radicem maloꝛum.

Sectio xvi.

Attendēda eſt differētia inter capitale vicium: peccati initiū: ⁊ radicē maloꝝ. Capitale vicium dicitur. q2 ſicut caput eſt membꝛoꝝ pꝛincipale ⁊ cōpletum ⁊ alioꝝ membꝛoꝝ pꝛincipiū quātū ad motū ⁊ ſenſum. ſic viciū quod dicitur capitale nominat penitꝰ completum: a quo alia vicia oriuntur. ¶ Initiū vero nominat ꝓpꝛie illud in q̄ actus inchoatur. Radix autē illud a quo nutrimentū trahitur ⁊ fomentū. Unde cū peccatum nutrimentum trahat ex parte appetibilis: ⁊ dicat receſſum a deo. hinc eſt q2 initium peccati attēditur ex pte auerſiōis. radix vero ex parte cōuerſionis. Et ſic auerſio ē ratione cōtemptus. cōuerſio vero eſt rōne cupiditatis ⁊ libidinis. Et ideo ſuperbia dicitur initium omnis peccati. cupiditas radix omnium maloꝝ. Dicitur aūt initiū peccati tripliciter ſiue nominatur. aut pꝛout dicit receſſum liberi arbitrij a lege maieſtatis. ⁊ ſic ſupbia ſiue contemptus dei dicitur initium peccati. q2 q[illegible] tranſgreditur creatoꝛis: a ſuperbia in cipiū ⁊ contemptus. Aut a lege veritatis. ⁊ ſic error dicitur initium peccati. q2 ſicut dicit Auguſtinus. Omnis malus ignorans. Et vere ab ignorantia incipit ⁊ error: q2 eterna deſerit ꝓ terrenis. Aut a lege bonitatis. ⁊ ſic inſipientia dicitur initium peccati. Unde Chꝛiſoſtomus ſuper illud pſ. A facie inſipientie mee: dicit. q2 omnis peccati initium inſipientia eſt Inſipientia enī eſt cōtraria ſapientie. in qua diuina bonitas pꝛegustatur. Merito ergo ab inſipiditate dicitur inchoare: qui potiꝰ in malicia peccati q̄ʒ in ſuauitate dei eligit delectari. ¶ Radix etiam peccati ſiue mali que circa peccatum dicit libidinis ꝓnitatem: tripliciter poteſt ſumi. ſ. generaliſſime. cū dicitur: cupiditas ſiue libido eſt radix omnium maloꝛum. Generaliter: vt cū dicitur. duplex eſt radix maloꝛum. ſ. amoꝛ male accēdens ⁊ timoꝛ male humilians ſiue deijciens. Amoꝛ eſt reſpectu boni. timoꝛ reſpectu mali. Minus generaliter: vt cum dicitur q2 triplex eſt radix peccati. ſ. concupiſcentia carnis: concupiſcentia oculoꝛum: ⁊ ſuperbia vite. Et ſic patet ex pꝛedictis quomodo accipiatur viciū capitale. Patet etiā q2 initiū dicitur aliqñ de ſupbia. aliqñ de erroꝛe. aliqñ de inſipiētia. Patet nihilominus q2 aliqñ dicitur vna radix: aliquando due. aliquando tres.

¶ De ſuperbia. Sectio xvij.

Iam de ſingulis viciis capitalibus eſt videndum. Et pꝛimo de ſupbia. Circa quam tria ſunt attendēda. ſ. diffinitio: differentia: ⁊ gradus. Supbia diffinitur ſic a bernardo. Supbia eſt ꝓpꝛie excellentie appetitus. Sic ab Auguſtino libꝛo de innocentia. Supbia eſt amoꝛ ꝓpꝛie excellentie. Item ab eodē in libꝛo de ciuitate dei. Superbia eſt peruerſe celſitudinis appetitus. ¶ Superbia ſm Gregoꝛiū habet quatuoꝛ differentias. Pꝛima eſt qñ homo attribuit ſibi bonum quod habet. Secunda eſt qñ etſi nō ſibi. tñ ſuis meritis. Tertia eſt quando iactat ſe habere qḋ non habet. Quarta eſt quando ſe exiſtimat alijs pꝛeualere. Unde verſus

a ſe: pro meritis: falſo: plus omnibus iſtat.
Secūdū Anſelmū libro de ſimilitudinibus: quat-
tuor ſunt exaltationis ſpecies. Quedam eſt
exaltatio in opinione. quedā in voluntate. q
dam in ſermone. quedam in ope. Exaltatio
in opinione eſt cum quis reputat ſe dignum
epatu vel aliqua dignitate: tñ nollet eā habe
re. Exaltatio in voluntate eſt cum quis vellet
habere epiſcopatū: tñ non reputat ſe dignum
vel eum opinat. Exaltatio in ſermone eſt qñ
nec ſe dignū reputat: nec vellet habere: tñ lo
quitur ampulloſe de aliqua ſcientia vt ma-
gis appareat. Exaltatio in opere eſt quando
aliquis nec ſe dignū reputat. nec vellet habe
re: nec loquitur magna: tñ exaltatur in ope.
vt quando vocat ad ꝯſilia: et hmōi. ¶ Gra
dus ſupbie ſcdm Bernardū ſunt duodecim.
ſcꝫ curioſitas: leuitas mentis. inepta leticia.
iactancia. ſingularitas. arrogantia. preſum-
ptio. defenſio peccatoꝝ. ſimulata confeſſio.
rebellio. libertas peccandi: cōſuetudo. His
quaſi quibuſdā paſſibus ſupbus diligenter
ad finem quē intēdit peruenit. Curioſitas ē
quando ſupbus diligenter inquirit rumores
ſcꝫ quid de ipo dicatur. Leuitas mentis eſt
qñ leuiter aliquis mutat de delectatione ex
verbis laudis in triſticiā ꝓpter verba vitu
perij. Inepta leticia eſt qñ letat ex defectib9
et criminibus alioꝝ. Iactantia eſt qñ narrat
ea que habet vt laudet. Singularitas eſt qñ
preter conſuetudinē aliqua ſingulariter ope
ratur: vt ſolus appareat et laudet. Arrogan
tia eſt qñ iactat ſe habere qđ nō habet. Pre
ſumptio eſt qñ ingerit ſe ad faciendū quod
ad eum nō pertinet. Defenſio peccati eſt qñ
peccatū ſuū et errorē defendit et excuſat qđ
manifeſte vel apte. Simulata ꝯfeſſio eſt qñ
peccatū ſuū excuſat occulte. Rebellio qñ diſ
ſidet. ſcꝫ ſupioribus: paribus: et inferioribus.
Supioribus obuiat. inferiores opprimit. pa
res moleſtat et perturbat. tunc libertas pec-
candi ſuccedit. q: nec deū timens: nec hoies
reuerens peccat libere. conſuetus ad mala.
in ꝓfundū decidēs peccatoꝝ.

¶ De inanigloria Sectio xviij.

Equitur videre de inanigloria: q idē
eſt qđ ſuperbia ſcdm rem: ab eadem
differēs rōne. Circa quā breuiter vi
denda ſunt quattuor. ſ. diffinitio: oppoſitio: dif-
ferētie et filie. Inanisgloria ſic diffinit. Ina-
nisgloria eſt amor laudis ꝓprie ꝓpter excel
lentiam apparentē. ¶ Inanisgloria ad hu-
militatem habet oppoſitionē. Humilitas autem quat
tuor habet actus. et ſic habet quattuor oppo
ſitiones. Primus actus eſt velle ſubijci. et ſic
opponit ſupbie large ſumpte. Secūdus eſt de
ſe parua ſentire. Unde Aug9 dicit. Humi-
litas eſt ſenſus ꝓprie paruitatis. et ſic oppo-
nitur tumori vel elationi. Tertius eſt velle
ſubeſſe omnibus: ſcilicet ſupioribus: parib9
et inferioribus. et ſic opponit ſuperbie ſtri-
cte ſumpte. que eſt amor ꝓprie excellentie.
Quartus eſt de ſe velle parua dici. et ſic op
ponit inanigloriæ. ¶ Habet inanisgloria du
as differentias formales. ſcꝫ appetitū fauo-
ris. et appetitū laudis. Fauor eſt excellentia
alicuius in corde. laus in ore. Tres autem ha
bet differentias materiales que ponuntur.
Hiere. ix. Non glorietur ſapiens in ſapientia
ſua. nec fortis in fortitudine ſua. nec diues in
diuitijs ſuis. ſed in hoc glorietur qui gloria-
tur ſcire et noſſe me dicit dominus. Cū glo-
ria ſit beatiſſime trinitatis ꝓpria: nō eſt glo-
riandū in ſapiētia que attribuit filio. nec in
fortitudine: q attribuit patri. nec in diuitijs
tam tpalibus q̃ꝫ ſpūalibus: que attribuunt
ſpūiſancto. ¶ Inanisglorie ſcdm btūm Gre-
gorium ſeptē ſunt filie. ſcꝫ inobedientia: iactan
tia hypocriſis. incontinētia. pertinacia. diſcor-
dia. nouitatū preſumptio. Inobedientia eſt
voluntas fugiens minorationem poteſtatis.
nolens ſubiacere ſupioribus in debitis. Ia-
ctantia eſt voluntas ꝓpter apparentem po-
teſtatē propriam ſe oſtentans. Hypocriſis ē
voluntas per ſpeciem ſanctitatis ſe ſimulās
fallaciter in aperto. et viliter agens in occul
to ſiue intentione ſiue opere. Incontinentia
eſt voluntas per cōformationem ſui ab his

qui mali ſunt laudari appetens. Pertinacia eſt voluntas fugiens minorationem probitatis: dicta vel facta ſua irreuocabiliter defendens. Diſcordia eſt voluntas fugiens minorationem ſapientie. ab his que ab alijs dicutur diſſentiens. Nouitatum preſumptio eſt voluntas excedens qualitatem ſui ordinis: propter apparentem nouitatē ſciētie vel ſapientie oſtētari cupiēs. yſidorus vero diſtinguens inter ſuperbiam et inanē gl'am ppter differentiā rationis: dicit q de ſupbia oriunt contemptus: inuidia: inobedientia: blaſphemia: murmuratio: dtractio: et plura alia. De inanigloria vero ſm eundem oriuntur contentiones: hereſes: iactantia: et preſumptio nouitatum.

¶ De inuidia Sectio xix.

ſ Equitur videre de inuidia quantū ad quinqz. ſ. quantum ad diuerſam nominationem. diuerſam diffinitionem. oppoſitionē. differētias: et filias. Inuidia dicit aliqñ nomine ire. Gen. iiij. quare iraſceris. glo. id eſt liuore torqueris. Aliquādo nomine odij. Gene. xxxvij. oderant eum fratres. i. inuidebant. Aliquando noīe emulationis. i. Regū. ij. Affligebat eam emula eius. Tamen emulatio quattuor habet ſignificatiões hoc verſiculo comprehēſas. Emulor: inflatur amat inuidet ac imitat. Aliquando noīe pprio. Et ſic Damaſce. dicit q q̄ttuor ſunt ſpecies triſticie. ſ. acidia que eſt triſticia aggrauans. Achos que eſt triſticia vocem auferens. Miſericordia que eſt triſticia de alieno malo. Inuidia que eſt triſticia de alieno bono. Diffinitur autē ſic inuidia ab auguſtino. Inuidia eſt odium felicitatis aliene. A remigio ſic Inuidia ē dolor de alieno bono. A damaſceno. Inuidia eſt triſticia de alienis bonis. A pho. Inuidia eſt triſticia in apparenti felicitate alicuius inimicorum. Itē aliter. Inuidia eſt diſſenſio ab alieno bono extimato diminuere propriū. ¶ Differentie inuidie materialiter aſſignate ſm Auguſtinum ſunt tres. ſ. inuidere ſuperioribus: paribus et minoribus: ſiue inferioribus. Inuidet enim homo ſuperioribus: q: eis non equatur. Paribus. q: in melius pſperant. Inferioribus ne ei equant. ¶ Opponit autē timor dñi ſuperbie rōne humilitatis quā generat. et pietas inuidie ratiōe charitatis ex qua generat. Prima enim et potiſſima filia charitatis eſt pietas. que ad omnia valet. ¶ Filie inuidie ſm btm gregoriū ſunt quinqz. ſ. odium. ſuſurratio: detractio. exultatio in aduerſis pximi. afflictio in pſperis ipſius. Odiū eſt voluntas affectans proximo malum: vt careat contriſtante bono. Suſurratio eſt voluntas loquendi ſeminās diſcordias īter fratres: vt perſequat primū ppter ipſi' bonū contriſtans. Detractio eſt voluntas famam proximorū per verba denigrās: vt deſtruat ī aliorum opiniōe contriſtās bonū. Exultatio in aduerſis proximorum eſt voluntas pecurata in proximi aduerſitate delectans. Afflictio in bonis proximi eſt voluntas procurās malum ſuo deſiderio: per euentum proſperitatis contrarie defraudata.

¶ De ira Sectio xx.

ſ Equitur videre de ira quantum ad quattuor: ſ. quantum ad diffinitionem: oppoſitionem: differentias et filias. Diffinit autem ira a Caſſiodoro ſic. Ira eſt animi motus cōcitatus: ad penam puocans inferendam. A rabano. Ira eſt ois malus motus ad nocendum. Ab auguſtino Ira eſt triſt'cia ex impotentia vleiſcendi. A damaſceno. Ira eſt feruor eius qui circa cor eſt ſanguinis. ex euaporatione fellis vel returbatione fiens. Item ab eodem ſic. Ira eſt id quod eſt audax mentis vindex ꝯcupiſcentia. Item ab eodem. Ira eſt deſiderium repunitionis. A philoſopho. Ira eſt appetitus contrarij doloris propter apparentē exanimationem. et appetitus inferendi dolorem ſibi aduerſanti propter illatam iniuriam apparentem. que quodammodo exanimat: per ħ q debito ordine hominem quantum ad iudicium anime priuat. ¶ Habet autē ira op

poſitionem ad manſuetudinem ratione ſui initij. quia manſuetus etiam nunq̄ȝ vult incipere iraſci. Ad iram per zelum ratione materie. Sunt enim circa eandem materiam. ſ. circa perſonam ira per vicium ⁊ ira per zelū quam vtraqȝ vult puniri. Sed ira per viciuȝ vult q̄ perſona puniatur vt ſic ſacietur vindicta perſone. Ira vero per zelū appetit puniſionem pſone vt deſtruat viciū in pſona. Breuiter ira per zelum vult punitionē pſone cum debitis circūſtantijs. Ira per viciuȝ cum indebitis. Ad patientiam vero habet ira oppoſitionem rōne finis. q̄ patientia extinguit iram ne ꝓcedat. Nā qui patiens ē iras mitigat ſuſcitatas. ¶ Species ſiue differentie ire ſunt tres ſm Damaſce. ſ. fel: mania: cotus. Fel ſiue fellea paſſio dicitur ſubit⁹ animi motus impatiens leſionis. Et accidit ex parte corporis ex cōmotione fellis. ⁊ ex parte aīe ex corruptiōe vis iraſcibilis: ⁊ hic mouetur fel ad vīdictā vt expellat triſticia. De qua dicit Augu. Ira eſt cōmotio paſſionis illate. Hec ira cito tranſit. Mania dicit manens ira ⁊ memorie tradita. Cot⁹ eſt ira obſeruans tempus ad vindictam. ¶ Filie ire ſm beatum Gregorium ſunt ſex. ſ. Rixa: timor mentis: contumelia: clamor: indignatio: blaſphemia. Rixa eſt audax vindicandi voluntas in iniuriā facti procedens. Timor mētis eſt voluntas vindicandi. fugiens aduerſantem propter eſtimatas inimicitias. Contumelia eſt voluntas vindicans per exprobrationem malorum. Clamor eſt voluntas ſe vindicans in exaltando vocem per vituperium ad aliorū aures perueniens. Indignatio eſt voluntas ſe vindicans per ſignū moleſtie exterius declaratū. Blaſphemia eſt voluntas ſe vindicans per opprobrium deo vl' ſanctis illatum. ¶ Secūdum yſidorum ſunt tres filie ire. ſ. homicidium: clamor: indignatio. Que ſic diſtinguuntur. Nam vindicta infertur homicidio per manum. clamore per os. indignatione per ſignum.

¶ De acidia Sectio xxi.

Sequitur videre de acidia q̄ȝtuȝ ad tria. ſ. quantum ad diffinitiones. oppoſitionem ⁊ filias. Diffinitur autē ſic ab Auguſtino. Acidia eſt tedium interni boni. A Richardo. Acidia eſt torpor animi bonum inchoare negligentis. A Damaſceno. Acidia eſt triſticia aggrauans. A magiſtris. Acidia eſt diffidentia de proprijs viribus ⁊ auxilio dei: implendi ardua ſiue mandata. ¶ Opponitur autem acidia inquantū eſt diffidentia implēdi precepta: virtuti ſpei: cuius eſt confidere. Inquantum eſt tedium interni boni ex quo generatur puſillanimitas: opponitur virtuti fortitudinis. Inquantum vero quod eſt facile reputat difficile: opponitur virtuti charitatis. que omnia etiam difficilia facit facilia reputari. Quantum vero ad ſuam eſſentiam que eſt triſticia: opponitur gaudio ſpiritus. ¶ Acidia ſm beatum Gregorium habet ſex filias. que ſunt videlicet: malicia: rancor: puſillanimitas: deſperatio: torpor: vagatio mentis circa illicita. Malicia eſt voluntas grauedinis impatiens: machinans malum illius quem eſtimat inferentem. Rancor eſt voluntas ex impotentia repellēde grauedinis amaricata. amaritudinem intus clauſam per ſignum exterius manifeſtās. Puſillanimitas eſt voluntas immoderate metuens grauedinem in aggreſſu agendorum: ſiue de proprijs viribus immoderate diffidens. Deſperatio eſt volūtas grauedinē reprimens de adiutorio ad perficiēda agēda diffidens: ſiue de remuneratione diuina pro ſuſtinentia grauedinis que eſt in implendis preceptis diffidens. Torpor eſt volūtas grauedinis impatiens: tepida vel pigra ad expletionem agendorum inchoatorum. Vagatio mentis circa illicita eſt voluntas interno gaudio deſtituta. in rebus exterioribus illicitis quietem vel conſolationem querens. Secundū yſidorū alie ſunt filie triſticie: alie acidie. Ipſe enim triſticiā vocat voluntatem inquantum a graui debito ſe auertit. Acidiam vero vocat voluntatem inquantū ſe ad quie

ſeui indebitam conuertit. Dicit ergo. De triſticia exeunt rancor: puſillanimitas: amaritudo: deſperatio. De acidia ſm ipſum oriunt ocioſitas: ſomnolentia: importunitas: inquietudo mentis. corporis inſtabilitas: verboſitas: curioſitas.

## De auaricia. Sectio xxij.

Sequitur videre de auaricia quantum ad quinqz. ſ. quantum ad diffinitiones comparationé: oppoſitioné: dñias ⁊ filias. Aug. ſuper geneſim ad lrã diffinit ſic auariciam. Auaricia eſt appetitus non ſolum pecunie. ſed etiã altitudinis ⁊ ſcientie. Idem in libro de ciuitate dei. Auaricia é libido habendi pecuniam. Idez alibi. Auaricia eſt immoderata habendi cupiditas. Ité tullius diffinit eam ſic. Auaricia eſt amor ĩmoderatus habendi. Comparatur autem auaricia idolatrie. Unde ſepe dicit idolorum ſeruitus in ſcriptura. Hoc autem dicit: q: cultor dei ad deum tripliciter comparat. ſ. diligendo: honorando: ⁊ in ipſo ꝯfidendo. que tria in auaro reſpectu pecunie inueniunt ⁊ reperiunt. propter qđ auaricia non immerito dicit ſeruitus idolorum. Duplex eſt etiaz act⁹ auaricie. ſ. diligere pecuniam: ⁊ retinere ſiue nó dare. Ratione primi actus auaricia opponitur charitati. que bonũ diligit incómutabile. Ratione vero ſecũdi actus opponit largitati ſiue liberalitati. que dat danda: ⁊ retinet retinenda. Duplex quidam eſt actus largitatis ſcilicet dare danda: ⁊ retinere retinéda. Cuius duplex eſt extremitas vicioſa. ſ. prodigalitas: que dat non danda. ⁊ auaricia: que retinet non retinenda. Largitas ſiue parcitas qđ idem eſt: eſt virtus. tamen ratione actuũ differens erit medietas. Si autem attendatur oppoſitio ſm actum dandi. Prodigalitas eſt ſuperfluitas que dat non danda: Auaricia eſt diminutio que nihil dat. Largitas é medietas. Si vero ordinatur ſm actum retinendi. Auaricia eſt ſuperfluitas que retinet retinenda ⁊ non retinenda. Prodigalitas é diminutio que nihil retinet. Parcitas vero eſt medietas. Differentie auaricie ſũt quinqz. ſ. beneficij ſubtractio: furtum: rapina: vſura: ſymonia. Subtractio beneficij eſt auaricia retinens beneficium qđ tenet dare pauperibus in tempore neceſſitatis. vt diues indigenti. Furtum eſt auaricia retinens rem alienam inuito dño. Rapina eſt auaricia per vim occupans rem alienam. Uſura eſt auaricia acquirens per mutuũ aliquid preter ſortem. Symonia eſt auaricia ſtudioſe appetens vendere vel emere ſpũalia vel ſpũali annexum. Filie auaricie ſm Gregorium ſunt ſeptem. ſ. proditio: fraus: fallacia: piuriũ: ingetudo mentis. violentia: obiurgatio mẽtis contra miſericordiam. Proditio eſt voluntas per deceptionem domeſticorum acquirendis inhians. Fraus eſt voluntas proſectum proximi decipiens propter terrenum emolimentum. Fallacia eſt voluntas per verba decipiens proximum cauſa lucrandi. Periuriũ eſt voluntas violans ſacramentũ ⁊ iuramentũ. Ingetudo mentis eſt volũtas cogitare nó ceſſans qualiter poſſit diuitias congregare. Violentia eſt voluntas per vim aliorum bona rapiens. Obiurgatio mentis contra miſericordiam eſt volũtas ꝯcitata aduerſus poſtulatões indigentiũ: et nimio ardore pecunie retinende. Secũm yſidorum octo ſunt filie auaricie. ſcz mendacium. fraus: furtuz: turpis lucri appetitus: falſa teſtimonia: violentia: inhumanitas: ⁊ rapacitas.

## De gula. Sectio xxiij.

Sequitur videre de gula quantũ ad quatuor. ſ. quantum ad diffinitionem: oppoſitioné: differentias ⁊ filias. Diffinitur autem gula quantũ ad exceſſum in cibo ſic. Gula eſt immoderatus amor edendi Quantum vero ad exceſſuz in potu dicitur ebrietas. quam diffinit. Seneca ſic. Nihil aliud diffinio ebrietatem: qз inſaniã voluntariam. Quantum vero ad exceſſum cibi ⁊ potus ſic poteſt diffiniri. Gula eſt ĩmoderatus amor alimẽti. Ité ſic. Gula eſt immoderat⁹ amor delectatõis cius q̃ eſt circa vel ſm gu

ſtum. ¶ Secūdū hoc gula pōt ſumi ſtricte p imoderantia in cibo. Et ſic opponit ei parſimonia. Uel large pōt accipi pro imoderantia in cibo ⁊ potu pariter. Et ſic opponitur ei ſobrietas: que modum ſeruat in vtroq3.

¶ Differentie ſiue conditiões gule ſm yſidorū ſunt quattuor. ſ. q̄d: quantum: qn̄: ⁊ quō. Quid ad ipſam rem ptinet. Quādo ſi aū legitimū tempus appetat: Quantū ad imoderantiam refertur. Quomodo ſi nimis ardēter appetat. Secūdū beatum Gregoriū ſunt quinq3 differentie hoc verſu cōprehenſe. Preprope: laute: nimis: ardenter: ſtudioſe. Prepropere pertinet ad ſumptionē cibi ante tempus. laute pertinet ad cibi ſubſtantiā. cum. ſ. ex ſe precioſus ⁊ delicatus eſt. nimis: ad cibi quantitatem. ardenter: attenditur ex parte affectiue. ſtudioſe ex parte cognitiue. Duas iſtas vltimas differentias ſm beatū gregorium ſub illa que eſt quarto modo apprehendit. ¶ Quinq3 ſunt filie gule ſm gregorium. ſ. inepta leticia. ſcurrilitas: imūdicia: multiloquium: hebetudo mentis vel ſenſus circa intelligentiam. Inepta leticia eſt voluntas per exteriores luſus excitans libidinē in guſtu. ⁊ ex ipſa poſtmodum excitata. Scurrilitas eſt voluntas per verba carnalia libidinem guſtus cōmouens: ⁊ ex ipſa poſtmodum cōmota. Immundicia eſt voluntas per nimiam cibi ſumptionem: libidinem in guſtu continuare deſiderans. Multiloquium eſt voluntas per multiplicationem verborum: intendens in guſtu conſeruare libidinem. Hebetudo mentis eſt voluntas libidinis cōſeruande proprie carnis abſorpta: intelligere ſpiritualia faſtidiens. Secūdū yſidorum due ſunt filie gule. ſ. comeſatio ⁊ ebrietas. quarū vna in cibo attenditur: alia in potu.

¶ De luxuria Sectio xxiiij.

Sequitur videre de luxuria quātum ad diffinitionem: oppoſitionem: temptationem: differentias ⁊ filias. Diffinit ſic. Luxuria eſt libidinoſe voluptatis appetitus. Itē ſic. Luxuria eſt cōcupiſcentia nimia experiende voluptatis. Itē ſic. Luxuria eſt inordinatus appetitus illius delectationis q̄ eſt in coitu. ¶ Opponit aūt luxuria continentie. Cuius triplex eſt differentia. Eſt enī cōtinentia coniugalis. vidualis ⁊ virginalis. ¶ Quintuplex aūt temptatio eſt luxurie. q̄ in hoc verſu continet. Uiſus ⁊ alloquium: cōtactus: ⁊ oſcula: factum. Hoc quippe ordine temptatio luxurie cōſummat. Primo enī inchoat in viſu exteriori: ſiue interiori: vt in cogitatione: Deinde venit ad alloquiū. poſtea tranſit ad contactum. deinde prorumpitur ad oſculum. poſtea cōſummatur factum. ¶ Differentie luxurie ſunt ſex. ſ. fornicatio: adulterium. ſtuprū: ſacrilegium: inceſtus: peccatum ꝯ naturā. Fornicatio eſt luxuria qua ſolutus cognoſcit ſolutā naturali vſu. Et intelligitur ⁊ ſolutus ⁊ ſoluta a vinculo coniugij: conſanguinitatis: affinitatis: ordinis: ⁊ religionis: vel voti continentie. Adulteriū eſt luxuria qua cōiugalis thorus violat. Stuprum eſt luxuria qua virginalis incorruptio violatur ſeu defloratur. Sacrilegium hic appellatur ſacre perſone leſio per viciū luxurie. Et melius luxuria ſacrilega diceret. Hec eſt luxuria qua votum continētie violat: ⁊ hoc in ſe. vel qn̄ in ſacris ordinibus conſtitutus vel religioſus aliquis fornicat cum aliqua ſoluta. vel ſoluta aliqua cū religioſo vel ſacerdote. Inceſtus eſt coitus contra cōſanguinitatē affinitatem: vel compaternitatem cōmiſſus. Peccatum ꝯ naturam eſt luxuria qua naturalis vſus coeundi maris ⁊ femine diſſipatur. ¶ Filie luxurie ſm gregorium ſunt octo ſc3 cecitas mentis. inconſideratio. inconſtantia. precipitatio. amor ſui: odium dei: affectus preſentis ſeculi. horror ſiue deſperatio futuri ſeculi. Cecitas mentis eſt voluntas faſtidiēs ⁊ deſpiciens ſuperiora ⁊ ſpiritualia. Inconſideratio eſt voluntas precuidere renuens agēda inferiora. Inconſtantia eſt voluntas libidine carnis confracta: ſtatum ſuū tenere nō valens. Precipitatio eſt voluntas ad aggredi quelibet impetuoſe. Amor ſui eſt volun-

tas affectione carnis imbuta.sibi propter se sup omnia adherens. Odiũ dei est voluntas deũ tanq̄ impedimentũ ppter volũtatẽ carnalis vel voluptatis detestans. Affectus presentis seculi est voluntas presens seculũ semp manere desiderans. ppter fruitionem voluptatis carnis. Desperatio siue horror futuri seculi est voluntas voluptate psenti cecata:de eterna iocunditate desperans. Scḋz ysidorũ quattuor sunt filie fornicationis.sc3 turpiloquia:scurrilia.ludicra:stultiloqa. Sapientie in sermone opponuntur stultiloquia. Bonitati in sermone opponuntur alia tria. Nam cũ triplex sit bonitas.sc3 vtilitas:delectatio licita:ꝛ honestas.sermoni vtili opponuntur ludicra.sermoni delectabili licito opponuntur scurrilia.sermoni honesto opponuntur turpiloquia.

¶ De peccato ex infirmitate:ꝛ ignorantia:ꝛ industria. Sectio xxv.

S Equitur videre de diuisiõe peccati trimébri:que est. Peccm̃ aliud ex infirmitate.aliud ex ignorantia: aliud ex certa malicia siue industria ppetrat. Qđ alijs verbis dicit in euangelio. Est peccatũ in patrem.peccatũ in filiũ.peccatũ in spiritũ sanctum. In patrem cui attribuitur potentia peccare dicit:quãdo quis peccat ex infirmitate. In filium cui attribuit sapientia q peccat ex ignorantia. In spũsctm̃ cui attribuit bonitas:qui peccat ex industria siue ex certa malicia. Primo videndũ est de peccato ex infirmitate.qđ est auersio volũtatẽ male humilitate vel male accense ab infirma creatura a deo oĩpotente. Due sunt dñtie huius peti effectiue.timor male humilians:ꝛ amor male accẽdens. Triplr aũt distinguit amor. sc3 amor gratuitus:libidinosus:ꝛ naturalis. Gratuitus hꝫ finẽ principalẽ sũmũ bonũ.s. incõmutabilẽ deũ. Libidinosus hꝫ finẽ voluptatẽ siue delectatiõẽ in creatura. Naturalis hꝫ finẽ necessitatẽ siue vtilitatẽ ppriã. Primus est laudabilis:qꝛ virtus. secundus vituperabilis:quia peccatũ.tertius nec laudabilis nec vituperabilis.qꝛ naturalis est. Silr distinguitur triplex timor.sc3 naturalis:gratuitus:libidinosus. Naturalis est passio.i.pmus motus.ꝛ i testimoniũ humanitatis vere fuit in domino iesu christo. Gratuit9 multiplicatur in seruilẽ.initialẽ ꝛ finalẽ:de quibus alibi dicet.s. in libro de donis. Libidinosus diuiditur in humanũ.quo quis eligit peccare ne ledatur in corpe.ꝛ mundanum: quo quis eligit peccare ne ledatur in possessione. Timore libidinoso homo male humiliatur. Timore gratuito bene. Timore naturali nec laudabiliter nec vituperabiliter. Item amore libidinoso hõ male accendit. Amore gratuito bene. Amore naturali indifferent.

¶ Peccatũ ex ignorantia est auersio voluntatis ignorantis ꝛ ppetrantis qđ malũ ẽ ab omniscienti deo. Nota tñ qꝛ aliud est peccatum ex ignorantia.aliud peccatũ ignorantie. Peccatũ ignorantie est omissio debite scientie. Peccatũ ex ignorantia est peccatũ qđ cõmittit ignorans. Est ignorantia iuris:ꝛ ignorantia facti. Ignorantia facti duplex:aut adhibita debita diligentia:ꝛ hec excusat a toto aut non adhibita debita diligentia.ꝛ hec excusat a tanto ꝛ non a toto. Ignorantia iuris quedã est vincibilis.que est culpa.hec autẽ aut est vero consensu:vt ignorantia affectata. Et ista sic ex vna parte excusat:ꝛ alia magis aggrauat. Aut est ex negligentia ꝛ ignauia.sicut ignorãtia crassa ꝛ supina.ꝛ ista etsi aliquo modo excusat.non tamen sic excusat: quin eterno igne ardeat:sicut dicit Aug9. Sic ꝛ ignorantia iuris inuincibilis põt esse duplex. Aut enĩ ẽ introducta per pambulã culpam.aut preter omnem culpã. Si preter oẽm culpã:aut simpliciter priuat cognitiõem iuris.sicut in infantibus ꝛ furiosis.qui oĩno carent vsu rationis.ꝛ hec excusat a toto. Vnde dicit Bern.qꝛ paruulis insanib9 ꝛ dormientibus nihil imputatur qđ faciunt. Aut non tollit oino vsum rõnis:sed semiplenũ. ꝛ tunc non excusat a toto sed a tanto.sicut in his que nõ plene sunt furiosi.sed habẽt aliq̃

modo aliqua interualla lucida.⁊ in pueris: qui ſunt aliquo modo capaces p̄cepti.licet nõ plene. Si aũt ignorantia eſt introducta ꝑ p̄ambulã culpã.ſicut inebrio ⁊ furioſo: quoꝝ vterq; p̄cipitauit ſe in hoc ꝑ culpã ſuam.ſic nõ excuſat a toto.Sed vt dicit phs. Ebrius habet duplices maledictões.vnam ꝓ culpa p̄cedenti.aliã ꝓ culpa ſequenti.Non tñ proprie loquendo eſt dicendũ ꝙ ebrius aliquid ꝑpetrans nouã culpã cõmittat ſed ex conſequenti culpa aggrauat͛ prima.vt videtur magis peritis. q̃uis aliqui dixerũt ꝙ p̄ter culpam primã in ebrietate cõſiſtam: ſecundo cõmittat nouã. ¶ Peccatũ ex induſtria ſiue in ſpm̃ ſctũ: eſt auerſio voluntatis maliſgnantis a ſumme clementie deo. Cuius ſunt ſex differentie.ſ.deſperatio: preſumptio.impugnatio veritatis agnite. inuidentia fraterne gratie: obſtinatio mentis.finalis impenitentia. Quaꝝ ſufficientia accipit͛ ſic. Iſtud peccatũ impugnat gr̃am penitentialẽ.ꝑ quã fit remiſſio peccati a deo intra eccleſiaſticaꝫ vnitatem. Poteſt ergo impugnare pñiam in ſe.⁊ ſic ſunt due ſpecies.q: penitẽtia facit reſilire a cõmiſſis. contra quod eſt obſtinatio mentis.facit etiam precauere a cõmittendis. contra quod eſt finalis impenitentia.ideſt ꝓpoſitum nunq̃ꝫ finaliter penitendi.Si autẽ impugnat gr̃am penitentialem in cõparatõe ad deum a quo datur ſic eſt duplex ſpecies. Nam vniuerſe vie domini miſericordia et veritas ſiue iuſticia. Miſericordiam impugnat deſpatio. iuſticiã impugnat p̄ſumptio. Si autem impugnat gratiam penitentialem in comparatione ad vnitatem eccleſie in qua recipitur.ſic eſt duplex peccatũ. Nam vnitas eccleſie maxime ↄſiſtit in duobus.ſ. in fide ſiue in veritate. cõtra quã eſt impugnatio veritatis agnite. Et in gratia ſiue charitate. contra quã eſt inuidentia fraterne gratie.

¶ De idolatria ⁊ hereſi. Sectio xxvi.

Equitur videre de diuiſione peccati que eſt. Peccatũ aliud in deum: aliud in proximũ.aliud in ſeipſum. Peccatũ in deũ dicit͛ impietas. Peccatum in proximũ iniquitas. Peccatum in ſeipm̃ impuritas. Primo videndũ eſt de peccatis quibus inhonoratur diuine maieſtatis omnipotentia ſuperſtitiõe colendi. que ſunt idolatria. ritus iudaicus. ritus ſaracenicus. apoſtaſia. ſciſma: hereſis. Idolatria eſt falſa ⁊ ſuperſtitioſa proteſtatio maieſtatis diuine in idolo. Idolatrie due ſunt ſpecies. Vna eſt in rebus naturalibus.alia eſt in rebus artificialibus.ſicut oſtenditur. Sapientie.xiij. Committitur autem tripliciter.ſ.proteſtatõe cordis: vt credere de creatura ꝙ ſit omnipotens: qḋ ẽ ꝓprium creatoris. Cõfeſſione oris.vt eſt nõ ſolum credere: ſed etiã verbis exprimere: Exhibitione operis.vt fit in reuerẽtia ⁊ in ſacrificijs. Triplex eſt apoſtaſia.ſ.perfidie.cum quis recedit a fide.vt iulianus apoſtata. Inobedientie.cũ quis recedit a preceptis eccleſie.et ſic initiũ ſupbie hois ẽ apoſtatare a deo Irregularitatis: cũ quis recedit a religione clauſtrali vel clericali. Apoſtaſia ſic poẽt deſcribi. Apoſtaſia eſt temerari⁹ a ſtatu fidei vel obedientie vel religionis receſſus. Sciſma eſt illicita diſſenſio coꝝ inter quos vnitas eẽ debet. vel illicit⁹ ab vnitate diſſenſus. Omnis hereſis eſt ſciſma: ſed non conuertitur. Hereſis eſt receſſus a fidei veritate. Itẽ differt ſciſma ⁊ hereſis. Nam hereſis addit ſupra ſ[illegible] ꝑuerſum dogma. Sciſma in fine [illegible] aliquã hereſim. Poſt receſſum enim ab vnitate eccleſie ſequitur inobedientia in mãdatis eccle. In fine vero ſequit͛ aſſertio ꝙ nõ eſt obediẽdum eccleſie. Hereſis idem eſt qḋ diuiſio.⁊ ſic dicit͛ hereſis ꝓpriiſſime receſſus a fide. ꝓprie falſa interpretatio ſcripturaꝝ.min⁹ ꝓprie excõmunicatio. Sedꝫ hoc hereticus dicit͛ multipliciter. Vno modo ſm̃ Augu. hereticus eſt qui alicuius temporalis lucri: ⁊ maxime glorie principatuſq; ſui gr̃a: falſas: opiniões de fide ac nouas gignit aut ſequitur. Gignit vt hereſiarche: ſabellius ⁊ arrius: ſequitur vt ſabelliani ⁊ arriani decepti per tales. Sedm̃ Hieronymũ p̄t hereticus appellari [illegible]

eccleſia nō deceſſerit: qui aliter intelligit ſcripturā q̄ꝫ ſenſus ſpūſſancti expoſtulat. Tertio dicitur hereticus quicūqꝫ a ſacramentis eccl'ie vel ꝯmunione fideliū eſt diuiſus: vt excōmunicat⁹ ſeu ſubūerſoꝛ eccl'ie: ſeu ſubꝛiſoꝛ ſcꝛoꝝ. vn̄ ſymoniacus hereric⁹ reputat̄.

## ¶ De interdicto: ⁊ duabus ſpecieb⁹ excōmunicatōis. Sectio xxvij.

Equit̄ de hereſi q̄ eſt excōmunicatio diffuſius videre in ſpeciali. Et ꝓ[?] rio de interdicto qđ eſt excōicationis initiū. Ad qđ notandū q̄ noīe cēſure eccleſiaſtice intelliginir ſententia interdicti. excōmunicatōis ⁊ ſuſpenſionis. Pꝛopꝛie autē excōicatur perſona a cōmunione ſacramētoꝛū ⁊ fideliū ſepara. Suſpendit̄ etiā perſona qn̄qꝫ ab officio: qn̄qꝫ a bn̄ficio. quādoqꝫ ab vtroqꝫ. Interdicit̄ locus: vtputa ciuitas: villa vel caſtrū. In generali interdicto dn̄t iſta ꝯferri ab eccleſia. Baptiſm⁹ paruuloꝝ: moriētib⁹ pn̄ia. pegrinis crucē accipiētib⁹ ob reuerentiam crucifixi nō eſt penitentia denegāda. Poteſt ep̄us baptizatos paruulos cōfirmare ſemel in menſe. vel ſeptimana. populū interdictū cauſa pꝛedicationis ad eccleſiā ꝯuocare. Item moꝛientib⁹ ſi digne peniteāt poteſt eucbariſtia miniſtrari. Clerici decedētes ſine pulſatōe campanaꝝ ceſſantibus ſolēnitatib⁹ cū ſilētio in cemiterio ſepeliri pn̄t: ſi bene ſeruauerūt interdictū. In ꝯuentualibus eccleſijs bini vel tres ſimul hoꝛas canonicas pn̄t legere: nō cantare: ianuis clauſis ⁊ interdictis excluſis. Et hoc ita demiſſe: q̄ exterius nō poſſint audiri. Ex quo colligit̄ q̄ interdicti: ⁊ multō foꝛtius excōicati: non debent hoꝛas extra eccleſiam auſcultare. Pleriſqꝫ tamen religioſis indultū eſt: vt ianuis clauſis: ⁊ interdictis excluſis: poſſint ſimul celebꝛare diuina. qđ hodie ad ep̄os extenditur. niſi ſpecialiter eis pꝛohibeat̄. ¶ Excōmunicatio vero eſt animaduerſione gladij ſpūalis eccleſie a cōmunione ſacramentoꝛū ⁊ fideliū ſepatio. Excōmunicatōis due ſunt ſpecies. Una que dicitur maioꝛ: excludens a ſacramentis ⁊ legitimis actibus fideliū: hoc verſiculo cōpꝛehenſis. Os: oꝛare: vale: cōmunio menſa negat̄. Alia que dicit̄ minoꝛ ſeꝑarans a ſacramentis. Itē excōicatio quedā infligit̄ a iure. Et hec eſt ꝯſeruatiua. Quia licet videatur eſſe ad libertatē eccleſie ꝯſeruandā. pꝛincipalit⁹ tn̄ eſt ad culpā pꝛecauendā. Quedā infligit̄ a iudice. Et hec eſt curatiua. Nā licet videat̄ eſſe ꝓpter emendā ſaciendā: pꝛincipalius tn̄ eſt ꝓpter ꝯtumaciā confringendā. Pena ſuſtinētis excōmunicationē eſt multiplex: que in hoc verſu ꝯtinet̄.

Gratia ſubtrahit̄ magis ac magis obice rupto. De vicio cadit in viciū: ſuffragia pdit. Eccleſie: ſathane vexandus tradit̄ ille. Quē ligat ex ꝓpꝛijs anathematis vltio culpis.

q celeſtia influunt in terreſtria ⁊ elementaria quantum ad diſtinctiuã ſignificationem temporũ: dierũ: menſiũ: ⁊ annorum: dicente ſcriptura. Sint in ſigna ⁊ tempora dies ⁊ annos. Influunt etiam quantũ ad effectiuã productionem rerũ generabiliũ ⁊ corruptibilium ⁊ corporum humanorum. Sic tamẽ ſunt in ſigna temporũ: rerũ ⁊ operationum: per lucem: calorem: motũ ⁊ virtutẽ. vt non ſint certa ſigna contingentiũ futurorum. nec influant ſuper liberũ arbitriũ per vim conſtellationũ quã dixerũt aliqui fatum eſſe. Et ſic colligitur ex predictis q deus ordinate creo condidit quantũ ad tempus. ordinate diſpoſuit quantum ad ſitum: ordinate gubernat quantum ad influentiam. In ſcriptura ſacra ordinate narrat quantum ad doctrine ſacre ſufficientiam: que in principio ſui inſinuat naturam luminoſam nomine celi: naturam opacam nomine terre: naturam perſpicuã nomine aque. Inſinuat ⁊ beatiſſimam trinitatem: patrem in nomine dei creantis. filiũ in nomine principij. ſpiritũſanctum in nomine ſpiritus dei. Inſinuat etiam nobis appropriata trium perſonarum. ſcilicet omnipotẽtiam patris in producendo: omniſcientiam filij in diſtinguendo: beniuolentiam ſpũſſancti in influendo.

¶ De ſufficientia celorum.

Sectio xij.

De natura celeſti ſpẽaliter eſt videndum. Celum quidẽ ſm cõmunem acceptiõem nominat naturam perſpicuam contentiuam. Scõm vero ppriam acceptionem nominat naturam pſpicuã contentiuã nulli contrarietati ſubiectam. Secundum primam acceptiõem: ſeptem celi a Rabano diſtinguũtur. ſcilicet celum aereũ: ethereum. olimpũ: igneũ: ſydereũ: aqueum: empyreum. Quorum ſufficientia ſic ſumitur. Celi enim natura perſpicua ⁊ contentiua: aut eſt datiua luminis: aut receptiua. Si eſt datiua: aut eſt vniformis non mota. ⁊ ſic eſt celum empyreum. aut eſt multiformis ⁊ mota. ⁊ ſic eſt ſydereum. aut eſt vniformis ⁊ mota: ⁊ ſic eſt cryſtallinum. quarta differentia non habetur: ſcilicet multiformis ⁊ non mota. Si autem natura perſpicua eſt luminis receptiua: aut eſt receptiua ſeparabiliter: aut inſeparabiliter. Si inſeparabiliter: aut ſm ſupioris ſuperficiei circulum: ⁊ ſic eſt olympum: quod monti appropinquat olympo. Si vero ſeparabiliter: aut ſm ſuperiorẽ partem. ⁊ ſic eſt ethereum. aut ſm inferiorem: ⁊ ſic eſt aereũ. Si aũt dicat celum natura perſpicua contentiua nulli contraria. ſic a quibuſdam octo orbes diſtinguũtur. ſ. ſeptem planetarũ cum octaua ſphera. A quibuſdam amplius eruditis nonẽ. Ab alijs vero vlteriꝰ illuſtratis decẽ. Horũ aũt ſufficientia ſic poteſt accipi. Diſtinctio enim celorũ: aut eſt p primam diuerſitatem formarũ. aut eſt per diſpoſitiones motuũ ⁊ luminariũ contentorum. Si per diuerſitatẽ formarũ. ſic diſtinguũtur tres celi. Aut enim in celo viget natura perfecte luminoſitatis. ⁊ ſic eſt habile ad ſtatum glorie ⁊ quietum: ſic eſt empyreũ. aut viget in eo natura perfecte perſpicuitatis ⁊ effectiue frigiditatis. ⁊ ſic eſt aqueũ ſiue cryſtallinum. qđ facit ad pſeruationẽ rerum corruptibiliũ: ideo eſt habile ad motũ. aut viget in eo natura pfecte perſpicuitatis ſimul ⁊ luminoſitatis et effectiue caliditatis. ⁊ ſic eſt ſydereũ: qđ facit ad tranſmutationẽ inferiorum. ideo eſt multiforme habile ad motũ. Si vero celi penes contenta luminaria diſtinguuntur. ſic eſt orbiũ diſtinctio attendẽda. Aut enim orbis cõtinet ſyderum multitudinẽ: ⁊ ſic eſt celum ſydereum ſiue ſtellatũ. Aut continet vnitates. ⁊ ſic ſeptem planete ſeptẽ orbibus ſunt diſticti. quibus regitur vniuerſitas temporum dierum ſeptenario diſpenſata.

¶ De quattuor attributis angelis cum conditione ſui.

Sectio xiij.

De natura pure ſpũali cuiuſmodi eſt angelica: ſex per ordinẽ ſunt videnda. ſcilicet conditio angelorum omniũ. preuaricatio malignorum demonum confirmatio

beatorum ſpirituū. diſtinctio aliquorū nominū ꝯminiū: nō omniū. diuiſio hierarchiarū diuerſorū ſtatuū. cuſtoditio cōmiſſorū hominum. ¶ De conditōe ſuꝑiorū ſpirituū eſt tenendū: ꝙ angelis a primordio ſue conditōis ſunt quattuor attributa. ſcʒ ſimplicitas eſſentie. diſtinctio perſonalis propter rationē naturaliter inſitam. memoria: intelligētia ⁊ voluntas. ⁊ libertas arbitrij ad eligendum bonum: ⁊ reſpuendum malū. Hec autem quattuor principalia attributa alia quattuor comitantur. ſcilicet virtuoſitas in operando: officioſitas in miniſtrando, perſpicacitas in cognoſcendo: ⁊ immutabilitas in eligendo. Immutabilitas in quā poſt electionem ſiue ī bono ſiue in malo. Subſtantia quippe ſpiritualis ⁊ incorporea ſimplex ⁊ omni carens diuiſione quantitatis: cuiuſmodi eſt natura angelica: hoc ipſo ꝙ eſt ſimplex eſt virtuoſa ī operando. hoc ipſo ꝙ eſt virtuoſa ⁊ perſonaliter diſcreta competit ei diſtinctio officij in miniſtrando. hoc ipſo ꝙ eſt ſimplex ⁊ virtuoſa cōpetit ei perſpicacitas in diſcernendo. hoc ipſo ꝙ eſt perſpicax ⁊ ſimplex ⁊ habens intellectum deiformē habet poſt electionem ſtabilitatem in electo ſiue bonum fuerit ſiue malum. ¶ Sufficientia horum quattuor ſic accipitur. Angelus poteſt conſiderari quadrupliciter. ſcʒ in ſe: ⁊ ſic eſt eſſentie ſimplicitas. ad alterum angelum: ⁊ ſic eſt diſtinctio ꝑſonalis. ad deum: ⁊ ſic eſt memoria intelligentia ⁊ voluntas: in quibus conſiſtit ratio imaginis ad ea que eius regimini ſunt ſubiecta. ⁊ ſic eſt libertas liberi arbitrij.

¶ De ꝑuaricatōe ſpirituū malignorū.

Sectio xiiij.

De preuaricatione damnatorū ſpirituū eſt tenendum: ꝙ lucifer primus inter angelos: ꝑſiſtentis de bono ꝑuato: appetijt primatū excellentiā: volēs alijs ſuperferri. ideo cū oībus adherentibus ſibi ꝑdidit locū ſummū. ſ. celū empyreum: deſcēdens in locū imū. ſ. caliginoſum aerē vel infernū. Cecidit autē in culpā per liberū arbitriū. lapſus eſt in penā ꝑ diuinū iudicium. Cadēs aūt factus eſt immutabilis poſt ruinā. Ideo ſtatim fuit obſtinatus in malo: excecatus a vero: deordinatus in operatione: infirmatus in virtute. Voluntas diaboli obſtinata habꝫ deformitatē in qua eſt priuatio nature. variatio. deciſio ſiue minoratio ratione prime macule: a cuius adheſione nullatenus ſeparatur. Habet ꝑuitatē in qua eſt continuatio. quātum ad actū peccādi. tū interueniat variatio quantū ad genus peccati. Ratio vero in diabolo eſt excecata. Predicit aliquā futura: quod dicit Aug⁹ fieri quattuor modis. ſcilicet ſenſus vel ingenij acrimonia: longa tēporum experientia. doloſa cautela: q̄ proponit aliqui facere que predicit. aliena doctrina cū ab angelis aliquid didicit iuſto dei iudicio ꝑmittente. Myſterialis diaboli operatio eſt hominibus interdicta. tum ꝓpter periculū infidelitatis ne attribuatur diabolo qđ eſt dei. tū ꝓpter peccatum idolatrie. quia deſiderat diabolus aliquid ſibi immolari. tū propter peccatum inobedientie. quia voluntariū cōmerciū cum diabolo preciſe tam a deo q̄ʒ ab eccleſia ꝓhibetur. Virtus diaboli peccati merito coartata. quādo permittitur vertitur ad miracula facienda ꝓpter tranſmutatiōes repentinas circa corpora creaturas. Poſſunt diſcerni diaboli miracula a miraculis dei veris quattuor modis. ſcilicet ex parte principalis agentis. Nam in miraculis dei operatur virtus potentie infinite. in miraculis diaboli virtus creature. Ex parte miniſtri: q: miracula dei fiunt per publicā iuſticiam. ſcilicet ꝑ fidem iuſtificantem que publice predicatur. vel ſigna publice iuſticie: vt in peccatoribus qui per fidem aliquā ſunt miracula operati. Miracula diaboli fiunt per priuatos cōtractus ⁊ arcana quedam q: ſic inuentores artis magice cum demonibus pepigerunt. Ex parte finis: quia miracula dei fiunt ad hominum vtilitatem ⁊ dei gloriam. Miracula demonū ⁊ magorū ad deceptionem ⁊ frau
Ex parte facti: quia miracula dei ſunt cre

ſentia. vt ſuſcitare mortuos: illuminare cecos ⁊ ſimilia. Miracula diaboli ſunt vilia: vt facere muſcas: bufones ⁊ ſerpentes.

¶ De ↄfirmatione ſpirituū bonoꝝ.

Sectio xv.

Equitur videre de ↄfirmatione ſpirituū beatoꝝ. de quibus tenendum eſt ꝙ alijs apoſtatātibus: ipſi immobiliter dn̄o adheſerunt. ita ꝙ alijs per maliciam irreuocabiliter obſtinatis: ipſi ſunt per gratiā ⁊ gloriam in voluntate perfecte confirmati. Simul enim tēpore nō natura gratiam ⁊ gloriam ↄuerſionis ⁊ adheſionis ad deum merito perceperūt. ratione cuius fuerunt quantū ad voluntatē ſtabiles ⁊ felices. In ratione ſunt pfecte illuminati ſm̄ cognitionem matutinam ⁊ veſpertinam. Lux ꝙppe diuina angelū illuminans ad cognitionē dei angelum facit lucē. Cognitio autem dei in ſe dicitur dies. quia pure eſt lux tanꝗ̄ cognitio ⁊ ratio cognoſcendi. Lux autem angelica diuinitus illuſtrata habet cognoſcere creaturam. que reſpectu dei tenebra reputatur. ideo eius cognitio dicitur veſpertina. prout cognoſcitur in ſeipſa. dicitur matutina, put ex illa cognitione ↄſurgit mens angelica in laudem dei. cognitionem illam referens ad cognitionem quam habet in verbo ⁊ virtute. In virtute ſunt perfecte fortificati. ſiue in operando: ſiue in exequendo. ⁊ hoc ſiue aſſumpto corpore: ſiue etiam nō aſſumpto corpore. In operatione ſunt perfecte ordinati ſiue ↄtemplatiua ſiue adminiſtratiua. Duplex ē enim vis angelica. contemplatiua qua contemplant deum: ⁊ negociatiua ſiue adminiſtratiua: qua negociant circa ſalutem hominū. Nō poſſunt aūt deordinari aſcendendo ad contemplationē dei. nec deſcendendo in adminiſtrando homini. qꝛ quocūqꝫ mittunt ſemp currūt ⁊ militāt intra deū.

¶ De diffinitionib⁹ angeli: ordinis ⁊ hierarchie. Sectio xvi.

Equit videre de diffinitionibus triū vocabuloꝝ que faciunt ad noticiā angelorum: que ſunt angelus: ordo: hierarchia. Ex multis nempe angelis ordo conſurgit. Ex pluribus ordinibus ſaltem tribus cōſtituitur angelica hierarchia. Angelus diffinitur a Damaſceno ſic. Angelus eſt ſubſtantia intellectualis ſemper mobilis. arbitrio libera: incorporea: deo miniſtrans: ſm̄ gratiā non naturam: imortalitatem ſuſcipiens. Ordo ſic diffinitur a Gregorio. Eſt multitudo celeſtium ſpirituū qui inter ſe in aliquo munere gratie ſimilantur. ſicut ⁊ in naturalium datorum munere conueniunt. Triplex autē inuenitur diffinitio hierarchie: ſꝫ ꝙ triplex eſt differentia hierarchie. ſcilicet diuina: angelica ⁊ eccleſiaſtica. Diuina ſic diffinitur a Dionyſio. Hierarchia eſt diuina pulcritudo vt ſimplex: vt optima: vt ↄſūmatiua. Angelica ſic diffinitur ab eodem. Hierarchia ē ordo diuinus: ſcientia ⁊ actio: deiformis quātum poſſibile eſt ſimilans. ⁊ ad inditas ei diuinitus illuminationes: proportionaliter in dei ſimilitudinem aſcendens. Eccleſiaſtica magiſtraliter ſic diffinitur. Hierarchia eſt rerum ſacrarum ⁊ rationabilium ordinata poteſtas: debitum in ſubditis obtinens principatum. Hec autem diffinitio poteſt etiam conuenire angelice hierarchie. Al damaſ. diffinitur angelus quantū ad ſubſtātiā: cū dicit Angelus eſt ſubſtātia incorpea. Quātū ad virtutē: cū dicit intellectualis ſemp mobilis. arbitrio libera. Ubi tangit triplex virtus angelica. ſ. cognitiua: cū dicit intellectualis. operatiua: cū dicit ſemp mobilis. q: infatigabiliter operat: imperatiua: cū dicit arbitrio libera. Operatio tangit cū dr̄. deo ſuiens. Duratio cū dicit: gratia nō natura imortalitatē ſuſcipiens. Ordo notificat quantū ad fundamentū: cum dicit. ordo eſt celeſtium ſpūum multitudo. ⁊ quantum ad complementū: cū dicit. qui inter ſe in aliquo munere grē ſimilant. ⁊ quantū ad diſpoſitōem: que inter hec mediū tenet locum. cum dicit. ſicut in naturalium donoꝝ participatione ↄueniūt. Diffinitio angelice hierarchie notificat ipſam

egredientem a deo per modú imaginis: cuꝫ dicit.hierarchia eſt ordo diuinꝰ ſcia ⁊ actio. vt ordo ideſt ordinata poteſtas reſpondeat patri.ſcientia filio actio ſpūiſancto:ſm memoriá:intelligétiam:⁊ voluntaté. Secundo deſcribitur vt egrediens per modū ſimilitudinis.cú dicitur:deiſorme quantú poſſibile eſt ſimilans:quantū ad habitū.⁊ ad inditas ei diuinitus illuminatōes: ꝓportionabiliter in dei ſimilitudiné aſcendēs quantū ad actum. In diffinitione hierarchie in ea ⁊ ostenditur eē vnitas in trinitate:cú dicitur:diuina pulchritudo. Pulchritudo enim ex pluralitate ⁊ eq̄litate conſtat. Et aūt oſtendatur ꝙ pluralitas nō preiudicat vnitati:dicitur vt ſimpla.ꝙ vnitas pluralitati:dicitur vt optima.ꝙ vnitas ſpectat ad perfectioné pluralitatis ⁊ econuerſo:ſubiungitur vt cōſummatiua.

¶ De triplici diuiſione hierarchie.

Sectio xvij.

s Equitur videre de tribus diuiſiōibus hierarchie. Prima hec é. Hierarchia p̄:alia ſupceleſtis .i. diuina. alia celeſtis.i.angelica.alia ſubceleſtis.i.eccleſiaſtica vel humana. Omiſſa eccleſiaſtica et diuina:ſubdiuiditur diuiſione ſecúda angelica hierarchia:i ſupremá:mediá:⁊ infimā. ſiue per alia vocabula:in epiphaniā:hyperphaniam:⁊ hypophaniā. Epiphania eſt in caleſcentis actōis incendio altioris intellectus faſtigio iudicijq̄ꝫ libera reſultatio diſtributa. Hyperphania é diuina illuminatio ſui participes interſcalari reuerentia inſigniēs: vſuꝫ edocens dn̄andi:arcenſq̄ꝫ contrarium. Hypophania eſt diuinū participiū legibus nature occurrens:arcana reſerans pro capacitate diſcreta. Tertia diuiſio eſt hec. In ſuprema hierarchia que dicitur epiphania ſunt ſeraphin.cherubin:⁊ throni. In media ſiue hyperphania ſunt dn̄ationes virtutes:⁊ poteſtates. In infima ſiue hypophania ſunt principatus:angeli ⁊ archangeli. ¶ Agūtur q̄dem ⁊ aguntur angeli ſm ordiné hierarchicū in eis initiatū p naturā:conſummatū p gloriam.que in eis ſtabiliuit liberi arbitrij vertibilitaté.illuſtrauit perſpicacitaté.roborauit virtuoſitaté.⁊ ordinauit officioſitaté. Perſpicacitas rationis in contéplando:aut reſpicit bonitaté deſiderādam.ſic ſunt ſeraphin. aut veritatem intelligendā: ſic ſunt cherubi. aut maieſtatem venerandā:ſic ſunt throni. Ad thronos ſpectat reuerentia.ad cherubin ſapientia.ad ſeraphin beniuolentia. Ad perfectam virtuoſitatem ſpectat virtus imperatiua que eſt in dn̄ationibus.virtus executiua: que eſt in virtutibus.virtus expeditiua:que eſt in poteſtatibus:quarū eſt arcere ꝯtrarias poteſtates. Ad perfectam officioſitatem ſpectat regere:quod faciunt principatus.dirigere:qđ faciunt archangeli.reuelare qđ faciūt angeli.

¶ De cuſtodia hominum per angelos.

Sectio xviij.

i Am ſexto ⁊ vltimo circa naturam angelicam:de cuſtodia hoīum ſuo regimini cōmiſſoꝝ eſt videndum. Ad cuius noticiam eſt notādū:ꝙ angeli habent ab hominibus defectū quadruplicem reuelare.ſcilicet p̄ronitatem ad malum: difficultatem ad bonū. longinquitatem a domino ⁊ tepiditaté a mente. Ad que quattuor deſignanda.quattuor nomina angelorum ⁊ nō plura ſunt in ſcriptura hominibus reuelata. ſcilicet Raphael:qui interpretatur medicina dei ſiue ſanans dominus. hic eſt miſſus curare thobiam a cecitate oculorum.⁊ ſarā ab improperio de occiſiōe virorum. Et hoc contra duo que ex originali contraximus: que ſunt ignorantia rerum agendarum.⁊ cōcupiſcentia noxiarum.per que duo reddimur ad malum labiles. Item Gabriel:qui interpretatur fortitudo dei.qua fortificamur ⁊ conſortamur ad obſeruantiam preceptorū dei:⁊ ad impletionem conſiliorum. In ſignū primi:miſſus eſt annunciare ortum precurſoris de coniugatis. In ſignuꝫ ſecundi:miſſus eſt annunciare ortum ſaluatoris de virgine. Per iohannis exemplum reddimur fortes

ad expugnandu malū. per chriſti beneficiū ⁊ exemplum reddimur diſpoſiti ⁊ faciles ad bonum. Item michael qui interpretatur quis vt deus: qui dicitur aīas in celo dño pñtare. ꝓpter quas de manu diaboli eruendas cōmiſit ꝑlium cū dracone. Huius duas ſolēnitates ſolēniter celebramus. ſ. apparitionis et dedicationis. In ſignum ꝙ ipſe pro nobis ē dum viuimus in hoc ſeculo: ⁊ dū educimur de exilio. Item Uriel qui interpretaṫ lucens deo ſiue apparens deo: vel ignis dei aut incendium dei. que duplex interpretatio īnuit ꝙ per eius miniſteriū illuſtramur in veritate: ⁊ inflammamur in charitate. Mittuntur enim angeli ad illuminandum noſtrū intellectum ⁊ inflāmandū noſtꝝ affectū. etſi nō effectiue: ſaltē diſpoſitiue. De hoc nōie vriel legitur in tertio Eſdre. ꝙ miſſus eſt iſte angelus ad conſolatōem populi dei qui ab alienigenis ꝑmebaṫ. Habent etiā angeli circa hoīem actū triplicem frequentare. ſ. purgare: illuminare: ꝑficere: Primus actus ordinatur ad amotōem impedimētoꝝ. ſcōs act⁹ ad cognitōem veroꝝ. tertius ad dilectionē bonoꝝ. ¶ Habent tertio in hoībus effectū duplicē ꝑcurare. Unū ſcꝫ reſpectu boni: vel ꝯſeruandi: vel acquirendi: vel augmētādi. Aliū reſpectu mali: vel deſerendi: vel vitandi: vel minuendi. ¶ Habent nihilominus omnes ꝓpter miſteriū humani generis militare. Quidā enim mittuntur ad nos miſſiōe exteriori. quidam mittuntur ad angelos propter nos miſſione interiori. ſicut illa ſuperna agmina que ꝑeminent. que vſum exterioris officij nunq̄ȝ habent. tamen ad nos vel propter nos mittuntur. ſm ꝙ dicit apoſtolus ꝙ omnes ſunt adminiſtratorij ſpūs in miniſterium miſſi propter eos qui hereditatem capiunt ſalutis. ¶ Habēt quoqꝫ angeli ad cuſtodiā hoīum deputari ab infuſione aīe vſqꝫ ad egreſſionem de corpe conatū diaboli cōtra hoīem refrenare. Unde dicit btūs Hieronyꝫ. Magna eſt dignitas animaꝝ: vt vnaqueqꝫ habeat ab ortu natiuitatis ſue in cuſtodiam angelum delegatū. Et beatus Gregorius dicit ꝙ vnuſquiſqꝫ habet vnū bonū angelū ſibi ad cuſtodiam: ⁊ vnū malū ad exercitium deputatum.

¶ De diffinitōib⁹ aīe. Sectio xix.

(r)Eſtat videre de tertia differentia creature: que compoſita eſt ex ſpirituali ⁊ corpali. cuiuſmodi ē humana. Et primo quantū ad aīam. ſcōo quantū ad corpus. tertio quantū ad coniunctū. De anima humana duo ſunt principaliter videnda ſcilicet diffinitio: ⁊ potētiaꝝ diuiſio. Anima ſeptem diffinitionibus diffiniṫ. Prima ē in libro de motu cordis. Aīa eſt ſubſtātia incorporea intellectualis illuminationū que ſunt a prima ⁊ vltima relatione pceptiua. Secūda eſt Remigij. Anima eſt ſubſtantia incorporea regens corpus. Tertia eſt Ariſtotelis in libro de anima. Aīa eſt actus primus corporis organici phyſici potentia vitā habentis. Quarta eſt Auguſtini. Aīa eſt ſimilitudo omniū. Quinta eſt ſimiliter Auguſ. Aīa eſt ſubſtantia quedā rōnis particeps regendo corpi accōmodata. Sexta ſumiṫ ex Geneſi. Anima eſt deiformis ſpiraculū vite. Septima eſt Senece. Aīa eſt ſpūs intellectualis in ſe ⁊ in corpore ad beatitudinem ordinatus. ¶ Per primā diffinitionē notificaṫ aīa rationalis: ꝓut eſt ſpūs. p ſcōam ⁊ tertiā ꝓut eſt anima. Copulaṫ enim aīa ⁊ vniṫ corpori vt motor mobili: ⁊ ſic eſt ſcōa. ⁊ vt pfectio pfectibili. ⁊ ſic eſt tertia. Per alias xo quatuor: que ſequunṫ diffiniṫ vt anima ⁊ ſpūs. ita ꝙ quarta eſt per compatōem ad creaturas generaliter. quinta p compatōem ad corpus qḋ perficit. ſexta p compatōem ad deū tanq̄ȝ ad ſuā cauſam efficientē. ſeptima per cōparationem ad deū vt finē vltimū. citra quē nō poteſt rōnalis quietari.

¶ De diuiſiōne potentiarū aīe ſm nigros. in quinqꝫ mēbra. Sectio xx.

(ſ)Equitur videre diuiſionē potētiarū anime. Ad quaꝝ noticiā habendam quadruplex eſt diuiſio percur

rēda. Una diuiſio ſm magiſtros ē in q̄nq3 mēbra. ſ. in ſenſualitatē: ſenſum: imaginationem: rōnem: ꝛ intellectū. Senſualitas ſ3 magiſtros eſt illa potentia que ſenſificat corpus: ꝛ mouet ꝛ appetit ea que ſunt delectabilia corporis: ꝛ refugit nociua. Senſus eſt illa vis anime qua hō cognoſcit res corporales preſentes. Imaginatio eſt illa vis anime que intuetur res corpales abſentes. Ratio eſt illa vis anime qua aīa inter bonū ꝛ malū. inter verū ꝛ falſum diſcernit infra ſe. Intellectus: ē illa vis anime qua aīa apprehendit res immateriales ꝛ intelligibiles vt aīam angelū ꝛ deū. ¶ Iſtorum quinq3 mēbrorū ſufficientia ſic poteſt ſumi. Anima eſt quaſi duo ſicut dicit Aug⁹. Eſt anima ꝛ ſpūs. Anima: inquātū corpus perficit ꝛ viuificat. ſpūs inquantum ſine corpore conſideratur: ꝛ ſepata pdurat. Scdm vero ꝙ eſt aīa comparatꝰ ad corpus ꝛ corpus ad aīam. ꝛ ſic congruit aīa corpori ꝛ aptatꝰ ei vt influat ei vitā ꝛ ſenſum. Et hec potentia anime dicitur ſenſualitas. Cōgruit etiā corpus anime ꝛ aptatꝰ ei vt p corpus pficiatꝰ quantū ad vitā inferiorē. Et hec potentia dicitꝰ ſenſus. Senſus aūt eſt duplex. ſcilicet interior: qui dicitꝰ imaginatio: ꝛ exterior: qui cōmuniter dicitꝰ ſenſus: vt viſus qui fit p oculum. ꝛ auditus per aurem: ꝛ ſic de alijs. Ipſa vero aīa inquantū ſpūs: dicitur duplicem hre aſpectū. Unū reſpectu inferiorū: ꝛ vnū reſpectu ſuperiorū. ſ3 qd dicit Aug. ꝙ aīa duas habet partes. ſ. vnam ad ſuperiora reſpicientē ꝛ aliam ad inferiora. Inferiorē magiſtri appellant rōnem. ſuperiorē vero intellectū.

¶ De diuiſione potentiarū ſm naturales ī tria mēbra. Sectio .xxi.

Secunda vero diuiſio ſm naturales eſt in tria mēbra. Scdm eni3 ꝙ aīa cōparatur ad actus: tres ſunt anime potentie ad actū triplicē ordinate. Tres quidem ſunt actus aīe primi. ſ. vegetare: ſentire: ꝛ ratiocinari. Et ſm hoc diſtinguntꝰ triplex anime potētia. ſ. vegetabilis: ſenſibilis: ꝛ rationalis. Nota tñ ꝙ vegetabilis eſt anima ī plantis. Senſibilis eſt aīa in brutis. Rōnalis eſt anima in hoib⁹. In hoīe aūt nō ſunt tres aīe: ſed tres potētie ſunt vicende in vna aīa. Uegetabilis appetit eſſe. ſenſibilis bene eē: rōnalis optime eſſe. Uegetabilis ſubdiuiditꝰ in generatiuā ꝛ nutritiuā. Generatiua eſt ad conſeruationem eſſe vniuerſalis. ſcilicet ſpeciei. Nutritiua eſt ad pſeruationem eſſe ſingularis. ſ. indiuidui. Nutritiue duplex ē act⁹ ſcilicet nutrire: ꝛ iſte actus ſemp eſt neceſſarius. augmentare: ꝛ iſte ſolū eſt neceſſarius vſq3 ad rei cōplectōem. Unde nutriuntꝰ ſemper aīalia nō aūt ſemp augmētantꝰ. Uis ſenſibilis diuiditur in apprehēſiuā ꝛ motiuam. Apprehēſiua diuiditꝰ in ſenſum particularē ꝛ ſenſum cōmunē. ſiue in ſenſum exteriorem ꝛ interiorem. Senſus particularis ſiue exterior: diuitur in quinq3 ſenſus. ſ3 viſum auditum: guſtum: odoratum ꝛ tactum. ¶ Circa iſtos quinq3 ſenſus tria neceſſario requiruntur. ſ. bonitas organi: diſpoſitio medij: ꝛ preſentia obiecti. Organum viſus ſunt pupille oculorum organū odoratus ſunt nares. organum auditus ſunt aures. organum guſtus lingua ꝛ palatum: organū tactus ſunt nerui totius corporis. Iſta organa deſcendunt ab anteriori parte cerebri. In qua quidē eſt neru⁹ qui dicitꝰ obticus. ꝛ deſcendit ad pupillas: et ramificatur in duas partes. Alius deſcendit ad nares: alius ad aures: quidā alius ad linguam ꝛ palatū: quidam multiplicite ramificatus eſt organū tactus in toto corpore. Obiecta vero ſenſuū ſunt hec. Obiectū viſus eſt color ꝛ eius differētie. Obiectū odoratus eſt odor ꝛ eius differentie. Obiectum guſtus eſt ſapor ꝛ eius differentie. Obiectū auditus eſt ſonus ꝛ eius differētie. Obiectū tactus ſunt elemētales qualitates: vt calidū: humidū: frigidum: ſiccū. rarū ꝛ denſum. leue ꝛ graue: aſperum ꝛ lene. Media ſenſuū ſunt hec. aer ꝛ aqua. ꝛ qdlibet corp⁹ diaphanum ꝛ tranſparens illuminatū eſt medium ī viſu. Aer exterior ꝛ interior eſt medium in auditu. Auris enim concaua in concauita‑

te habet aerem intrinſecum ſibi ꝯnaturalem.
Uapor per aerē delatus eſt mediū in odora
tu. Res enim odorifera quaſi fumū ſenſibi
lem euaporat. et quo immutat aer deferens
odoratū odoratū. Humor ſaliualis eſt medi
um in guſtu. Caro eſt medium in tactu. ¶ In
terior ſenſus diuiditur in tres partes ſm tres
partes cerebri. que ſunt: anterior in qua eſt
imaginatio. media in qua eſt eſtimatiua: po
ſtrema in qua eſt memoria. Imaginatio ali
quando dicit ſenſus ꝯmunis: aliqñ imagina
tio. aliquando phantaſia. Senſus cōmunis
dicit inquantū ſibi concurrūt ſenſus particu
lares quinqꝫ tanqꝫ linee ad centꝝ. ibiqꝫ ligā
tur. Imaginatio dicitur inquantū repreſen
tat formas primo receptas a particularibus
ſenſibus: qñuis abſentes. Phantaſia inquā
tum pōt ꝯponere formas nouas ſm ſilitudi
nes corꝝ que ꝑcepit ꝑ ſenſus ꝑticulares. Eſti
matiua eſt illa vis ſm quā dicimus ſagacita
tem vel prudentiā in brutis. vt in vulpe ſiue
in aliqꝫ: in apprehēdis delectatōibus ⁊ refugi
endis nociuis. Memoria eſt vis illa que cō
ſeruat ſiue retinet formas ſenſibiliū ſpērum.
¶ Uis ſenſibilis motiua eſt motiuū ſm mo
tum mouēs vniuerſaliter mēbra corporis. vt
caput brachia ⁊ armos. Motiua pedum di
citur greſſibilis: q: ſm eam mouetur animal
motu ꝓgreſſiuo. ¶ Uis rōnalis diuiditur ī
intellectum ſpeculatiuū: qui exercet in ꝯtem
platōe veri. ⁊ practicū qui in operatōe boni.
Scōm hāc duplicē radicē intellectuū dicun
tur vita actiua ⁊ ꝯtēplatiua.

¶ De diuiſiōe potentiaꝝ ſm theologos et naturales. Sectio xxij.

Ertia diuiſio ſm theologos ⁊ natu
1 rales eſt hec. Potentiaꝝ corpora
lis. i. corporis regitiua. alia ſpiritua
lis. Corporis regitiua diſtinguitur ī animalē
vitalē ⁊ naturalē. Scōm has vires aīa regit
corpus. Uis animalis ſm medicos eſt in ce
rebro. vitalis in corde: naturalis in epate.
Uis animalis diuidit in cognitiuā ⁊ moti
uam. De cognitiua dictū eſt ſupra. Motiua
diuiditur in iraſcibilē ⁊ ꝯcupiſcibilē. Mot9
enim animalis aut ē a malo nociuo: ⁊ dicitur
motus fuge qui eſt ab iraſcibili. Aut. eſt ad
bonū delectabile: ⁊ talis motus eſt a ꝯcupi
ſcibili. ¶ Uis vitalis. eſt vis motiua aeris ī
corpe animalis ꝑ arterias vnde eſt pulſus.
Tanti enim caloris eſt cor: qꝫ niſi refrigera
retur aere atracto per inſpiratione ⁊ emiſ
ſo ꝑ reſpiratōem animal moreret. Hec ea
dē vis eſt motiua ad vocē formandā: eo mō
quo formatur vox irrationalis: vt vox auiū ⁊
aialiū. ¶ Uis naturalis ꝯprehēdit nutriti
uā ⁊ generatiuā. Sed nutritiua eſt ad ꝯſerua
tionē nature ſingularis. generatiua eſt ad cō
ſeruatōem nature vniuerſalis. Nutritiue ꝓ
tūti alie quattuor deſeruiūt. ſ. appetitiua q̄ ap
petit nutrimentū. digeſtiua que ſepat conue
niens ⁊ nō ꝯueniens in alimēto. retentiua q̄
tranſmittit ad ſingulas partes corpis. qđ cō
ueniens eſt in nutrimento: vt facta deperdi
tio reſtauret. expulſiua que expellit qđ ī nu
trimento fuit inconueniens ⁊ nociuū. ¶ Spi
ritualis aūt. i. ſpūs regitiua: diuiditur aliquā
do ſm naturā intellectiuā ⁊ affectiuam. Ali
quando ſm officia: vt cū diuidit rō in ſupio
rem ⁊ inferiorē. Aliqñ ſm ſtatus: vt cū diui
dit in intellectum ſpeculatiuū ⁊ practicum.
Speculatiuus intellectus extēſiōe fit practi
cus dū coniūgit voluntati ⁊ operi. Aliqñ ſm
aſpectus: vt cū diuidit cognitiua in rōnem q̄
aſpicit ad inferius. ⁊ intellectū qui aſpicit ad
par. ⁊ intelligentiā que aſpicit ad ſuperius.
Aliqñ ſm actus: vt cū fit diuiſio ī inuentiuā
⁊ dijudicatiuam. Inuenire enim ⁊ iudicare
ſunt actus potentie cognitiue adinuicem ordi
nati. Aliqñ ſm differētias: vt cū diuidit in
tellectus in agentem ⁊ poſſibilē. Nā prima
differētia intellectus vtit aīa ad abſtrahen
dū. ſcđa vero ad recipiendū. Aliqñ ſm di
uerſos modos mouēdi: ⁊ ſic eſt diuiſio vo
luntatis ſiue appetitus in naturalē ⁊ delibe
ratiuā. Prima eſt diuiſio principalis in intel
lectum ⁊ affectū. ſiue cognitiuā ⁊ affectiuam
ſiue in rōnem ⁊ voluntatē. Voluntas dicit

potentia: ⁊ ſic diffinit ab Anſel. Voluntas eſt inſtrumentū per ſeipſum mouens. Dr̄ actus ſiue mot⁹ potentie. ⁊ ſic diffinit ab Augu. in lib. lxxxiij. queſtionum. Voluntas eſt animi mot⁹ cogente nullo ad aliqd admittendum vel non admittēdū: vel nō adipiſcendum vl' adipiſcendū. Dr̄ etiam volitū. vt cum dicit aliqs. hec eſt mea voluntas. Sex ſunt actus ad voluntatē liberā pertinētes ſʒ Damaſ. ſcʒ conſiliū. iudiciū. ſententia: electio: operatio: ⁊ vſus. Liberū arbitriū vult: ecce voluntas. Inquirit ⁊ ſcrutat: ecce conſiliū. iudicat: ecce iudicium. diſponit: ecce ſententia. eligit: ecce electio. que eſt duobus placentib⁹ alterum p̄optare. impetū facit: ecce opatio. agit: ecce vſus. ¶ Ratio aūt habet quqʒ actus. duos p quos dirigit in finē veri: quop vn⁹ p̄cedit cognoſcere: ⁊ dicitur ratiocinatio: q̄ ſic ab Auguſtino diffinitur. Ratiocinatio ē rationis inqſitio. Huic ratiocinatōi eſt inſitum ingeniū: qd̄ diffinit ab Auguſt. Ingeniū eſt illa vis aie ſiue intentio: qua ſe ext endit aīa ⁊ exercet ad incognitorum cognitionem. Ali⁹ actus eſt ipſum cognoſcere: qd̄ eſt aſpect⁹ veri. Et ſm hoc diffinit ratio ab Auguſt. Rō eſt animi aſpect⁹ quop ſeipſuʒ vep intuetur. Habet etiā ratio tres act⁹ p quos dirigit in finē boni. Prim⁹ eſt boni ⁊ mali diſcretio: ſiue boni ⁊ melioris. Scd̄s eſt diſcretione facta boni ſiue melioris electio. Tertius eſt dilectio. De his tribus dicit Augu. Ratio eſt anime aſpectus: quo bonum ⁊ malum diſcernit. virtutes eligit: deum diligit.

¶ De diuiſione potentiarum ſm Auguſtinum. Sectio xviij.

Quarta diuiſio potentiarum ponit ab Auguſtino in li. d̄ ſpū ⁊ aīa. que facit ad maiorem euidentiā p̄dictorum. Diſtinguit autem vires aīe in rōnalem cōcupiſcibilem ⁊ iraſcibilē. Per rōnalē eſt aīa habilis ad cognoſcendum aliqd infra ſe: ſupra ſe: in ſe: ⁊ iuxta ſe. Cognoſcit ſiquidem deum ſupra ſe: in ſe: ⁊ iuxta ſe. Cognoſcit itidem deum ſupra ſeſe in ſe: angelum iuxta ſe: ⁊ quicqd celi cōtinet ambitu infra ſe. De rōnalitate oīs ſenſus anime naſcitur. de concupiſcibilitate oīs affectus. Affectus q̄drip̄tit⁹ eſſe dinoſcit: dum de eo quod amam⁹ iā gaudemus: vel gaudendū ſperam⁹. vel cum de eo qd̄ odimus iam dolemus: vel dolēdū metuimus. Unde de concupiſcibilitate gaudiū ⁊ ſpes: de iraſcibilitate dolor ⁊ metus oriuntur. Qui quidem q̄tuor affectus aie omniū ſunt viciorū atqʒ virtutū q̄ſi quedam principia ⁊ cōmunis materia. Affectus q̄dē omni operi nomē imponit. ¶ Notandū vō q ſenſus aīe virtutes app̄henſiue vocant ſiue cognitiue q̄ a rationabilitate oriunt. Quinqʒ aūt ſunt progreſſus ad ſapientiā. ſenſus: imaginatio: ratio: intellectus: intelligentia. Senſus eſt ea vis aīe que rerū corporearū corporeas recipit formas: ſed p̄ntes. Imaginatio eſt ea vis aie que rerum corporeap corporeas recipit formas ſed abſentes. Sēſus nanqʒ formas accipit in materia: imaginatio extra materiam. Et ea vis exterius formata ſenſus dr̄: ⁊ eadem vſqʒ ad intimum traducta vocatur imaginatio que de ſenſu oritur. Rō ē ea vis anime que rerū corporeap formas: naturas: differentias: p̄prīa ⁊ accidentia oīa percipit incorporea ſed nō extra corpora niſi rōne exiſtentia. Abſtrahit enī in corpib⁹ q̄ fundantur a corporalib⁹ non actiōe ſed ꝯſideratiōe. Intellectus eſt ea vis aie que inuiſibilia percipit: vt angelos: demones: aīas. ⁊ omnem ſpiritū creatuʒ. Intelligentia eſt ea vis anime que imediate ſupponit deo. Cernit quidem ipſum ſūmū vep ⁊ v̄e imutabile. Sic ergo aīa ſenſu pcipit corpa. imaginatōe corporū ſimilitudines. rōne corporum naturas. intellectu ſpiritū creatum. intelligentia ſpūm increatum. Ad imaginationē que dr̄ ſenſus communis ⁊ etiam phātaſia ptinēt ea q̄ vidēt in ſomnis dormientes. de quibus dicit Augu. q omniū que ſibi videntur videre dormientes quinqʒ ſunt genera. ſ. oraculū: viſio: ſomnium: inſomniū. phantaſma. Oraculū eſt cū in ſomnis parens vel aliqua grauis pſona:

ſeu ſacerdos. vel etiam deus aliquid euenturum aperte vel non euenturū: faciendū vel vitandū denunciat. Viſio eſt cū id quis videt qd eodem modo quo apparuerat eueniet. Somniū eſt figuris tectū. ⁊ ſine interptatione intelligi nō pōt. Inſomniū eſt qñ id qd vigilantem fatigauerat ſe ingerit dormienti. ſicut eſt cibi cura vel potus: vel aliqua ſtudia vel artes: vel infirmitates. Iuxta infirmitates enim diuerſi diuerſa accipiunt ſomnia. Alii enim vident ſanguinei. Alii colerici. Alii melancolici. Alii flegmatici. Iſti enim vident rubra ⁊ varia. illi nigra ⁊ alba. Phantaſma eſt qñ vix dormire ceperit qs ⁊ vigilare ſe exiſtimat. ⁊ videtur aſpicere irruentes in ſe vel paſſim vagantes formas diſcrepantes ⁊ varias. letas ⁊ turbulentas. In hoc genere eſt ephialtes: quem opinantur vulgares inuadere dormientes ⁊ opprimere quieſcentes. qd non eſt niſi fumoſitas conſcēdēs ad cerebrū a ſtomacho vel a corde: vim cōprimens animalem.

¶ De quo eſt anima. Sectio xxiiij.

Poteſt colligi ex p̄dictis qꝫ aīa eſt ens viuens: intelligēs: ac libertate vtēs. Forma quidem eſt ens non a ſeipſa nec de diuina natura. ſed a deo per creationem de nihilo in eſſe deducta. Forma autē viuens eſt non ex natura extrinſeca: ſed ex ſe ipſa. non vita mortali ſꝫ ꝑpetua. Forma vero intelligens. non tm̄ creata: ſed etiā creatricem eſſentiam: ad cuius imaginē ⁊ ſilitudinē facta eſt. Imago aūt nominat cōformitatem in quantitate. ſimilitudo vero conuenientiam in qualitate. Imago nanqꝫ dicit quādam configurationem. ⁊ illa importat figurā. que eſt quantitas in qualitate. ⁊ qualitas in quantitate. Silitudo vero dr̄ rerum differentium eadem qualitas. Ex hac primaria differentia triplex modus diſtinguendi inter imaginē ⁊ ſilitudinem aſſignatur ſm Hugo. Imago reſpicit figuram: ſilitudo naturam. Alius eſt modus diſtinguendi: qꝫ imago eſt in natura lib. ſilitudo in gratuitis. Tertius modus ſm Aug. eſt qꝫ imago eſt in potentia cognoſcendi. ſilitudo in potētia diligendi. Hec vltima eſt ꝑ appropriationē, ꝓ eo qꝫ in imagine que eſt ꝑ creationē due ſunt potentie ex parte cognitiue. ſ. memoria ⁊ itelligētia. ⁊ vna ex pte affectiue. ſ. volūtas. E cōtrario autē in ſimilitudine que eſt ꝑ recreationē ſiue iuſtificationem: due ſunt virtutes ex parte affectiue. ſ. ſpes ⁊ charitas. ⁊ vna ex parte cognitiue. ſ. fides. Et ꝓpterea ponit imago in potētia cognitiua. ſilitudo in potētia affectiua. Diffinitur aūt imago ab hylario i libro de ſynodis ſic. Imago eſt ei rei ad quam imaginamur ſpecies in differentijs. Eſt etiā anima forma libertate vtens: qꝫ ſꝑ eſt libera a coactione. Hec autem libertas a coactione nihil aliud eſt qꝫ facultas ratōis ⁊ volūtatis que ſūt potētie anime ꝑncipales. Hec aūt libertas cō ſurgit ex deliberatiōe ꝑambula ⁊ voluntate adiūcta. ⁊ cōiter liberū arbitriū appellatur. De quo libero arbitrio videndum eſt quātū ad diuerſam diffinitionē. ⁊ qꝫtū ad variā denominationē. Liberū arbitriū a pho ſic diffinit. Liberū arbitriū eſt a volūtate iudicium. A bernardo ſic in libro de libero arbitrio. Liberū arbitriū eſt cōſenſus ob volūtatis inamiſſibilem libertatē: ⁊ rōnis indeclinabile iudiciū. Ab auguſtino ſic. Liberū arbitrium eſt facultas rōnis ⁊ volūtatis: qua bonū eligit gratia aſſiſtente. vel malū eadē deſiſtēte. Ab anſelmo in libro de libero arbitrio ſic Liberum arbitrium eſt poteſtas ſeruādi rectitudinem ꝓpter ſeipſam. Poteſt enī liberū arbitriū conſiderari quantū ad actum: ⁊ ſic diffinit a Bernardo. Quantū ad actū ⁊ obiectū. ⁊ ſic ab anſelmo. Quantum ad actum ⁊ obiectum ⁊ finē vltimū: ⁊ ſic ab Auguſtino. Denominat autē iſta potētia a mgr̄o ſententiarꝫ libertas a coactione ſiue neceſſitate a culpa ⁊ a miſeria. A bernardo vō libertas arbitrij conſilij ⁊ cōplaciti. A mgr̄o ſententiarꝫ priuatiue. a Bern. poſitiue. Conſiderari enim poteſt libertas iſta quātū ad cē: ⁊ ſic dicitur a magiſtro libertas a coactione

priuatiue a Bernar. libertas arbitrij positiue. Item quantum ad bene esse. ad quod requiritur duplex bonum. s. bonum rectificās siue ordinans. et bonum delectans siue quietans. Et excluditur duplex malum. s. malum deformans et mali affligens. Respectu mali deformantis dicitur a magistro libertas a culpa: priuatiue. Respectu boni rectificantis dicitur a Bernardo libertas consilij: positiue. Respectu mali affligentis dicitur a magistro libertas a miseria: priuatiue. Respectu boni quietantis dicitur a Bernardo libertas complaciti positiue.

¶ De conditione humani corporis.

Sectio xxv.

Sequitur videre de natura composita hoc est humana natura quantum ad corpus. Fuit enim corpus primi hominis de limo terre conditum et formatum. anime subiectum: et proportionabile suo mō. Proportionabile inquam fuit quantum ad equalem complexionē: et quantū ad pulcerrimam et multiformē organizationem: et quantum ad stature rectitudinem. Quāuis enim corpus et anima multum distent. tū infimus spiritus et supremum corporis sunt vnibilia miro modo. Spiritus enim animalis siue rōnalis habet potentiam viuificandi: potentiam vegetādi. et potentiam sentiendi. Corpus vero habet complexionis equalitatem. organorū multiformitatem. et spirituū subtilitatē. sm triplicē differentiam. Habet namque spiritum vitalē. spiritum naturalem: et spiritum animalem. Comparando igitur complexionis equalitatē ad potentiam viuificatiuam per mediū siue vinculū spirit⁹ vitalis optim⁹ est nexus. Similiter comparando nō solum cōplexionē eq̄lem. verumetiā organizationis perfectionem ad potentiam vegetatiuā et sensitiuam mediāte spū naturali et aiali. optima est proportio et mirabilis nexus. Unde sicut terra et ignis quibus multum distent. duplici tū medio connectūtur. vno qd magis cōmunicat cū igne alio quod magis cōmunicat cum terra. sic est in proposito intelligendum. Rursus quoniam anima tanquam ad beatitudinem ordinata et habilis tendit sursum: corpus habet stature rectitudinem et caput sursum erectum. vt sic rectitudini spiritus attestet. Fuit etiam corpus anime subijcibile et subiectum. ita q esset obtemperans sine rebellione: vegetabile sine defectione. propagabile sine libidine. Unde datus est sibi paradisi terrestris locus in tranquillam habitationem. datum est ei lignum vite ad continuam vegetationem. formata ē ei mulier de latere viri in consortium et adiutorium. ad immaculatam propagationem. Et quia homo ex homine: sicut est in ceteris: seminaliter propagat. de ratione seminali ē aliquid adiungendum. Ad qd notandum est q causa et causalis ratio cōmunis est ad principium extrinsecum et intrinsecum. quantū ē de vi nominis. Semen vero et ratio seminalis respicit principium intrinsecum. Possunt tñ distingui: vt causa et ratio causalis accipiatur quantum ad principium increatum. semen et ratio seminalis quantum ad principium creatum. Differunt tamen causa et ratio causal quia causa dicit principium productiuum. ratio vero causalis dicit regulam dirigentem illud principium in operatione sua. Similit' etiam differūt semen et rō seminalis. Regula autem agentis increati est forma exemplaris vel idealis. Regula agentis creati est forma naturalis. Et ita rationes causales sūt forme ideales vel exemplares. Rationes vero seminales sunt forme naturales. Et sm hoc patet q rationes causales et primordiales sūt idē re: differentes solum ratione. Primordiales dicunt per priuationem prioris. causales p positionem posterioris. Et primordiales respiciunt deum et primum principium. causales respiciunt deū et vltimum finē q est causa causarum. Similiter naturales rōnes et seminales idem sunt re: sed differūt rōe. quia semen dicit vt ex quo natura vt a quo. Rō seminalis attendit inquantū dicit potentiam nature vt ex aliquo aliquid fiat. Uel seminalis ratio

reſpicit inclinationem ⁊ virtutē intrinſecam: que mouet ⁊ operatur ad effectus productionem. Naturalis vero ratio concernit producentis ad productum aſſimilationē. ⁊ modi agendi aſſuetudinem.

¶ De toto homine ex corpore ⁊ anima conſtituto. Sectio xxvi.

Iam tertio eſt videndū de toto homine ex aīa ⁊ corpore ꝯſtituto. De quo doctrinaliter eſt tenendū ꝙ homini datus eſt duplex ſenſus.ſ.interior ſiue mentis.⁊ exterior ſiue carnis. Datus eſt ei duplex motus.ſ.imperans in voluntate.⁊ exequens in corpore. Datum eſt ei duplex bonum.vnum viſibile.alterum inuiſibile. Datum eſt ei duplex preceptū.ſ.nature ⁊ diſcipline. Preceptum nature. Creſcite ⁊ multiplicamini. Preceptum diſcipline. De ligno ſcientie boni ⁊ mali ne comedas. Datum eſt ei quadruplex adiutoriū.ſ.ſcientie ⁊ conſcientie: ſynderesis ⁊ gratie. Et ſic poteſt colligi ex predictis ꝙ creatura mundi eſt quaſi quidā liber in quo relucet: repreſentatur ⁊ legitur trinitas fabricatrix ſm̄ triplicem modum expreſſionis.ſ.per modum veſtigij:per modū imaginis:⁊ per modum ſimilitudinis. Ita ꝙ ratio veſtigij inuenitur in creaturis omnib9. ratio imaginis in ſolis intellectualib9 ſiue rationalibus.ratio ſimilitudinis in ſolis deiformibus. Omnis enim creatura deum habēs vt principium configurat̄ ei per vnitatē: veritatem ⁊ bonitatē. ⁊ hoc eſt veſtigium hn̄s deū vt obiectū.ipſum capit per memoriā: intelligentiam: ⁊ voluntatē.hec eſt imago habens deū vt donū infuſum. configurat̄ ei ꝑ fidem ſpem ⁊ charitatem.ſiue ꝑ viſionē: tentionem ⁊ perfectā dilectionem.in hoc eſt ſimilitudo. Et quia imago ē expſſa ſilitudo: ⁊ hec in creatura rationali ſm̄ gradum triplicē inuenit̄.ampliato nomine poteſt diſtingui triplex imago in creatura rationali qua repſentatur expreſſe trinitas fabricatrix. Eſt enim imago creatiōis que conſiſtit in tribus potentijs ⁊ in vnitate ſubſtantie.ita ꝙ memoria repreſentat patrem.intelligentia filium.⁊ voluntas ſpiritumſanctū. Subſtantia vero anime cum ſit vna:repreſentat diuine eſſentie vnitatem. Eſt etiam imago recreationis. que conſiſtit in tribus virtutibus theologicis:⁊ vnitate gratie gratum facientis.ita ꝙ fides repreſentat filium:ſpes patrem.⁊ charitas ſpiritūſanctum. Unitas vero gratie gratum facientis repreſentat eſſentie vnitatē. Eſt ⁊ imago glorificatiōis.que conſiſtit in tribus dotibus glorioſis ⁊ vnitate glorie.ita ꝙ aperta viſio repreſentat filium.ſecura tentio repreſentat patrem.perfecta dilectio ſpiritumſanctū. Unitas vero glorie repreſentat vnitatē eſſentie. Prima imago eſt animarū a deo exeuntium per creationē.ſecūda eſt ad deū redeuntium per iuſtificationē.tertia eſt ad deū ꝑuenientiū per glorificationem. Prima dr̄ proprie imago nature:⁊ eſt angelorum omniū.⁊ omnium rationabiliū animarum. Secunda dr̄ ſimilitudo gratie.⁊ eſt angelorum conuerſorum ⁊ animarum iuſtarum.non autē demonum nec hominum peccatorum. Tertia dr̄ deiformitas glorie:⁊ eſt angelorum ſanctorū ⁊ beatarum animarum. Hec autem tria operatur tribus vicibus per ſingulos hominum beatorum benignitas ſaluatoris.

¶ De vnione naturarum in chriſto. Sectio xxvij.

Poſtq̄ vidimus de bono increato quod eſt deus.⁊ de bono creato qđ eſt mundus.videndū eſt aliquid de bono ex vtroq̄ coniugato.quod eſt chriſtus De quo breuiter tria ſunt videnda.ſ.naturarum ſociatio.gratiarum exuberatio.⁊ penarum toleratio. Quantum ad naturarū vnionem in chriſto tenere debemus: ꝙ in fine ſeculorum quādo venit plenitudo tp̄is poſt legem nature ⁊ ſcripture: poſt patriarchas ⁊ prophetas: quibus ⁊ per quos fuit incarnatio repromiſſa.dignatus eſt filius dei incarnari propter homines redimendos:⁊ tūc angelo nunciāte virgini marie incarnationis myſterium ꝑficiendū in ipſa.virgo credidit

aperuit ⁊ conſenſit: ⁊ deſcendit ſpūſſanctus ſuper eā ad ſanctificandū ⁊ fecundandū. cuius virtute virgo concepit dei filiū. quē virgo peperit: ⁊ poſt partū virgo permanſit. Concepit non ſolū carnē: verūetiā carnem animatā ⁊ v̄bo vnitā: ⁊ nulli peccato obnoxiam. ſed omnino ſctām ⁊ immaculatā. rōne cuius dicit̄ mater dei: ⁊ virgo maria. Hanc autem incarnationem fuit tota trinitas operata. Per quā quidem incarnationem facta eſt aſſumptiō carnis a diuinitate: ⁊ vnio diuinitatis cum carne viuifica ſpiritu rationali ſm̄ potentiā vegetandi: ſentiendi: ⁊ intelligēdi. In hac aūt incarnatione nō eſt facta vnio in vnitate nature: ſed perſone. nō humane ſꝫ diuine. nō aſſumpte ſed aſſumentis. nō perſone cuiuſlibet: ſed pſone ſolius verbi. Hec vero vnio tanta fuit vt faceret deum hominē ⁊ hominē deū. Ita ꝙ quicquid dicit̄ de filio dei per naturā: dicit̄ de filio hoīs per grām. ⁊ econtra: exceptis hiis in quibus exprimitur vnio ⁊ includit̄ negatio. Non enim pōt dici ꝙ humana natura diuinā naturā aſſumpſerit vel ſibi vnierit. ſed ꝙ aſſumpta fuerit et vnita. Similiter nō poteſt dici ꝙ filius dei īceperit eſſe. Hoc enim negatur de aſſumēte ſed vere dicitur de aſſumpto.

¶ De perfectione gratiarū in chriſto.

Sectio xxviij.

ſ Equitur videre de perfectione gratiarꝫ que fuerūt in dn̄o ieſu chriſto. de quibus tenendū eſt. ꝙ in chriſto a ſui conceptione fuit plenitudo oīs gratie. ⁊ quantū ad grām ſingularis pſone: ⁊ quantū ad gratiā capitis. ⁊ quantū ad grām vniōis. ita ꝙ per grām ſingularis perſone habuit omnis peccati immunitatē. ⁊ quantū ad actū: ⁊ quantū ad poſſe. q: nec peccauit: nec peccare potuit. Quantum ad grām vnionis dignus eſt non ſolum felicitate glorie: verūetiā adoratione latrie. que eſt cultus reuerētie ſoli deo debitus. Per grāꝫ vero capitis influit motū ⁊ ſenſum in vniuerſos qui ad eum accedunt per fidem rectam vel per fidei ſacramenta. ſiue aduentū eius preceſſerint ſiue ſuerint ſubſecuti. Chriſto enim conſiderato in ſe inquantū eſt ſingulare ſiue indiuiduū: cōpetit gratia ipſum ſanctificans ⁊ confirmās. quā vocamus gratiam ſingularis perſone. In comparatione ad verbū vnitū competit ei gratia vnionis. ratione cuius habuit ſuperiorē naturā ⁊ inferiorē: diuinam ⁊ humanam: adorabilē ⁊ adorantē. In comparatiōe vero ad corpus myſticū competit ei gratia capitis: hac ratione: quia ſicut caput habet in ſe ſenſuum plenitudinē: ⁊ ceteris mēbris eſt cōformē: ceteris mēbris preſidet. ceteris preſtat beneficiū influentie: que ipſi capiti connectuntur. Sic chriſtus habens in ſe gratie ſuperhabundantiā nobis conſimilis in natura. pre ceteris ſanctis ⁊ ſanctus ⁊ iuſtus: ceteris qui ad ipſum accedūt preſtat beneficium gratie ⁊ ſpiritus. per quē fit ſenſus ⁊ motus in ſpiritualibus. ſenſus inqꝫ cognitiōis ⁊ veritatis. motus dilectionis ⁊ charitatis.

¶ De plenitudine ſapientie in chriſto.

Sectio xxix.

v Idimus de plenitudine grē quam habuit chriſtus in affectu. videamꝰ ſubſequenter de plenitudine ſapiētie quam habuit in intellectu. Et ſic tenendum eſt ꝙ in verbo incarnato fuit omnis ſapientie plenitudo: nō ſolū ad cognita. verūetiā quantū ad modos ⁊ differentias cognoſcendi. Fuit nanqꝫ in chriſto cognitio ſempiternalis ex parte diuinitatis. cognitio ſenſibilis ex parte ſenſualitatis ⁊ carnis. cognitio ſcientialis ex parte mētis ⁊ ſpūs. Et hec fuit triplex: quedam per naturā. quedam p gratiam. quedam p gloriā. Unde ſapientiā habuit vt deus ⁊ hō: vt comprehēſor ⁊ viator: vt perfecte illuminatus per grām: ⁊ vt recte formatus per naturā. Et ita in vniuerſo fuerunt in chriſto quinqꝫ modi ſciendi ſiue cognoſcendi. Primus ſm̄ diuinā naturā. ⁊ ſꝫ hoc cognouit omnia actualia ⁊ poſſibilia: finita ⁊ infinita. cognitione actuali ⁊ comprehenſiua. Secundus per gloriam: ⁊ hoc mō

cognouit oīa actualia ꝛ finita cognitōe actuali.infinita vero cognitione habituali. Tertius per gratiam: ꝛ hoc modo cognouit omnia ſpectantia ad humani generis redēptionem longe excellentius ꝛ melius q̄ȝ aliquis prophetarum ꝛ angelorum. Quartus ƀȝ naturam integram.cuiuſmodi fuit in adaȝ. ꝛ hoc modo cognouit que ſpectant ad mundanaȝ machinam cōſtruendā: excellenti⁹ ꝛ melius q̄ȝ ipſe adam. Quintus ƀm ſenſibilē expientiam. ꝛ hoc modo cognouit oīa que veniūt ad organa ſenſuū.ƀm quē modū dr̄ ꝙ didicit ex his que paſſus eſt obedientiam. Debuit ɋdem in chriſto eſſe quintuplex iſte modus. Nam res habent eſſe in eterna arte: in humana mēte. ꝛ in ꝓprio genere. In arte cognouit res ꝑ naturā diuinitatis: ꝛ ꝑ gliaȝ cōprehēſiōis. In mente ꝑ habitū naturalē ſiue innatū: ſicut cognouerūt angeli. per habituȝ gratuitū ꝛ infuſum: ſicut cognouerunt ſancti dei per ſpiritūſctm̄ illuminati. In ꝓprio genere cognouit via ſenſus memorie ꝛ expientie. que in nobis facit rem icognitam cognoſci. in chriſto autem rem cognitam ƀm vnuȝ modum fecit per modum alium eſſe notaȝ.

¶ De plenitudine meriti chriſti.

Sectio xxx.

Sequit̄ videre de plenitudine meriti: quam chriſtus habuit in opere ꝛ effectu. Et ſic eſt tenendum ꝙ i chriſto dn̄o fuit omnis meriti perfectio ꝛ plenitudo. Primo quantū ad eū q merebatur. q: non tm̄ erat hō: verūetiam deus. Scdo q̄ntū ad temp⁹ in quo merebatur. q: ab iſtanti cōceptiōis vſqȝ ad horā mortis. Tertio quātum ad id quo merebatur: ꝑꝑ pfectiſſimum habitum charitatis: ꝛ perfectiſſimū exercitium virtutis: in agendo: orādo ꝛ patiendo. Quarto q̄tum ad eū cui merebat̄. q: non tm̄ ſibi ſed etiā nobis: imo oib⁹ iuſtis. Quinto quantū ad id qḋ merebatur nobis. q: nō tm̄ gliam. verūetiā grāȝ ꝛ veniā. Nō tm̄ gloriam ſpūs: verūetiam ſtolā carnis: ꝛ aptionem ianue celeſtis. Sexto quantū ad id qḋ merebatur ſibi: q: licet nō mereretur glificationem mētis quā iam habebat. merebatur tn̄ accelerationem reſurrectiōis: ꝛ glificationeȝ ſui nois. ꝛ dignitatem iudiciarie ptātis. Septimo quātū ad modū quo merebatur. Cū eni dicatur tripliciter quis mereri. ſ. vl' de idebito facere debitum. vel de debito facere magis debitū. vel de debito vno modo facere debitū alio mō. Quibus his modis meruit nobis. Tertio tm̄modo meruit ſibi faciente ad hoc plenitudineȝ ſpūſſancti. per quaȝ chriſtus ſimul erat beatus ꝛ in ſtatu merendi: ita ꝙ ſupra eius meritum: omnia noſtra merita habent fundari. Cum in chriſto ſiquideȝ fuerit plenitudo gratie in affectu. ꝛ plenitudo ſapientie in intellectu. neceſſe fuit ꝙ in ipſo eēt plenitudo ꝛ perfectio meriti ƀm omneȝ modum plenitudinis.

¶ De tolerantia paſſionis domini noſtri ieſu chriſti.

Sectio xxxi.

Sequitur videre de tolerantia paſſionis circa dn̄m ſaluatorē. Sciendū eſt ꝙ chriſtus aſſumpſit non tm̄ naturā humanā. ƀȝ etiā defect⁹ circa naturā humanā. Aſſumpſit eni penalitates corporales. vt famē: ſitim: ꝛ laſſitudinē. Aſſumpſit ꝛ ſpūales. vt triſticiā: gemitum: timorē ꝛ doloreȝ. Nec tm̄ oēs corporales aſſumpſit. ſicē ſunt defectus egritudinū multiformiū. Nec oēs ſpirituales: ſicut ſunt ignorantia: ꝛ rebellio carnis ad ſpūm: ꝛ econtra. Nec eas qualitercūqȝ aſſumpſit. q: ſic neceſſitatē patiēdi aſſumpſit vt nihil pati poſſet inuite: nec ƀm diuinitatis volūtatē: nec ƀm volūtatē rōnis. ƀȝ paſſio fuerit contra voluntatē ſenſualitatis ꝛ carnis. ¶ In natura paſſibili ſic aſſumpta paſſus eſt paſſiōe generaliſſima quātū ad naturam humanā. q: nō ſolū ƀm oīa membra corporis pncipalia. verūetiā ƀm oēm aie potentiam. licet nihil pati poſſet ƀm naturam diuinam. ¶ Paſſus eſt paſſione acerbiſſima. tū ꝑpter cōplexionis eqlitatē. tū ꝑpter ſenſuuȝ viuacitatem. tū ꝑpter ſuſpēdij cōtinuitatem. tum q: doluit ꝑpter vulnera vt patiens. tuȝ

q; voluit propter nr̄a delicta vt compatiens. ¶ Paſſus eſt paſſione ignominioſiſſima: ꝓpter patibulum crucis: q̄d erat ſupplicium latronū ⁊ peſſimorū. ⁊ propter conſortiū iniquorū latronū. ſ. cū q̄b⁹ reputat⁹ ē. ¶ Paſſus eſt tandē paſſiōe interemptoria ꝑ ſeparatōeȝ aīe a corpe. ſalua tn̄ vniōe vtriuſq; cū diuinitate Anathema enī eſt qui dicit filiū dei naturā; quā ſemel aſſūpſit: reliquiſſe. Peracto autem myſterio paſſiōis: deſcendit aīa chriſti ad liberatōeȝ eoꝝ qui inter mēbra ſua deceſſerāt ꝑ fideȝ rectā: vel ꝑ fidei ſacramēta. tertia die rediens ab inferis. corpus q̄d prius viuificauerat: factuȝ imortale ⁊ impaſſibile reaſſumpſit: poſt quadraginta dies celos aſcendit. ⁊ interiecto decem diebus ſpiritūſcm̄ miſit.

¶ De ſacra ſcriptura quantum ad duo teſtamenta. Sectio xxiij.

Equitur videre de triplici beneficio chriſti. Et primo de doctrina ſacra. ratione cuius dicit̄ plenus veritatis ad homines deſcendiſſe. Doctrinam ergo ſacram ſiue ſcripturam diuinam habemus conſiderare quantum ad diuerſitatem teſtamentorum. quantum ad generalitatem contentorum: ⁊ quantuȝ ad ſpecialitatē p̄ceptorum. Et ſic ſcriptura ſacra in duo diuiditur teſtamenta. vetus. ſ. ⁊ nouum. Vetus habet multitudinem librorū. Habet enī libros legales quinq;. ſ. Geneſim. Exodū. Leuiticuȝ Numeri. Deuteronomium. Habet hiſtoriales decem: qui ſunt. Joſue. Judicum. Libri. Regum q̄ttuor. libri Paralipomenon duo libri. Eſdre tres. libri Thobie. Judith. Heſter. Job. ⁊ libri Machabeorum duo. Sapientiales ſunt quinq;. Parabole. Eccleſiaſtes. Cantica. liber Sapientie: ⁊ Eccleſiaſticus. Prophetales ſunt ſex. ſ. Yſaias. Hieremias. Ezechiel. Daniel. liber Pſalmorum. ⁊ libri. xij. prophetarum: qui ſunt. Oſee. Johel. Amos. Abdias. Jonas. Micheas. Naum. Abacuch. Sophonias. Agge⁹. Zacharias. Malachias. ¶ Nouum teſtamentum habet etiam libros multos. ſ. euangelia quattuor: primum ſm̄ Mattheum. ſecundum ſꝫ Marcum. tertium ſm̄ Lucam. quartum ſꝫ Johannem. Habet actus apoſtolorum. Habet epl'as pauli quattuordecim. ad Romanos vnam. ad Chorinthios duas. ad Galathas vnam. ad Epheſeos vnam. ad Philipenſes vnam. ad Coloſſenſes vnā. ad Teſſalonicenſes duas. ad Titum vnā. ad Philemonem vnaȝ. ad Thimotheū duas. ad Hebreos vnam. Et ſeptem canonicas. ſ. vnam Jacobi. duas Petri. tres Johannis. vnam Jude. Habet etiam librū Apocalipſis. Nouum teſtamentū: ⁊ maxime quattuor euangelia quattuor qualitatibus ſm̄ Hieronimum contexunt̄. que ſunt p̄cepta: mādata: teſtimonia: ⁊ exēpla. Precepta ſunt ad declinandū a malis. mandata ad faciendū bona. teſtimonia ad credendum. vera exēpla ad imitāduȝ ⁊ explendum honeſta. Timor incutit̄ preceptis. fides roboratur teſtimonijs. ſpes erigitur exemplis. charitas cōſummat̄ mandatis ¶ Aſſignat̄ autem differētia inter legē moyſaycam ⁊ euangelicā in hūc modū. q; lex moyſi dr̄ lex figure. lex pene lex litteralis. lex occidens: lex timoris. lex ſeruitutis. lex oneris. Lex autem euangelica dicitur lex veritatis. Lex gratie. lex ſpiritualis. lex viuificans. lex amoris. lex libertatis. lex facilitatis. In lege quippe euangelica quattuor conditiones nobiliſſime ſunt adiecte. ſ. documenta inſtruentia: promiſſa incitantia. ſacramenta adiuuantia. ⁊ conſilia perficientia. que ſunt conſilium paupertatis altiſſime: caſtitatis mundiſſime: ⁊ obedientie ſiue humilitatis ſubiectiſſime. ¶ Agitur enim de ſeptem in vniuerſo in ſacra ſcriptura tam noui q̄ȝ veteris teſtamenti. ſ. de trinitate dei de creatura mundi. de corruptela peccati. de incarnatiōe verbi. de gratia ſpiritusſancti. de medicina ſacramentali. de ſtatu finalis iudicij. ¶ Sunt ſpecialiter in ſcriptura quattuor genera preceptorum. ſ. quedam cerimonialia. vt non arabis in boue ⁊ aſino. quedam ſacramētalia: vt de vitula rufa ⁊ alijs ſacrificijs ⁊ de circumciſiōe. quedā

iudicialia:vt oculū ꝓ oculo:dentē ꝓ dente.q̄dam moralia.vt decem precepta decalogi.

## ¶ De preceptis decalogi.

### Sectio xxxij.

Precepta decalogi ſūt ſpecialiter declaranda.que dicuntur moralia. q2 cum fide ſunt ad ſalutem hoīz neceſſaria. In fide enī ꝛ morib⁹ eſt ſalus hoīz conſtituta. Fuerunt autem conſcripta digito dei in duabus tabulis lapideis:in ſignum gemine charitatis.diuine.ſ.ꝛ humane. De quibus breuiter duo ſunt videnda.ſ.ordinatio.ꝛ numeri ſine ſufficientie aſſignatio. Ordinantur aūt a ioſepho hiſtoriographo ſm ordinē rei geſte quinqz in prima tabula:ꝛ quinqz in ſcda. Scdm eundem ordinē ab Auguſtino tria in prima tabula:ꝛ ſeptem in ſcda. Origenes conſiderans materiam coꝝ que ordinātur:diſtinguit primuz in duo.ſ. Nō habebis deos alienos coram me:ꝛ Nō facies tibi ſculptile. In quoꝝ primo ꝓhibet adoratio ſtatue nihil hñtis ſilē in naturis. ſcdo ꝓhibet adoratio ſtatue hñtis ſilitudinē cū aliq̄ creatura. Duo vo vltima ſcde tabule nō diſtinguit.reputans ea eſſe vnū.ſ. Nō ↄcupiſces vxorem ꝓximi tui:ꝛ Nō deſiderabis rē ei⁹. Aug. vero ↄſiderans finē ad quē ꝑcepta decalogi ordinant:primū nō diſtiguit.q2 vtrobiqz ꝑz intentionē idolatria ꝓhibet. Et ſic ponit tantū tria in prima tabula. Preceptū vo de ↄcupiſcentia vxoris ꝛ poſſeſſionis aliene diſtinguit in duo.q2 alio fine cōcupiſcit vxor ad vſum voluptatis.alio fine concupiſcit poſſeſſio ad vſum cupiditatis:ꝛ ſic ſeptem ponit in ſcda. Auguſtinū ergo ſequentes:q2 tria ponit i prima tabula ꝛ ſeptē in ſcda:ſufficientiā numeri aſſignem⁹. In prima tabula tria fuerunt precepta ordinantia ad deū.quoꝝ ſufficientia pōt ſumi penes ſubiectū.quod eſt triplex in nobis.ſ.potentia iraſcibilis:que ordinatur per preceptum de proteſtatiōe veritatis. potentia concupiſcibilis que ordinat per ꝑceptū de ſabbatizatione mentis.potētia rationalis que ordinat per preceptū de ordinatiōe maieſtatis. ¶ Poteſt etiam ſumi penes obiectū quod eſt triplex in diuinis.ſ.ſumma maieſtas reuerenda.reſpectu cui⁹ eſt primū.ſumma veritas profitenda:reſpectu cui⁹ eſt ſecūdum.ſumma bonitas diligenda. reſpectu cuius eſt tertium. ¶ Poteſt ſumi nihilominus penes actum intermediū.qui eſt triplex ſcz actus operis qui exercet in primo mandato per actualē adorationem.actus oris q̄ exercet in ſecundo per ſermocinalem prolationem.actus cordis qui exercetur in tertio per affectualem dilectionez. Non pōt hō ſabbatum.i.quietem mentis celebrare:qui per quietem continuā nō ſtudet omne peccatū mortale declinare. ¶ In ſecunda tabula ſeptem fuerunt ꝑcepta ad ꝓximū ordinantia. Quorum ſufficientia ſic accipit. Ad ꝓximum habemus dupliciter ordinari.ſ.per beneficentiam.ꝛ ſic eſt primum.ſ. Honora patrē ꝛ matrem tuā.per innocentiaz:ꝛ ſic poſſumus nocere proximo tripliciter.actu opis.actu oris. ꝛ actu cordis. Actu operis tribus modis.ſ. in propria perſona.ꝛ ſic dicit. Non occides. In perſona coniūcta.ꝛ ſic dicit. Nō mechaberis. In poſſeſſione ſua:ꝛ ſic dicit. Nō ſurabêris. In actu oris poſſumus nocere proximo falſum teſtificando.ꝛ ſic dicit. Non loqueris falſum teſtimoniuz ↄ proximū tuum. In actu cordis poſſumus nocere ei dupliciter.ſ.affectu carnalitatis. ꝛ ſic dicitur. Nō concupiſces vxorem proximi tui. ꝛ affectu cupiditatis.ꝛ ſic dr. Non deſiderabis rem ei⁹. Decem ꝑcepta per ordinē his verſibus cōtinent. Sperne deos:fugito piuria:ſabbata ſua. Sit tibi prīs honor:ſit tibi matris amor. Nō ſis occiſor:mechus:fur:teſtis iniquus. Viciniqz thorum:reſqz caueto ſuas.

## ¶ De preceptorum ſumma.

### Sectio xxxiiij.

Ad maiorē noticiam ꝑceptoꝝ eſt attendendum q̄ eſt ꝑceptū nature:diſcipline:ꝛ ſcripture. Preceptuz nature eſt duplex.innatum ꝛ datuz. Innatum eſt duplex.quoddam reſpectu dei.quoddam

respectu primi. Respectu dei est. Ad Deu teronomij. vi. videlicet. Diliges dominum deum tuum ex to to corde tuo et ex tota anima tua et ex tota forti tudine tua. Respectu primi est duplex. vnū per beneficentiam. Matth. vij. Quecunqꝫ vultis vt faciant vobis homines: ⁊ vos ea dem facite illis. Aliud est de inocentia. Tho bie. iiij. Quod ab alio oderis tibi fieri vide ne alteri aliquando tu facias. Tertiū est du plex preceptum. Unum ad conseruationem indiuidui. Gene. ij. Ex omni ligno paradisi comede. Aliud est ad conseruationem spe ciei. Geñ. i. Crescite ⁊ multiplicamini. ¶ Pre ceptum discipline est duplex. Quoddā ad probationem obedientie. Gene. ij. De ligno scientie boni ⁊ mali ne comedas. Quoddā ad probationem fidei. Gene. xxij. Tolle filiū tuū vnigenitū quem diligis ysaac. ⁊ offeres eum mihi. ¶ Precepta scripture sunt in qt tuor generibus comprehensa sicut supradi ctū est. Quedam sunt cerimonialia: quedā sacramentalia. quedam iudicialia ⁊ moralia. Hec quattuor genera preceptorū fuerūt in veteri testamento tanto multiplicato nume ro: vt quasi non essent plures dies in anno nec ossa in homine qꝫ precepta data dei po pulo. Lex autem euangelica superueniens tā qꝫ abbreuians ⁊ consummans: cerimonialia ⁊ sacramentalia euacuauit adimplendo. iudi cialia temperauit auferendo. moralia consum mauit consilia salutifera adijciēdo. ¶ Pos sunt aūt omnia precepta que legimus in scri ptura reduci ad tres differentias siue mem bra. vt dicamus: qꝫ preceptum aliud executi onis: sicut est illō qō implere tenemur ex do mini volūtate. Aliud probationis. sicut fuit preceptū abrahe: vt imolaret filiū. in quo re quirebat deus non opus: sed promptitudinē voluntatis. Aliud instructiōis. sicut qñqꝫ cu rabat dñs aliquos: ⁊ mandabat curatis ne eū in populo diuulgarēt. Nō enim obliga bat dñs curatos vt tacerēt: sed instruebāt vt de magnis operibus laudes non capterent. ¶ De gratia in se considerata quo ad diffi nitionem diuisionem ⁊ operationem.

Sectio xxv.

Sequitur videre de secundo benefi cio iesu christi: qō est gratia. ratione cuius plenus gratia dicit aduenisse. Est autem considerare gratiam in se: ⁊ in cō paratione ad habitus virtuales. In se habꝫ considerari gratia quantum ad diuersitatem diffinitionis: diuisionis: nominationis ⁊ ope rationis. Diffinit aūt gratia multipliciter: sm qꝫ multipliciter comparatur. Comparatur autem ad suū principium. ⁊ sic diffinitur ab Isidoro. Gratia est diuine misericordie do num. per qō bone volūtatis est extitus. Ad suū subiectum: ⁊ sic est illa super ps. vt exhila ret faciem in oleo. Gratia est quidam nitor anime ad conciliandū sanctū amorem. Ad su um oppositū: ⁊ sic est que dat in glo. sup ps. Gratia est iustificatio ⁊ recisio peccatorum. Ad suū effectū. ⁊ sic est illa Chryso. Gratia est sanitas mētis: dilectio cordis. Potest qn to comparari ad suū premium. ⁊ sic est illa. Gratia est similitudo glorie. Secūdum has om nes comparationis assignat diffinitio magi stralis. que talis est. Gratia est forma a deo data: gratis sine meritis gratū faciens haben tem: ⁊ opus eius bonū reddens. Inuenitur ⁊ alia notificatio que competit gratie gratis date. Gratia est manifestatio spiritus ad vti litatem spūs. sumpta ex. i. Chorin. xij. ¶ Di uiditur etiam gratia multipliciter: sꝫ qꝫ mul tipliciter comparatur. Comparata enim ad suū principiū a quo est: diuidit in gratiā pre destinationis: vocationis: iustificatiōis: ⁊ ma gnificationis. Primo enī deus gratiam pre parat. secundo affert. tertio confert. Quar to complet. Comparata ad suū subiectum in quo est: diuidit in gratiam cognitionis: volū tatis ⁊ perfectionis: sm triplicem potentiā scꝫ intellectiuam. affectiuam ⁊ operatiuam. Et sumitur a Bern. in libro de libero arbitrio. Comparata ad oppositum contra qō est: di uiditur in gratiam protectionis: liberationis ⁊ saluatiōis. contra quadruplex malū. s. pu

gue ſiue temptationis: miſerie ſiue perſecutionis. culpe ſiue infectionis. et ſequele ſiue dãnationis. A primo protegit. a ſcdo liberat. a tertio extrahit. a quarto ſaluat. Et ſumit de pſalmo [illegible]. Protegit dominus [illegible] [illegible] [illegible] et liberabit [illegible] [illegible]. Cõparata ad effectũ ad quẽ ẽ, diuiditur in grãm preuenientẽ et ſubſequentẽ: ſiue operantẽ et coopantes. que ſunt due differentie grẽ ſm effectus quos habet in voluntate. Dicit. enim gratia preueniẽs: qꝛ nõ eſt a libero arbitrio: ſed infundit ab ipſo deo. ſubſequens vero dicit vel coopans inquãtũ adiuuat liberũ arbitrium reſpectu boni opis eliciendi. ¶ Exprimit aũt grã diuerſis vocabulis ſm diuerſas intentões noiantium. Dicitur enim gratia gratis data: et gratia gratũ faciens. dicit grã operans et cooperans. ſiue grã preueniẽs: et gratia ſubſequẽs. Accipit enim grã largiſſime: et ſic cõprehendit dona naturalia et dona gratuita. Accipit minꝰ cõmuniter: et ſic comprehẽdit grãm gratis datam: et grãm gratũ facientẽ. Et ſic dicit beatus Berñ. qꝛ quedã gratia ſeminat cogitatũ. et hec eſt gratia preueniens. Quedã pficit bonum: et hec eſt grã ſubſequens. Dicit enim ĩ libro de libero arbitrio. qꝛ deus operatur in nobis cogitare velle et pficere. Primum ſine nobis. ſcdm [illegible] tertiũ per nos. Et nota qꝛ gratia gratis data cõmuniter a theologis [illegible] gratia que bonis et malis poteſt eſſe cõmunis. et [illegible] in homine [illegible] [illegible] largitoris. Gratia vero gratum faciens [illegible] [illegible] qui ſunt [illegible] charitatis. [illegible] in vno homine [illegible] [illegible] virtus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad quem [illegible] [illegible]. Nam [illegible] [illegible] acceptũ deo reddit. opus a libero arbitrio egrediens meritoriũ facit ad vnum ſummũ bonũ perduci. Accipitur tertio gratia ſtricte: et ſic comprehendit gratiã gratum facientem et gloriam. et tunc gratia preueniẽs eſt ipſa gratia. gratia ſubſequens eſt gloria. Et ſm hoc dicit Auguſtinus in libro de gratia et natura. Gratia preuenit vt pie viuamꝰ. ſubſequitur vt cũ illa viuamus. Accipit etiã magis [illegible] ſic nominat [illegible] gratiã gratum faciẽtem: et ſic preueniens dicit effectũ contra malũ. ſubſequens ad bonum vel ad bonum tantũ. Ita qꝛ preueniens dicit ſm qꝛ informat. ſubſequens ſm qꝛ mouet vel mouet. Eſt duplex effectus gratie. vnus i ingreſſu. alius in profectu. Et ſic exponit Auguſtinus in libro de natura et gratia. Hec aũtem gratia cũ ſit vna: tamen multa in anima operatur. Ipſa enim animã efficit ſponſam chriſti. filiam patris eterni: et templũ ſpiritusſancti. Ipſam animã purgat: illuminat perficit: viuificat: reformat: et ſtabilit: eleuat: aſſimilat. deo coniungit: ac per hoc acceptabilem deo facit. propter quod tale donũ gratia gratum faciẽs non immerito debuit appellari.

¶ De gratia in cõparatõe ad habitus gratuitos: vt ſunt virtutes in generali.

Sectio xxxvi.

Sequit videre de gratia in comparatione ad habitus virtuales in quo ramificat. qui ſunt in triplici differentia. Sunt enim habitus virtutũ donorũ et beatitudinũ. Prima ſunt ad primos [illegible] anime. Secũda ad medios. tertij ad perfectos. Sunt enim quedã opera [illegible] [illegible] ſicut credere. quedam media. ſicut [illegible] [illegible] intelligere. quedam poſtrema ſicut [illegible] videre. Iſtorum primi ſunt reſpectu incipientiũ. ſecundi reſpectu proficientiũ. tertij reſpectu perfectorũ. Item primi ſunt ad potentias anime rectificandas. ſecundi ad expediendas. tertij ad perficiendas. Primo de virtutibꝰ aliquid videamus [illegible]. De quibus in generali [illegible] ſimpliciter [illegible] diffinitio: diuiſio et connexio. ¶ Multiplex virtutis diffinitio inuenitur. Nam virtus accipitur cõmuniter: proprie: et magis proprie. Cõmuniter accepta virtus comprehendit virtutem moralem et naturalem. Et ſm hoc cõ.

parata ad actum diffinitur a pħo de celo et mundo ſic. Virtus eſt vltimum potentie de re. Comparata ad actum ⁊ finem vltimum diffinitur ab eodem in ſeptimo ethicoꝝ ſic. Virtus eſt diſpoſitio pfecti ad optimū. Accepta vero pprie comprehēdit moralem tm̄. ad politicā ⁊ gratuita ſic extendens. ⁊ ſm̄ hoc comparata ad actum diffinit̄ a pħo in ethicis ſic. Virtus ē habitus qui perficit habentem: ⁊ opus eius bonū reddit. Comparata ad principiū directiuū diffinit̄ ab codē ibidem ſic. Virtus eſt habitus voluntarius in mente conſiſtens: recta ratione determinatus: put ſapiens determinauit. Scḋm ħ diffinitur a tullio. Virtus eſt habitus mētis bn̄ compoſite. Item ab Auguſtino in li. de q̄nti tate anime. Virtus eſt qualitas anime ſeu vite rōni vndiq̄ꝫ ꝯſentiens. Accepta magis ꝓ p̄ie compꝛehēdit virtutē gratuitā. Et ſm̄ ħ compata ad finem diffinitur ab Auguſtino in ſoliloquijs. Virtus eſt habitus rōne recta ad ſuū finem perueniēs. Compata ad ſuum ſubiectū qḋ informat diffinit̄ ab eodē in libꝛo de ciui. dei. Virtus eſt bona voluntas. Ad actū ꝓpꝛium ſiue complementū diffinit̄ in libꝛo de moribus eccleſie. Virtus eſt ordo amoꝛis ſiue amoꝛ ordinatus. Cōparata ad ſuū pꝛincipiū effectiuū diffinit̄ ab Auguſtino ſic. Virtus eſt bona qualitas mentꝭ qua recte viuit̄. qua nemo male vtit̄. quā deus i nobis ſine nobis operatur. ¶ Sunt autem ſeptem virtutes quibus vita regitur chꝛiſtiana. tres theologice. ſ. fides: ſpes: ⁊ charitas. quattuoꝛ cardinales. ſ. pꝛudentia: iuſticia: tēperantia ⁊ foꝛtitudo. Quaꝝ ſufficientia ſic accipitur. Duplex eſt facies anime. ſ. ſupioꝛ. que eſt reſpectu finis: ⁊ inferioꝛ que ē reſpectu eoꝝ que ſunt ad finem. Superioꝛ habet rectificari per theologicas: ⁊ quantū ad triplex obiectū qḋ eſt in diuinis: ⁊ quantū ad triplex ſubiectū qḋ eſt in nobis. In diuinis eſt ſumma veritas in quā non [illegible] fides i credendo ⁊ aſſentiendo. Summa maieſtas ſiue largitas in quā erigit ſpes in laudando ⁊ ex pectando. ſūma bonitas cū qua vnit charitas in cōplectendo ⁊ diligendo. Triplex etiā ſubiectū in nobis eſt. ſ. potentia rōnalis que ordinatur ſiue rectificat̄ per fidem. iraſcibil̄ que per ſpem. ꝯcupiſcibilis que ꝑ charitatē. Inferioꝛ vo facies anime habet rectificari per quattuoꝛ cardinales. Nam pꝛudētia rectificat rōnalem. foꝛtitudo iraſcibilem. tpantia ꝯcupiſcibilē. iuſticia rectificat oēs vires ſiue virtutes in compatione ad alterū. In cōparatione inq̄ꝫ ad ꝓximū rectificans oēs vires dicitur iuſticia cardinalis. In cōpatōe vero ad ꝓximū ad ipm̄ ⁊ ad deū: nō ſolum cardinalis dicit̄ ſed generalis. generalis iuſticia totius aīe rectitudinē compꝛehēdēs. Poteſt ⁊ aliter ſufficientia cardinaliū aſſignari ꝑſubiecta. Nā rōnalis rectificari habet reſpectu ſui. ⁊ ſic indiget pꝛudētia. reſpectu ꝓximi. ⁊ ſic idiget iuſticia. Iraſcibilis hꝫ rectificari ꝯ aduerſa. ⁊ ſic indiget foꝛtitudie. ꝯcupiſcibilis ꝯtra ꝓſpera. ⁊ ſic indiget tēperantia. ¶ Habēt aūt virtutes eſſe gratuitum a gratia tanq̄ꝫ ab oꝛigine ⁊ radice. ⁊ eē meritoꝛiū a charitate tanq̄ꝫ a motoꝛe: foꝛma ⁊ fine. Et ideo omnes virtutes quo ad habitus ſunt cōnexe. quo ad habitus meritoꝛios ſunt equales.

## ¶ De fide. Sectio xxvij.

Sequitur videre de ſingulis virtutibus in ſpeciali. ⁊ pꝛimo de fide. Et pꝛimo quantū ad eius eſſentiam. ſecundo quantum ad ſymboli continentiam. In ſe poſſumus conſiderare fidem quantū ad diffinitionē: equiuocatōem: actus diuerſificationem: ⁊ effectus impetrationem. Diffinit̄ aūt fides multipliciter. Quantū ad genus ꝓpꝛiū diffinit̄ ab Augu. Fides eſt virtus qua creduntur ea que nō videntur. Quantum ad finem vltimū ab Apoſtolo. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandaꝝ argumentum nō apparentiū. A Damaſceno. Fides eſt eoꝝ que ſperant̄ hypoſtaſis. rex que nō videntur redargutio. Quantū ad obiectū ⁊ pꝛemium meritum ab Auguſt. Fides eſt illuminatio mē[illegible]

tis ad ſumam veritaté. Quantú ad actú proprium a Damaſceno. Fides eſt nó inquiſit⁹ conſenſus. In ordine ad ſubiectú a Dionyſio. Fides eſt vnicú credentiú fundamentuȝ eos collocans veritati. In comparatione ad alios habitus ⁊ modú aſſerendi ab Hugone ſic. Fides eſt voluntaria quedá certitudo de rebus abſentibus ſupra opinioné ⁊ infra ſcientiá conſtituta. ⁋ Accipit aút nomen fidei decé modis. Aliqñ enim accipit ꝓ ſponſione. i. ad Thi. v. Primá fidé irritá fecerút. Aliqñ ꝓ fidelitate. Hiere. vij. Perijt fides ⁊ ſanct⁹ de terra. Aliqñ ꝓ ſciétia. Ro. xiiij. Omne qḋ nó eſt ex fide peccatú eſt. Aliqñ ꝓ ſacraméto fidei. Vñ dicit Aug⁹. Paruulos habere fidé nó eſt aliud q̃ȝ fidei habere ſacramentú. Aliqñ ꝓ acceptióe concluſionis per rónem ꝓbate. Et ſic dicit Boetius. Argumétú eſt ratio rei dubie faciens fidé. Aliqñ ꝓ cognitióe comprehéſionis. Ro. i. Iuſticia dei reuelabit ex fide in fidem. glo. in fidé ſpeciei: que fides dicit. q: fidentiſſima ⁊ certiſſima eſt. Aliqñ pro habitu fidei informis. Iaco. ij. Fides ſine operibus mortua eſt. Aliqñ pro habitu fidei formate. Ro. i. Iuſtus ex fide viuit. Aliqñ ꝓ actu fidei. Et ſic dicit Aug⁹. Fides eſt credere qḋ non vides. Aliqñ pro obiecto fidei. Unde dicitur í ſymbolo. Hec eſt fides catholica. ⁋ Diuerſificatur autem actus fidei qui eſt credere per credere deú: credere deo: credere in deum. Credere deú ⁊ credere deo poſſunt eé act⁹ informis fidei ⁊ formate. Poſſunt autem ad eundé actú ſm ordiné pertinere. Ná credere deú reſpicit diuiná veritaté vt obiectum. credere deo vt motiuú: credere in deum vt finem vltimú. Iſtú vltimú actum multiplicat vel exponit Anſel. ſic. Credere in deum eſt credendo cú amare: credendo in eú ire: credendo ei adherere: ⁊ credendo ei⁹ mébris incorporari. Ad hoc enim ꝙ fides perfecte tendat in deú: requirit adiumẽto charitatis: q̃ ordinat ad amoré dei: ⁊ ſic eſt prima differétia ad operatióem boni: ⁊ ſic eſt ſecunda ad perpeſſionem mali: ⁊ ſic eſt tertia. ad dilectionem proximi. ⁊ ſic eſt quarta. ⁋ Fidei attribuitur operatio miraculoꝝ. Ipſa eſt enim prima virt⁹ que ſupra ſe eleuat intellectú: captiuás eú in obſequiú dñi nři ieſu xpi. ⁊ ió meret de congruo apud deú opus arduú impetrare. ad qḋ ſe nó extédit poſſibilitas admirátis. Et hoc eſt quod tangit in diffinitione miraculi. Miraculú eſt opus arduú ⁊ inſolitú ſupra ſpem ⁊ facultatem admirátis ꝯſiſtens.

⁋ De ꝯtinétia ſymboli quantú ad articlos.
Sectio xxxviij.

Equit de ꝯtinentia ſymboli. circa quod tria ſunt breuiter attendenda. ſcȝ differétia ſymboloꝝ: ſufficientia credendoꝝ. ⁊ eſſentia articuloꝝ. Tria ſunt ſymbola fidei chriſtiane. ſ. ſymbolú apoſtolorum. ſymbolú nyceni concilij. qḋ. cccxviij. epi condiderunt. ⁊ ſymbolú athanaſij. Cauſa principalis ꝯditónis primi fuit certa fidei traditio. Cauſa ſcdi fuit veritatis tradite certa probatio vel propalatio. Cauſa tertij fuit erroꝝ pullulantiú exterminatio. Primú dicitur maius: non numeroſitate contentoꝝ. ſȝ maioritate conditoꝝ vel auctoꝝ. Et dicitur ſubmiſſa voce: q: fuit conditú tpe veritatis nondú ꝓpalate vel ꝓbate: vel q: eſt ad ꝓprie ꝯſcientie ſecuritaté. Dicit etiá in diei principio ⁊ fine. ſ. in prima ⁊ í ꝯpletorio: ꝓpter duplicé ꝯfeſſioné fidei neceſſariá. ſ. in principio eccleſie ⁊ in fine. vel in principio regeneratóis baptiſmalis: ⁊ vltimo defunctionis corporalis. In teſtimoniú ꝯuerſatóis triúphalis. Vel í proſperis ⁊ aduerſis: vel in agendo ⁊ patiendo. vel ꝙ fides eſt ſcutú ꝯ tentationes diurnas: ⁊ contra tentationes nocturnas. Scóm q: editú eſt ꝓpter veritaté traditaȝ ꝓpalandam: in diebus dñicis ⁊ feſtis ſolénib⁹ ꝓpter maioré ꝯuentú populi alta voce cantatur. ⁊ hoc poſt euágeliú: q: eſt eius breuis collectio. ⁊ ante cómunioné. q: eſt ad ipſaȝ digna ꝑparatio. Tertiú dicit nocte finita prima diei hora. q: fuit editú tpe veritatis ꝯcuſſe ꝑ hereticos preualentis finaliter contra eos.

¶ Sufficiẽtia articuloꝝ in ſymbolo apoſtolico contẽtoꝝ poteſt dupliciter aſſignari. ſcilicet ex parte cauſe efficientis. ſ. apoſtoloꝝ: q̄ ad condendũ ſymbolũ ſinguli ſingulas particulas poſuerũt. Petrus dicit. Credo ĩ deũ patrem omnipotentẽ creatorem celi ⁊ terre. Andreas ſubiunxit. Et in ieſum chriſtum filium eius vnicũ dñm noſtrũ. Deinde iohẽs. Qui conceptus eſt de ſpũſancto: natus ex maria virgine. Deinde Jacobus maior. paſſus ſub pontio pilato: crucifixus mortuus ⁊ ſepultus. Deinde Thomas. Deſcendit ad inferna. tertia die reſurrexit a mortuis. Deinde Jacobus minor. Aſcendit ad celos: ſedet ad dextram dei patris omnipotentis. Deinde Philippus. Jnde venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos. Deinde Bartholome⁹. Credo in ſpũſanctum. Deinde Mathe⁹. ſanctam eccleſiam catholicam. Et eſt ſenſus. Credo in ſpũſanctum ſanctificantem vniuerſalem eccleſiam. Deinde Symon chananeus. ſanctoꝝ cõmunionem. remiſſionẽ peccatoꝝ. Et eſt ſenſus q̄ remiſſio peccatoꝝ fit in cõmunione viuoꝝ vel ſacramentoꝝ. Deinde Judas thadeus. carnis reſurrectionem. Et eſt ſenſus. credo q̄ deus reſuſcitabit carnem. Deinde Mathias. vitã eternã amẽ.

¶ Poteſt etiã ſufficientia aſſignari ex parte cauſe materialis. ſ. ipſoꝝ articuloꝝ. Omnes articuli ſunt de deo: vel ſm naturã in qua cõſiſtit. vel ſm naturã quã aſſumpſit. Et ſic quidam articuli ſpectant ad diuinitatem. q̄dam ad humanitatem. Qui ad diuinitatem: aut reſpiciunt diuinã naturam in ſe: ⁊ ſic eſt primus de ſingularitate: cũ dicit. Credo in deũ ⁊ nõ in deos. Aut reſpiciunt diuine eſſentie tres perſonas. ⁊ ſic reſpectu patris eſt. credo in patrem omnipotentẽ. Reſpectu filij ẽ. credo in ieſum chriſtũ filiũ eius vnicũ dominum noſtrũ. Reſpectu ſpũſancti eſt. Credo ĩ ſpiritũſanctũ. Aut reſpiciũt diuine eſſentie operationes: quaꝝ vna eſt in collatione nature. ⁊ hec eſt creatio habẽs ſuũ articulũ. Credo in creatorem celi ⁊ terre. Alia eſt in collatione gratie: ⁊ hec eſt ſanctificatio habẽs ſuũ articulũ. Sanctã eccleſiã catholicã ſanctoꝝ cõmunionem. remiſſionẽ peccatoꝝ. Et ẽ ſm ſus. Credo q̄ remiſſio pctõꝝ fiat in eccleſia chatolica. vbi eſt cõmunio ſanctoꝝ maſculine. vel ſanctoꝝ neutraliter. i. ſacramentorum. Alia eſt in collatione glorie: ⁊ hec eſt glorioſa reſuſcitatio habens ſuũ articulum. Carnis reſurrectionem: ⁊ vitam eternã amẽ. Septẽ ſunt ergo articuli reſpectu diuinitatis accepti. Accipiuntur etiam ſeptem reſpectu humanitatis chriſti. iuxta ſeptem actus principales: quos ad reparationẽ noſtrã dominus deus ordinauit. Primus fuit incarnari. habẽs ſuũ articulũ. qui conceptus eſt de ſpũſancto. Secundus fuit naſci. habẽs ſuũ articulũ. Nat⁹ ex maria virgine. Tertius fuit preciũ ꝓ nobis ſoluere: habens ſuũ articulum. Paſſus ſub põtio pilato crucifix⁹ mortu⁹ ⁊ ſepultus. Quartus fuit inferos viſitare: habens ſuũ articulũ. Deſcendit ad inferna. Quint⁹ fuit infernũ ſpoliare: habens ſuũ articulũ. tertia die reſurrexit a mortuis. Sextus fuit celeſtia tranſcendere: habens ſuũ articulũ. Aſcendit ad celos: ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Septimus erit venire ad iudiciũ: habens ſuũ articulũ. Jnde venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos. Et ſic ſunt ſeptem articuli reſpectu humanitatis chriſti. Diffinitur aũt a Richardo articulus ſic. Articulus eſt indiuiſibilis veritas de deo artans nos ad credendũ. Ab Jſido. vero ſic. Articulus eſt perceptio veritatis diuine tendens in ipſam. Prima diffinitio non tñ conuenit articulo formato: ſed etiã informi.

¶ De ſpe. Sectio xxxix.

S Equit videre de ſpe. Circa quam poſſum⁹ conſiderare quattuor. ſcilicet diffinitõem. equocationem. act⁹ excellentiã: ⁊ cũ fide differẽtiã. Spes in q̄tũ eſt nomẽ affectõis diffinitur a philoſopho. Spes eſt ſuſpitio futuri boni. Jnquantũ eſt nomen virtutis tribus diffinitionib⁹ notificat. Prima eſt hec. Spes eſt virt⁹ qua ſpi-

ritualia ⁊ eterna bona ſperant .i. cum fiducia expectant. Iſta ſpiritualia bona poſſunt intelligi: venia peccatoꝝ. gratia meritoꝝ. ⁊ gloria premioꝝ. vt dicat quedã ſpes venie: quedã gratie. quedã glorie. Scðã hec eſt. Spes eſt certa expectatio future beatitudinis: veniens ex dei grã ⁊ meritis precedẽtibꝰ. Tertia eſt Auguſtini hec. Spes eſt virtus q̃ qs ſe ad illð quod credit puẽturꝝ pſumit. ¶ Accipit aũt multiformiter nomẽ ſpei. Aliqñ .n. nominat affectõem: ſm ꝙ dicit Boetius.

Gaudia pelle: pelle timorẽ: ſpemqꝫ fugato
Nec dolor adſit. Aliqñ noiat habitũ virtutiſ: ⁊ tunc ſpes non habet ortũ ex meritis. ſed ex ea merita oriunt. Aliqñ noiat virtutis actuꝫ: ⁊ tũc ſpes oritur ex intuitu meritoꝝ. Nemo enim recte ſe ſperat ad beatitudinẽ perueturꝝ niſi qui deo ſeruit vel ſeruire proponit. Aliqñ nominat virtutis ſtatũ. ⁊ tunc ſpes ex meritis cõcomitantibus habet ortũ. iuxta illud Ro. v. Probatio operat ſpem .i. certitudinem: ſm gloſam. ad quã certitudinẽ per bona opera. ⁊ maxime p aduerſoꝝ tolerantiam puenit. Aliqñ noiat virtutis terminuꝫ ſiue obiectũ .i. rẽ ſperatã .ſ. beatitudinẽ ſempiternã. Et tunc ſpes ex gratia ⁊ meritis pcedentibus habet ortũ. Et ſic ſpes virtus ſm pmã acceptõem ſui precedit merita ſꝫ vltimã ſequitur. ſm duas intermedias ſequitur ⁊ pcedit. ¶ Habet aũt ſpes excellentiã in actu ſuo. Nam habens potentiã iraſcibilem pro ſubiecto: virtutũ habitus preſupponit. qbus ſupeminet vt regina. Habet enim iraſcibilis deteſtari mala culpe: tolerare mala pene. aggredi terribilia. erigi ad ardua. Ad deteſtationem culpe aliene requirit iram per zelũ. Ad deteſtatõem culpe ꝓprie reqrit pñiam. Ad perpeſſionẽ maloꝝ pene reqrit patientiam. Ad aggreſſionẽ terribiliũ habet fortitudinẽ: ⁊ tunc ad expectatõem eterne beatitudinis p ſpem erigit a dño liberaliter repromiſſe. ¶ Aſſignat aũt inter fidẽ ⁊ ſpem differentia per hunc modũ. Nã fides eſt bonarum rerũ ⁊ maloꝝ. Spes eſt tm̃ bonarum. Eſt etiã fides reꝝ preteritaꝝ: preſentiũ ⁊ futuraꝝ. Spes tñ futuraꝝ. Itẽ fides eſt rerũ propriarum ⁊ alienarum. Spes eſt ſolũmodo propriarum.

¶ De charitate. Sectio xl.

Sequitur videre de charitate. Circa quã debeo conſiderare diffinitionem: diſtinctõem: pfectõem: diligibilium ſufficientiã: ⁊ ordinis exigẽtiã. ¶ Charitas tripliciter diffinit. Nã cõparata ad obiectũ diffinit in ſententijs a mgrõ. Charitas eſt dilectio qua diligit deus ꝓpter ſe: ⁊ proximus ꝓpter deũ. Comparata ad actũ ꝓprium qui eſt viuere ⁊ adherere: diffinit ab auguſtino ſic. Charitas eſt rectiſſima animi affectio coniungẽs nos deo. Vel. Charitas eſt virtus qua deum videmꝰ eo qð frui deſideramus. Vel. Charitas eſt vita copulans amantẽ cum amato. Cõparata ad habitũ ſibi iniunctũ diffinitur ab apoſtolo .i. Thimõ .i. Charitas eſt finis precepti: de corde puro ⁊ ↄſcientia bona: ⁊ fide nõ ficta. ¶ Diſtinguit enim inter amorẽ: dilectõem ⁊ charitatem. Nam amor competit rationalibus ⁊ irrationalibus creaturis. Dilectio vero ⁊ charitas niſi rõnalibus dicit conuenire. Itẽ inter dilectionem ⁊ charitatẽ differentia inuenit. Nã dilectio quaſi de diuerſis electio: rõnabilibꝰ cõuenit ſiue iuſtis ſiue iniuſtis. Charitas vero ſolum eſt iuſtoꝝ. ¶ Eſt autem in charitate pre ceteris virtutibꝰ perfectio ⁊ dignitas ſpecialis. Nam cum ſit forma virtutum non poteſt eſſe informis: triplici rõne. Vna ex pte obiecti. Idem enim habet p obiecto ⁊ p fine. Inſepabilis enim eſt a fine: rõne cuiꝰ eſt perfectio: quantũ ad meritũ in virtute. Alia ex parte ſubiecti. Ipſa enim eſt regula rectificans voluntatẽ. qua rectificata tota aĩa recte viuit. Tertia eſt ex parte cauſe. habet eniꝫ ſimilitudinem cũ ſpũſancto: a quo eſt. qui etiã charitas dicit ſiue amor: a quo inſepabilis ẽ ⁊ ideo eſſe informis omnino non poteſt.
¶ Quattuor autem ſunt ex charitate diligẽda ſm Auguſ. Vnũ qð eſt ſupra nos .ſ. deuſ

Alterũ qđ nos ſumus. Tertiũ qđ iuxta nos ſcʒ ꝓximus. Quartũ qđ infra nos eſt.ſ.humanũ corpus. Horũ quattuor ſufficientia ſic accipit. Ex charitate diligere eſt ſummũ bonum optare dilecto. Qui ergo ex charitate diligit: aut optat ſummũ bonũ ipſi deo: ꝛ ſic eſt primũ mēbrũ. aut ſibi ipſi. ꝛ ſic eſt ſecũdũ membrũ. aut ſibi ſimili: ꝛ ſic eſt tertiũ. aut ſibi inherenti: ꝛ ſic eſt quartũ. Eſt autē deus diligendus primo ſup omnia ꝓpter ſe. nos ſecundo ꝓ deo ꝛ ſub deo: ꝓximus noſter tertio ſicut nos ꝛ ex quo nos.q: affectu ꝛ effectu. ad qđ nos.q: ad grām in preſenti ꝛ ad gloriā in futuro. in quo nos.q: in bono: propter qđ nos.q: ꝓpter deũ. Quarto corpus noſtrũ infra nos ꝛ ꝓximũ tanqʒ bonũ minꝰ precipuũ. Ad hec autē exequenda dat nobis virtus charitatis habitꝰ. ꝛ duplex mādatũ: in quo pēdet vniuerſitas noui ꝛ veteris teſtamēti. Aſſignat autē Ambroſiꝰ ꝑter ſuꝑdictũ aliũ ordinē diligēdi. vt primo deũ. ſcđo noſmetipſos. tertio parētes. deinde filios ꝛ fratres: poſtea domeſticos. deniꝗ inimicos diligamꝰ.

¶ De prudentia. Sectio xli.

s Equitur videre de virtutibus cardinalibus: ꝛ primo de prudentia. Circa quā tria ſunt breuiter vidēda.ſcʒ diffinitio. ſpecierũ collectio: ꝛ actuũ variatio. ¶ Prudentia diffinit ſiue deſcribit ab Auguſtino in libro de moribus eccleſie. Prudētia eſt amor ea quibꝰ adiuuat in deũ ab his quibus impedit ſagaciter diſcernēs. A gregorio ſic. Prudētia eſt cognitio vitandarũ rerũ ꝛ appetendarũ. A Tullio in rhetoricis ſic. Prudentia eſt rerũ bonarum ꝛ malarũ ꝛ vtrarũqʒ ſcientia. Ab eodem de officijs. Prudentia eſt cognitio imitandarũ fugiendarũqʒ ſcientia rerũ. Ab eodem in libro de requie mentis ſic. Prudētia eſt rerũ bonarũ ꝛ malarũ cum alterius dilectōe ꝛ reliquarum deteſtatōe ſcientia. ¶ Partes ſiue ſpecies prudentie ſcđm Tulliũ in rhetoricis ſunt tres.ſ. memoria: intelligentia: ꝛ prouidentia. Memoria eſt ꝑ quā animus aſpicit ea q̄ fuerũt. Intelligentia eſt ꝑ quā perſpicit ea que ſunt. Prouidentia eſt per quā futurũ aliqđ videt anteqʒ factũ ſit. Seneca videtur decorare tullio in his tribus dicēs. Si prudens es animus tuus tribus tpibus diſpenſetur. Prudentia ordina: futura ꝓuide: ꝛ preterita recordare. Scđm dogma philoſophorũ prudentia diuidit in quattuor ſpecies.ſ. ꝓuidentiā. circũſpectōem: cautionē: ꝛ docilitatem. Prouidentia eſt preſens notio futurorũ per tractatus euentũ. Circũſpectio eſt contrariorũ viciorũ cautela. Cautio eſt diſcernere a virtutibus vicia: virtutũ ſpecie preferentia. Docilitas eſt prudētia erudiendi iperitos. ¶ Secundũ Auguſtinũ in libro de ſpũ ꝛ aīa. habʒ prudentia plures actus. Nā prudentia ſcit qđ debeat facere. prudentia eſt ſcire qđ poſſit. prudentia eſt in eligendis. prudētia eſt nihil penitendũ appetere: ꝛ nihil preter iuſtũ velle facere. Scđm Macrobiũ. prudentia eſt mundũ iſtum ꝛ oīa que in mūdo ſunt diuinorũ contemplatōe deſpicere. ꝛ oēm animi cogitatōem in ſola diuina dirigere. Prudentia eſt ad rōnis normam que cogitat queqʒ agit vniuerſa dirigere: ꝛ nihil preter rectũ velle facere. humaniſqʒ actibus tanqʒ rōnis arbitrio ꝓuidere. Prudētie inſunt rō: intellectꝰ: circũſpectio: prouidentia: docilitas: agnitio. Item prudentia in homine iam purgato eſt diuina nō quaſi in electione preferre: ſed ſola noſſe. Officiũ etiā prudentie eſt ex preteritis ꝛ preſentibus futura per pendere. Vñ dicit Boetius in libro de conſolatōe phie. Nō qđ ante oculos eſt ſiũ ſufficit intueri. rerũ exitus prudentia metit. Circũſpectōis officium eſt per diligentē conſideratōem inter cōtraria vicia mediũ tenere.

¶ De temperantia. Sectio xlij.

s Equitur videre de temperantia quātum ad tria.ſ. quantũ ad diffinitionem. ſpecierũ aſſignatōem. ꝛ actuũ variationem. Temperantia deſcribitur a Tullio in prima rhetorica. Temperantia eſt rōnis in libidines atqʒ in alios nō rectos impetus animi firma

⁊ moderata dominatio. Item ab eodem in libro de officijs. Tēpantia eſt dominiū rōnis in libidinem: ⁊ in motus alios importunos. Ab Auguſtino in libro de moribus eccleſie. Temperantia eſt amor deo ſeſe integrum incorruptūq; conſeruans. A Macrobio. Tēperantia eſt nihil appetere penitendum: in nullo legem moderationis excedere ſub iugo rationis cupiditatem domare. Ab Auguſt. in libro de libero arbitrio. Temperantia eſt affectio coercens ⁊ cohibens appetitū ab his rebus que turpiter appetuntur.

¶ Partes tēpantie ſm Tullii in prima rhetorica ſunt tres: ſcʒ continentia. clementia: ⁊ modeſtia. Continentia eſt per quā cupiditas conſilij gubernatione regitur. Clementia eſt virtus per quā animꝰ in odium alicuius temere concitatus benignitate retinet̄. Hec ſm Tulliū. Scdm Senecā vero. Clementia eſt temperātia animi in poteſtate vlciſcendi. vel ſuperioris lenitas aduerſus inferiorē in penis conſtituendis. Modeſtia ſm Tulliū eſt per quā pudor honeſtatis puram ⁊ ſtabilem cōparat auctoritatē. Auctoritas i hac deſcriptione ſtabilis appellat̄ grauitas perſeuerans. Scdm dogma philoſophorū: partes temperantie ſunt que ſedis motibus dn̄antur. que ſunt: modeſtia: verecundia: abſtinentia: caſtitas: honeſtas: moderantia: parcitas: ſobrietas: pudicicia. Modeſtia ē que facit cultum ⁊ motum ⁊ omnē noſtram occupationem vltra defectum ⁊ citra exceſſuʒ ſiſtere. Verecundia eſt in geſtu ⁊ verbo honeſtatem ſeruare. Abſtinentia ⁊ honeſtas: moderantia ⁊ parcitas ⁊ ſobrietas cōuiuij cohibent nutrimenta. Abſtinentia eſt ſtatutum terminū prandendi non preuenire. Honeſtas eſt nec lautiores cibos q̄rere: nec in apparatu operam dare. Moderantia eſt nimium ciborum appetitū rationis imperio reuocare. Parcitas eſt menſurā refectionis non excedere. Sobrietas eſt exceſſum in potu cohibere. Huius officium eſt arcere mala ebrietatis. Caſtitas eſt abſtinentia ab omni coitu illicito. que eſt triplex. ſcilicet coniugalis: vidualis: virginalis. Virginitas eſt ſm Auguſtinum in carne corruptibili perpetue incorruptionis meditatio. Pudicicia eſt moderamine rationis petulantiā domare. ¶ Actus temperantie ſm Auguſtinū ſunt contra proſpera nō preſumere qd nō poſſit exerceri in verecundis. terrenas cupiditates non niſi reprimere: ſed penitus obliuiſci. Scdm Macrobium: temperantia eſt oīa relinquere inq̄ʒtū natura patit̄ que corporis vſus req̄rit.

¶ De fortitudine. Sectio. xliij.

Sequit̄ videre de fortitudine quantum ad diffinitionem: ſpecierū aſſignatōem: ⁊ actuū variationem. Fortitudo ſic deſcribitur a Tullio in prima rhetorica. Fortitudo eſt cōſiderata periculorū ſuſceptio: ⁊ laborum pͦpeſſio. Item ab eodem in ſcda rhetorica. Fortitudo eſt magnarū reruʒ appetitio ⁊ humilium contemptio: ⁊ cum ratione vtilitatis laborū pͦpeſſio. Item ab eodē. Fortitudo eſt rōnalis aggreſſio terribilium cū conſtanti eorū pͦpeſſione. Scdm Ariſtotelem. Fortitudo eſt virtus difficilimorum in paſſionibus operatiua gratia boni. Augꝰ de moribus eccleſie. Fortitudo eſt amor facile omnia tolerans pͦpter id quod amatur. Fortitudo etiam aliter deſcribitur. Fortitudo eſt firmitas animi contra moleſtias ſeculi. Et ſumitur de Math. xv. Erant quatuor milia ⁊c. ¶ Partes fortitudinis ſiue ſpecies ſm Tullium ſunt quatuor. ſcilicet magnificentia: fidentia: patientia: ⁊ perſeuerantia. Macrobius ſeptē ponit partes fortitudinis. ſ. magnanimitatem: fiduciā: ſecuritatem: magnificentiam: cōſtantiā: patiētiā: firmitatē. Scdm dogma aliquorū. Fortitudo eſt virtus reſtringēs impetus aduerſitatū. Huiꝰ ptes ſunt q̄ ei q̄ʒ hec efficiunt: q̄ ſunt: magnanimitas: fiducia: ſecuritas. magnificētia: cōſtantia: patiētia. fidētia: ⁊ pſeuerātia. Magnanimitas ē difficiliū ſpōtanea ⁊ rōnalis aggreſſio. Fiducia eſt certa ſpes animi pducendi ad finē rē inchoatam. Securitas eſt habitus ſm quē immi-

nentes incōmoditates: ⁊ rei inchoate affines non formidantur. Magnificentia ſm tullium eſt rerum magnarū ⁊ excelſarum cum animi ampla quadā ⁊ ſplendidiſſima ppoſitione cogitatio atqz adminiſtratio. Scdm macrobiū. magnificentia eſt difficilium ⁊ preclarorum cōſummatio. Conſtātia eſt ſtabilitas animi firma: ⁊ in propoſito perſeverās. Patientia eſt virtus contumeliarum ⁊ oīs adverſitatis equanimiter mala portans. Item aliter Patientia eſt equanimis malorum illatorum tolerantia. Grego. Vera patientia eſt aliena mala equanimiter perpeti. ⁊ contra eum qui mala irrogat nullo animi dolore moveri. Itē aliter diffinitur. Patientia eſt omnium paſſionum moleſtarum aliunde illatarū victoriosa perpeſſio. Fidentia eſt virtus p quā magnis ⁊ honeſtis in rebus multū ipſe animus ſe in fiducia collocavit. Perſeverantia ſm Tullium eſt ratione bene cōſiderata ſtabilis ⁊ perpetua permāſio. Magiſtraliter ſic deſcribit. Perſeverantia eſt permanētia in bono diuturna ſive finalis. Nota q conſtantia eſt permanentia in propoſito. Perſeverantia eſt permanentia in bono: ſive continuatio boni. Conſtantia cavet levem tranſitū a propoſito in propoſitū. Perſeverantia vero diſcontinuationem vel imperfectionem reſpectu debiti finis. ¶ Scdm Auguſtinū: actus fortitudinis eſt contra adverſa facere quod poſſit: cōſtans in tolerandis nihil niſi turpia timere: ⁊ quicquid agimus vel cogitam⁹ ad rationis normam dirigere.

¶ De iuſticia. Sectio xliiij.

Sequitur videre de iuſticia quantum ad diffinitionem: ſpecierum aſſignationem: ⁊ actionum progreſſionem. ¶ Iuſticia diffinit ſic a Tullio in. i. rhetorica. Iuſticia eſt habitus animi cōmuni utilitate ſervata: ſuam unicuiqz tribuens dignitatem. Macrobius. Iuſticia eſt unicuiqz ſervare quod ſuū eſt Aug. in libro de libero arbitrio. Iuſticiam quid dicam eſſe: niſi virtutem, qua ſua cuiqz tribuunt. Sup Matth. v. Beati qui eſuriunt ⁊ ſitiūt iuſticiā. Iuſticia eſt ſua cuiqz tribuere ſibi proximo ⁊ deo Seneca. Quid eſt iuſticia niſi nature tacita conventio in adiutorium multorum inventa. Idem. Iuſticia divina lex eſt ⁊ vinculum ſocietatis humāe. Iſido. Iuſticia eſt ordo ⁊ equitas qua homo cum unaquaqz re bene ordinat. Anſelmus. Iuſticia eſt rectitudo voluntatis propter ſe ſervata. pter ſe rectitudinē ſcz. Item aliter diffinit ſic. Iuſticia eſt virtus conſervatrix humane ſocietatis: ⁊ vite communitatis. Aug. de moribus eccleſie. Iuſticia eſt amor ſoli amato ſerviens: ⁊ propterea recte dominans ceteris que homini ſubiecta ſunt. A magiſtris ſic. Iuſticia eſt cōſtās ⁊ perpetua voluntas ius ſuum unicuiqz tribuens. ¶ Iuſticia ſm quoſdam dividit in ſeveritatem ⁊ liberalitatē. Severitas eſt vir⁹ debito ſupplicio coercens iniurias. Liberalitas eſt virtus beneficiorum erogatrix. que pro affectu benignitas: pro effectu beneficentia nominatur. Et conſiſtit hec virtus tota in tribuendo. Benignitatem vero dividūt in ſeptem partes. ſ. religionem: pietatem: innocētiam: amicitiam: reverentiam: cōcordiā: miſericordiam. Alij dividunt in īnocentiā: amicitiā: cōcordiam: pietatem: religionē: affectum: ⁊ humanitatem. Scdm Tulliū in. i. rhetorica. Ad iuſticiam pertinet religio: pietas: gratia: vindicatio: obſervantia: ⁊ veritas: addo pronunc diſciplinam ⁊ obedientiaz. Religio eſt virtus que ſuperioris cuiuſdā nature quā divinam vocant curā cerimoniamqz affert. Hec grece dicitur latria: que ſic deſcribitur Latria eſt cultus deo debitus ⁊ exhibitus. Vel. Latria eſt voluntas impendendi deo cultum debitū. Impendit autem cult⁹ debitus deo. corde p fidem: ſpem ⁊ charitatē. ore per adorationē: laudationem: benedictionē: ⁊ gratiarū actionē. ope p oblationē: purificationem: ⁊ geniculationē. Huius primū officium eſt perpetrati ſceleris penitere. Scdm eſt: temporaliū mutabilitatē parvipendere. Tertium: vitā noſtrā ex toto deo cōmittere.

Quartum veritatē ſeruare. Nota tñ ꝙ dulia aliqñ idem eſt qḋ latria. Stricte tamen ⁊ ꝓprie accipit̄ ꝓ reuerētia ſanctis ſiue ꝑſonis ſublimib⁹ exhibenda. que ſic deſcribit̄. Dulia eſt ſeruitus vel cultus creature debitus ⁊ exhibitus. Et videt̄ idē eſſe cū reuerētia poſita in prima diuiſione iuſticie. que ſic deſcribit̄. Reuerentia eſt virt⁹ ꝑſonis grauibus vel aliqua ꝑlatione ſublimatis debite honorificationis cultū exhibens. Deo autē debet̄ latria. ſanctis dulia. beate virgini marie hyperdulia. Pietas eſt virt⁹ per quā ſanguine coniunctis: patrieqꝫ beniuolis officiū ⁊ diligens tribuit̄ cultus. Gratia eſt virtus in qua amicitiarum ⁊ beneficiorum alteri⁹ memoria ⁊ remunerandi voluntas continetur. Vindicatio eſt virtus per quam vis aut iniuria. ⁊ omnino omne qḋ obfuturū eſt deſendendo aut vlciſcendo ꝓpulſatur. Obſeruātia eſt virtus per quam homines in aliq̄ dignitate cultu quodam ⁊ honore dignantur. Veritas eſt virtus per quā immutata ea q̄ ſunt: aut que ante fuerunt: aut futura ſunt dicuntur. Innocentia eſt puritas animi iniurie omnem illationem abhorrens. Hac virtute dij placantur. Amicitia eſt voluntas bona erga aliquem cauſa illi⁹ qui diligitur: cū ei⁹ pari intentione a quo diligitur. Huius primū officiū eſt idem velle ⁊ idem nolle ⁊ alterum ſecreto admonē ⁊ palam laudare. Concordia eſt virtus conciues ⁊ cōpatriotas in eodem iure ⁊ cohabitatione ſpōtanee vinciēs. Miſericordia eſt virtus per quam animus ſuper calamitate afflictorum mouetur. Hec virtus nihil humanū a ſe alienū putat. aliorꝫ damna vel cōmoda ſua eſtimat. Diſciplina ſm Ciprianum eſt morum ordinata correctio: ⁊ maiorum ꝑcedentiū patrꝫ regularis obſeruatio. Scḋm Hugonem de ſctō victore. Diſciplina eſt conuerſatio bona ⁊ honeſta. cui parum eſt nō malū facere: ſed ſtudet in his que bene agit per cuncta irreprehenſibilis apparere. Idem. Diſciplina eſt omniū membrorum motus ordinat⁹: ⁊ diſpoſitio decens in omni habitu ⁊ actione. Bernar. Diſciplina ceruicem ſubmittit: deponit ſupercilia. vultum componit. ligat oculos. cachinnos cohibet. moderatur linguam. gulam frenat. iram ſedat. format inceſſum. Obedientia ſic deſcribitur. Obedientia eſt voluntas faciendi preceptum vel mandatum ſuperiorū. Itē ſic. Obedientia eſt obtēperatio ſm regulam ſacre ſcripture maioribus quibuſcunqꝫ debita. Vel ſic. Obedientia eſt ſpontaneū ⁊ rationabile ꝓprie voluntatꝭ ſacrificiū. Vel ſic. Obedientia eſt pio ſtudio ꝓprie volūtatis abnegatio. Auguſtin⁹. Citius exaudit̄ vna obedientis oratio: q̄ꝫ decem milia cōtemptoris. Equitas eſt amor equalitatis in his in quibus debet eſſe equalitas. ¶ De iuſticia dicitur Proſper. Iuſticia eſt quedā animi nobilitas ſuam cuiqꝫ tribuens dignitatem: ſuperioribus reuerentiam: paribus concordiā: inferioribus diſciplinā: deo obedientiā. ſibi ipſi ſanctimoniam: inimico patientiā: ⁊ miſero compaſſionem. ¶ Scḋm Auguſtinum Actus iuſticie eſt ſcire quid debeat reddere: non velle pluſq̄ꝫ poſſit diſtribuere. omnem animi cogitationem ad ſolum deū dirigere ⁊ erigere. cūqꝫ tanq̄ꝫ nihil aliud ſit ſola mētis acie intueri. Secundū alios autem eſt etiam actus iuſticie ad vnam conſentire viam vniuſcuiuſqꝫ virtutis obſequiū ſeruare. vnicuiqꝫ quod ſuum eſt reddere. Item cum ſuperna ⁊ diuina mente ſociari. vt ſeruet cum ea perpetuum fedus imitando.

¶ De ſeptem donis ſpiritusſancti.

Sectio xlv.

Septem ſunt dona ſpūſſancti. q̄ enumerat Iſaias. xi. ſ. donum ſapientie ⁊ intellectus: donum cōſilij ⁊ fortitudinis. donum ſcientie ⁊ pietatis: ⁊ donum timoris dni. Habemus autem videre de donis diuinis que ſpirituiſſancto attribuuntur tria. ſ. ſpecialem ſufficientiam: ſingularē cōſiſtentiā: ⁊ generalem differentiam. ¶ Specialis ſufficientia habituū ꝑdictorū ſic accipitur. Dona ſpūſſancti ſpecialiter ſūt. vl' q̄ꝫ

cipaliter ad expiendas potentias anime in agendo. Habemus autem expediri q̃ztu ad declinationem mali. ⁊ sic eſt donum timoris. Item quantū ad operationē boni. ⁊ hoc dupliciter. Nam aut eſt bonum neceſſitatis ad quod expedimur per donum pietatis. cuius regimen directiuū eſt donum ſciētie. Aut eſt bonum ſupererogatōis. ad quod expedimur per donū fortitudinis. cuius regimen eſt donum conſilij. ¶ Ad maiorem hoꝝ donoꝝ euidentiam attendenda eſt cōſiſtentia actuū ſingulorum. Nota ergo primo ꝙ ſapientia cōmuniter accepta dicit cognitionem generalem rerum diuinaꝝ ⁊ humanarū ſm Auguſtinum ⁊ phm: qui dicit ꝙ ſapiens eſt qui omnia nouit. Minus communiter dicit cognitionem rerū eternarū.i. Chorin.xij. Alij datur ſermo ſapientie. ideſt cognitio eternorum. Proprie dicit cognitionem qua colitur deus fidei ſpe ⁊ charitate. Job.xv. Pietas ipſa eſt ſapientia. Magis proprie nominat cognitionem dei experimentalē: ⁊ ſic ē vnū de ſeptem donis ſpūſancti. cuius actus conſiſtit in deguſtando ſuauitatem dei. Qui quidem actus partim eſt cognitiu⁹. partim affectiuus. ita ꝙ in cognitione incohat: ⁊ in affectione conſummat. Item habem⁹ qeſcere in optimo per intelligentiā virtutis: ⁊ ſic eſt donum intellectus. ⁊ per affectionem bonitatis. ⁊ ſic eſt donum ſapientie. ¶ Scientia etiam dicitur tribus modis. Quedā enī eſt ſcientia conſiſtēs in intellectu pure ſpeculatiuo: fundata ſuper principia ratiōis. vt eſt ſcientia acquiſita ſiue humana philoſophia. Quedam eſt conſiſtens in intellectu inclinato ab affectu: fundata ſuper principia iuris naturalis: ordinans ad rectam ⁊ honeſtā vitam: vt eſt ſcientia prudentie virtutis. Quedam eſt conſiſtens in intellectu inclinato a fide. ⁊ inclinante ad operationem bonā. fundata ſuper principia fidei: habens ortum a donis ſpiritualis gratie: vt eſt donum ſcientie. cuius actus p̄cipu⁹ eſt dirigere in agendis: ſm exigentiam regule fidei ⁊ imitationē chriſti. ¶ De dono intellectus tenē ꝙ eius actus conſiſtit in contemplatione non ſolum creatricis eſſentie. ſꝫ etiam in contemplatione ſpiritualis creature. Habet quidem cognitio de deo ſub ratione veri tripliciter. ſcꝫ ſimplicem aſſenſum. ⁊ ſic eſt fides faciēs aſſentire. per rationis adminiculū: ⁊ ſic eſt intellectus donum: cui⁹ eſt credita per rationē intelligere. per ſimpliceē contuitū: ⁊ ſic ē mūdicia cordis: cuius eſt videre deum. Etenim ad intelligendum credita nō adiuuat homo per rationes ſumptas a conditoribus. ¶ De dono conſilij tene: ꝙ conſiliū aliqū dicit actum conſiliandi. aliqū dicit illud ad qđ terminat ille actus. aliquādo dicit habitū qui expedit ⁊ dirigit animā ad eligendum proſequenda: ⁊ vitandū fugienda. Habitus autem dirigēs ſi ſit reſpectu eligibilium que ſunt neceſſitatis eſt prudentie: que dirigit ad talia: licet minus excellenter q̃ꝫ ſcientia que eſt donum. Si autem eligibilia ſint arduitatis ⁊ difficultatis: eſt donum conſilij. Poteſt quippe hō dirigi in electione. vel ſm regulam iuris naturalis: ⁊ ſic eſt prudentia. vel ſm regulā iuris diuini: ⁊ ſic eſt donum conſilij. cui⁹ eſt dirigere in electionem proſequendoꝝ ⁊ fugāꝫ vitandoꝝ. ¶ De dono fortitudinis eſt tenē dum ꝙ eius actus conſiſtit in ſuſtinētia paſſionum: ⁊ aggreſſione arduoꝝ. Aggredi autem ardua ſiue ꝑpeti paſſiones poteſt homo dupliciter. vel propter iuſticie ⁊ honeſtatis conſeruationem. ⁊ ſic reſpicit virtutē fortitudinis. vel propter chriſti perfectam imitationem. ⁊ ſic reſpicit donum fortitudinis. Primum eſt de dictamine iuris naturalis. Secūdum de dictamine iuris diuini. Actus ergo doni fortitudinis attendiſ penes promptam ⁊ expeditam tolerātiam paſſionū. ¶ De dono pietatis tene ꝙ pietas attenditur erga deum: ⁊ eſt idem qđ latria. erga parentes: ⁊ eſt pars iuſticie ſm regulam iuris naturalis: ⁊ ſm obligationem neceſſitatis. Attenditur etiam erga proximum dei imagine inſignitū: ⁊ ſic eſt ſpiritusſancti donum. Sed nota ꝙ mi-

ſericordie virtꝰ attendit in ꝓximo ꝯformitatem in natura: ⁊ neceſſitatẽ in miſeria: pꝛeuio dictamine iuris naturalis ſm regulam pꝛudentie. Pietas vero attendit in pꝛoximo diuinam imaginẽ pꝛeuio dictamine iuris diuini ſm regulam doni ſcientie. Ex dono ergo pietatis eſt homo beniuolus cuilibet creature: dei imagine inſignite. Talis autem beniuolentia pꝛo loco ⁊ tempoꝛe exit aliquando in compaſſionis affectum: aliquando in operis beneficium. Actus ergo pietatis pꝛecipuus eſt facere hominem beniuolum reſpectu cuiuſlibet pꝛoximi inquãtum gerit imaginez creatoꝛis. ¶ De dono timoꝛis tene ꝙ eius actus generalis eſt reſilire ab arduo. Et poteſt diffiniri communiter omnis timoꝛ ſic. Timoꝛ eſt reſilitio ab aliquo arduo vel excellẽte: Si autem illud arduum eſt in genere boni: tunc eſt reſilitio cum reuerentia. Si autẽ in genere mali tunc eſt reſilitio cum fuga. Damaſcenus dicit timoꝛem eſſe expectatoꝛẽ futuri mali. Auguſtinus diffiniens timoꝛem dicit. Timoꝛ eſt fuga animi ne amittat id qꝺ habet. Timoꝛis donum tria intuetur. ſ. penã vt eam fugiat: ⁊ ſic eſt timoꝛ ſeruilis. Offenſam vt eam caueat: ⁊ ſic eſt timoꝛ initialis qui vnum habet oculum ad penam: ⁊ vnum ad offenſam. Maieſtatem ſummam: vt ei reuerenter ſubiaceat: ⁊ ſic eſt timoꝛ filialis. cui duplex reſpectus eſt vnus in refugiendo offenſam ne ſeparetur a deo. Alius eſt pꝛincipalioꝛ in reuerendo deum: ⁊ iſte ꝑmanet ĩ beatis. ¶ Diſtinguunt̃ autem ſex timoꝛis differentie ſm ꝙ a triplici pꝛincipio habet oꝛtum. Habet enim oꝛtum a natura. ⁊ ſic eſt timoꝛ naturalis. a libidine ſiue concupiſcentia. ⁊ hoc vel ex nimio amoꝛe ſui. ⁊ ſic eſt timoꝛ humanus. vel ex nimio amoꝛe ſuoꝛum. ⁊ ſic eſt timoꝛ mundanus. A gratia: ⁊ hoc vel a gratia gratis data. ⁊ ſic ẽ timoꝛ ſeruilis. vel a gratia gratum faciente ſm incohata. ⁊ ſic eſt timoꝛ initialis. aut a gratia perfecta: ⁊ ſic eſt timoꝛ filialis. ⁊ iſte dicitur amicabilis vł amicalis: quia timet voluntatum diſſenſionem. Caſtus: quia timet ſponſi complexus ſeparationem. Filialis: q: timet patris indignationẽ. Sanctus: q: timet in omnibus inquinationẽ. ¶ De ſpiritusſancti donis nota differentiã generalem. Nam quoddam donum eſt a ſpiritusſancto: ⁊ nunq̃z cum ſpiritusſancto: ſic eſt timoꝛ ſeruilis: in quo viget voluntas peccandi ſi impunitas ſperaretur. Quoddam a ſpiritusſancto: ⁊ nunq̃z ſine ſpiritusſancto: ⁊ ſic ẽ donum charitatis: ⁊ gratie gratum facientis. Quoddam eſt a ſpiritusſancto: ⁊ poteſt eſſe cum ſpiritusſancto. ⁊ ſine ſpiritusſancto: vt eſt donum ſcientie ⁊ donum pꝛophetie. ⁊ cetere gratie gratis date.

¶ De beatitudinibus: ⁊ vita actiua: cũ operibus miſericoꝛdie: ⁊ de vita contemplatiua cum oꝛatione: ⁊ de duodecim fructibꝰ ⁊ quinq̃z ſenſibus. Sectio xlvi.

Septem ſunt beatitudines quas enumerat ſaluatoꝛ in ſermone in monte. ſ. paupertas ſpiritus. mititas. luctus. eſuries iuſticie. affectꝰ miſericoꝛdie. mũdicia coꝛdis: ⁊ pax. Circa beatitudines habemus videre numerum: ſufficientiam: vite duplicis excellentiam: vſus duplicis conſequẽtiam. ¶ Sunt autem beatitudines numero ſeptem. quarum ratio ⁊ ſufficientia ſic accipitur. Beatitudines ſunt ad potentias anime perficiendas. Ad itegrã autẽ perfectionẽ tria pꝛecipua requiruntur. ſ. perfectus receſſus a malo. perfectus pꝛofectꝰ in bono. ⁊ perfectꝰ ſtatus in optimo. Malum autẽ pꝛocedit aut a timoꝛe ſuperbie: a quo elongamur ꝑ paupertatem ſpiritus: aut ex rancoꝛe malicie: a quo elongamur per mititatez. aut ex languoꝛe ꝯcupiſcẽtie. a quo elongamur per luctũ. Perfectus autẽ pꝛofectus vel ꝓceſſus in bono eſt ſm imitationem diuinam. Uniuerſe autem vie dñi ſunt miſericoꝛdia ⁊ veritas: que pꝛo iuſticia ponit̃. Deum iuſtũ per eſuriez iuſticie imitamur. deo miſericoꝛdi per affectum miſericoꝛdie confoꝛmamur. Perfectus ſtatꝰ in optimo eſt per limpidam cognitionẽ ĩ veroꝛ ⁊ ſic eſt mundicia coꝛdis ad videndum

deum.⁊ per tranquillã affectionẽ in bono:⁊ ſic eſt pax mentis ad fruendũ deo. ¶ Habitus virtutum diſponunt ad exercitium vite actiue. Habitus donoꝝ ad ocium vite contemplatiue. Habitus beatitudinũ ad perfectionem faciunt vtriuſqꝫ. De his duab⁹ vitis ſignatis per Lyã ⁊ Rachel. per Petrũ ⁊ Johannẽ. per Martham ⁊ Mariã dicit Beda. Actiua panẽ corporalẽ eſurienti vl' panem doctrine ignoranti porrigit. errantẽ corrigit ſuperbum ad humilitatem reuocat. que ſingulis expediunt diſpenſat. Contemplatiua charitatem dei ⁊ proximi retinet. ſed ab exteriori operatione quieſcit. ſoli conditoris deſiderio inheret. ⁊ calcatis omnibus curis ad videndum faciẽ creatoris inardeſcit. ⁊ deſiderat miſceri ſupernis ciuibus de eterna domini in corruptione gaudentibus. Eſt autem triplex proprietas in vtraqꝫ: ſm quas mutuo ſe excedunt. Prima proprietas actiue eſt diligentia vtilitatis ⁊ neceſſitatis publice reſpectu rõnalis. Secunda eſt charitas erga proximum cũ compaſſione reſpectu concupiſcibilis. Tertia eſt fecunditas bonorum operum in agendo cũ perfectione patientie reſpectu iraſcibilis. In his contemplatiua exceditur ab actiua. Prima proprietas contẽplatiue eſt contuitus pulcritudinis ſũme maieſtatis cum delectatione reſpectu rational'. Secunda eſt quies cum ſecuritate reſpectu iraſcibilis. Tertia eſt mundicia cordis cum bonitate reſpectu concupiſcibilis. In his cõtemplatiua excedit actiuam. Ad actiuam ꝑtinent opera miſericordie. tam corporalia qꝫ ⁊ ſpiritualia. Corporalia ſunt ſeptem hoc ꝟſiculo comprehenſa. Unde verſus. Viſito: poto: cibo: redimo: tego: colligo: cõdo. Quorum ſufficientia ſic accipit᷑. Homo eſt ſubſtantia animata. per hoc tangitur vegetabilis: que indiget reſtauratione calidi ⁊ ſicci. et hoc per cibum. ⁊ frigidi ⁊ humidi: ⁊ hoc ꝑ potum. ſenſibilis ⁊ huic eſt neceſſarium duplex operimentũ propter exteriora nociua. remotum: ⁊ hoc eſt hoſpitium: propinquũ: ⁊ hoc eſt veſtimentũ. rationalis: ⁊ hic eſt ſubſtantia libera nata habere libertatem a carcere vel ab infirmitate. ⁊ ſic eſt contra intruſionem in carcere vel in lecto viſitatio. ⁊ a ſeruitute: ⁊ contra hanc eſt redemptio. mortalis: ⁊ ſic in eſte mori: ꝓpter quã ſiue poſtquam indiget ſepultura. Spiritualia quoqꝫ ſunt ſeptem hoc verſiculo comprehenſa. Inſtrue: conſule: caſtiga: ſolare: remitte: fer ora. Quoꝝ ſufficientia ſic accipitur. Defect⁹ ſpiritualis in proximo ſi non pot eſt releuari niſi per deum: tunc adhibenda eſt oratio. Si poteſt releuari per hominem: ⁊ eſt cognitiue vt ignorantia cognoſcendoꝝ: tunc eſt inſtructio. Si eſt ignorantia agendoꝝ: tunc eſt conſilium. Si vero eſt affectiue: aut eſt culpa cõmiſſa in te: ⁊ ſic eſt remiſſio. aut in alios: ⁊ ſic eſt correctio. Si eſt pena: aut eſt releuandus verbo: ⁊ ſic eſt conſolatio. aut facto: ⁊ ſic eſt ſupportatio. Ad contemplatiuam pertinet oratio. Unde de contemplatiua videndum eſt quantum ad diffinitionem. gradum diſtinctionem: ⁊ contentam ſub ea orationem. Contemplatio ſic diffinitur. Contemplatio eſt verus certuſqꝫ intuitus de quacunqꝫ re. A Richardo ſic. Contemplatio eſt libera mentis perſpicacia in ſapientie ſpectacula cũ admiratione ſuſpenſa. Uel ſic. Contemplatio eſt perſpicax ⁊ liber animi intuitus in res perſpiciendas vſquequaqꝫ diffuſus. Bernardus ponit ſex gradus contemplationis: qui ſunt vacatio: intuitio: admiratio: dilectio: delectatio: anhelatio. Auguſtinus de quantitate anime ponit ſeptem gradus ſiue actus. Primus dicitur animatio: ſecundus ſenſus. tertius ars. quartus virtus. quintus tranquillitas. ſextus ingreſſio. ſeptimus contemplatio. De oratione videndum eſt quantum ad diffinitionẽ in generali. ⁊ quantum ad aſſignationem petitionum orationis dominice in ſpeciali. Oratio ſic deſcribit᷑ ab Auguſtino. Oratio eſt pius mentis affect⁹: in deũ directus. A Johanne damaſceno ſic. Oratio eſt aſcenſus intellectus in deũ. Idem

Oratio eſt expreſſio deſiderij directi in deū propter bonū adipiſcendum vel malum remouendū: formata per verbū interius et exterius. Et magiſtraliter ſic. Oratio eſt oſtenſio voluntatis noſtre ei a quo impetrare ſperamus id qđ deſideramus. Grego. Veraciter orare eſt in compunctione amaros gemitus et non compoſita verba reſonare. Jam deſcendendum eſt ad orationem quā dominus compoſuit. in qua ſub ſeptenario petitionum comprehendit vniuerſitas petendorū et quantum ad ea que ſpectant ad premium patrie: et quantum ad ea que ſpectant ad meritum vie. Que ſpectant ad premium patrie ſunt intelligentia veritatis ſiue aperta viſio veri. que petit ibi. ſanctificetur nomen tuum ideſt noticia tui nois perſonis ſanctis et mūdis donet. Reuerentia maieſtatis ſiue ſecura tentio ſummi ardui que reges facit et per quam habetur regnū: que petit ibi. adueniat regnum tuū. Concordia volūtatis ſiue perfecta fruitio ſummi boni: que petitur ibi. fiat volūtas tua ſicut in celo et in terra. Que ſpectant ad meritū ſiue tranſitum vie: aut reſpiciunt collationem boni: aut amotionem mali. Collatio boni petit in pane quotidiano ſiue ſuperſtantiali: in quo petit quicquid neceſſarium eſt ad conſeruationem vite preſentis: tā ſm ſpiritum q̄ ſm corpus. Amotio mali petitur in tribus ſequentibꝰ. Eſt autem malum triplex. Quoddam tenet ratione preteriti. qđdam [illegible] quoddam futuri. Siue quoddam eſt malum culpe ſiue tranſgreſſionis. quoddam eſt malum pugne ſiue tentationis. quoddam eſt malum pene ſiue tribulationis. Primum petit amoueri in dimiſſione debitorū. ſecundū in victoria tentationum. tertium in liberatione ab oppreſſione aduerſorū. Per ſectionem beatitudinū ꝯſequit duplex vſus ſcꝫ quinqꝫ ſenſuū ſpiritualium: et duodecim fructus ſpiritus. Senſus ſpiritales ſunt viſus: auditus: guſtus: odoratus: et tactus. Viſu videtur ſponſi chriſti ſumma pulcritudo ſub ratione ſplendoris. Auditu auditur chriſti ſumma armonia ſub ratione verbi. Guſtu guſtatur chriſti ſumma dulcedo ſub ratione ſapientie comprehendentis verbū et ſplēdorem. Odoratu odorat chriſti ſumma fragrantia ſub ratione verbi inſpirati in corde. Tactu aſtringitur et palpatur chriſti ſumma ſuauitas ſub ratione verbi incarnati inter homines habitantis. Fructus vero ſpiritꝰ ſunt charitas: gaudiū: pax: patientia. longanimitas: bonitas: benignitas: fides: manſuetudo: modeſtia: continentia: caſtitas. Non ſunt autem ſenſus neqꝫ fructus per ſe habitus: ſed fructus dicūt affectuales delectationes circa bonitatem ſponſi deguſtandā. Senſus autē dicūt intellectuales perceptiones circa veritatem ſponſi ꝯtemplandā. Que cōtēplatio fuit in prophetis per reuelationē quantū ad triplicem viſionem. ſ. corporalē: imaginariā ſiue ſpiritualem. et intellectualē. In alijs vero iuſtis reperitur per ſpeculationem. q̄ incipit a ſenſu et peruenit ad imaginationem. de imaginatione ad rationem. de ratione ad intellectum. de intellectu ad intelligentiam. de intelligentia ad ſapientiam ſiue noticiam exceſſiuam. et ſic aſſiſtit verꝰ ſalomoni.

☙ De ſacramentis in generali.

Sectio xlvij.

Jam videndū eſt de tertio bñficio ieſu chriſti qđ eſt ſacramentalis medicina. De ſacramentis ergo pꝰmo videamus in generali. poſtea de ſingulis in ſpeciali. In generali habemus videre de ſacramentorum inſtitutione: differentia: [illegible] ſufficientia: [illegible] ☙ Inſtitutio ſacramentorum deuini decuit et nobis expediens fuit. Decuit quidem diuinā miſericordiā nobis prouidere remedia: non ſolū que faciunt ad remiſſionem culpe: ſed etiam pene. Decuit diuinā iuſticiam que a nobis exigit aliquā humiliationē quam exhibemꝰ per ſignorū ſenſibiliū obſeruationes. Decuit diuinam ſapientiā: que in ſenſibilibus decreuit remedia inuenire. ex quibus cōtingit naturam hominis interire. Nobis expediens

ſuit. Quoniam enī eramus ceci quo ad rationalē: ideo data ſunt ſacramenta ſenſibilia ad eruditionē. quoniā eramus elati quo ad iraſcibilem: ideo data ſunt ſacramenta corporalia ad humiliationem. quoniā eramus ꝓni ad malum quo ad concupiſcibilē: ideo data ſunt ſacramenta plura ad exercitationem. Sacramentum ſic diffinit in ſententiis. Sacramentum eſt inuiſibilis gratie viſibilis forma. cuius ſimilitudinem gerit ⁊ cauſa exiſtit. Hugo de ſancto victo. ſic diffinit. Sacramentum eſt materiale elementum ſubiectū oculis: ſimilitudine repreſentans: inſtitutione ſignificans: ſignificatione gratiam cōferens.

¶ Ordinant autem ſacramenta ſic. Baptiſmus: confirmatio: euchariſtia: penitentia: extrema vnctio: ordo: ⁊ matrimonium. Quinqʒ prima reſpiciunt perſonā. Ordo ⁊ matrimoniū eccleſiā. Ordo patet ſic. Naʒ baptiſmus eſt ad vulnerum curationem. Cōfirmatio ad curationis habite conſeruationē. Euchariſtia ad habite ⁊ conſeruate ꝓmotionē. Penitentia ad curatōis perdite reparationē. Extrema vnctio ad venialiū expiationē quo ad culpā ⁊ pene debite partem remittēdam. Ordo eſt reſpectu perſonaꝝ generātiū ſpiritaliter. Matrimoniū eſt generantiū corporaliter. Et vtraqʒ generatio eſt eccleſie neceſſaria nē deficiat in grā ⁊ natura. ¶ Quattuor autem ſunt ſacramēta que poſſunt iterari vl' potius frequentari. ſ. euchariſtia: penitentia. extrema vnctio ⁊ matrimoniū. Baptiſmus aūt ⁊ cōfirmatio ⁊ ordo non iterant q: in eis tres characteres indelibiles imprimunt: quibus ſm̄ diuerſos ſtatus fidei hoīes ab hominibꝰ diſtinguunt. Nā ſm̄ ſtatū fidei genite eſt character baptiſmalis ſm̄ q̄ fideles ab infidelibꝰ diſtinguunt. Scōm ſtatū fidei roborate eſt character cōfirmatōis diſtinctiuus fortiū ab infirmis. Scōm ſtatū fidei iam multiplicate eſt character ordinis: quo clerici a laicis diſtinguunt. ¶ Sufficientia ſacramentoꝝ ſic accipit. Sacramenta ſunt medicamenta ꝯ morbū. Morbꝰ aūt eſt duplex. ſ. morbus culpe ⁊ morbus pene. Morbꝰ culpe eſt duplex. ſ. originalis culpe. contra quaʒ eſt baptiſmus. ⁊ actualis culpe: que etiaʒ geminat. Nam quedaʒ eſt culpa actualis mortalis: contra quam eſt penitētia. quedā actualis venialis: contra quam eſt extrema vnctio. Morbus pene eſt quadruplex. ſ. ignorantia contra quam eſt ordo. malicia: contra quam eſt euchariſtia. infirmitas: contra quaʒ eſt cōfirmatio: concupiſcentia: contra quaʒ eſt matrimonium. Sacramenta ſunt etiam adiumenta. quia ſunt in adiutorium ſeptem virtutum. In adiutorium fidei eſt baptiſmus. In adiutorium ſpei eſt extrema vnctio. In adiutorium charitatis euchariſtia. In auxiliū prudentie ordo. In auxilium temperantie matrimonium. In auxilium fortitudinis confirmatio. In auxilium iuſticie penitentia. Sūt quoqʒ ſacramenta armamenta eccleſie militantis: que Cantici. iiij. dicitur terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Eſt quidem terribilis: q: fortis ⁊ munita per ſacramentum confirmationis. acies q: coniuncta ⁊ vnita per ſacramentum euchariſtie. ordinata per ordinem. Ex hac acie quidam ſubtrahuntur per mortem. ad hos reſtaurandos eſt matrimonium. quidā proſternunt per culpaʒ. ad hos releuandos eſt penitentia. Hanc aciē quidaʒ ingrediunt vt prelient: ⁊ hoc per baptiſmū. quidā egrediunt vt coronentur: ⁊ hoc per extremam vnctionē. ¶ Dicit autē vnuʒ ſacramentū aliud precellere quinqʒ modis. ſ. propter ſignificationem. ſic matrimoniū precellit: quia ſignificat vnionē naturarum in chriſto. propter continentiā: ⁊ ſic excedit euchariſtia. propter efficaciam: ⁊ ſic excedit baptiſmus. propter dignitatē diſpenſatiuam: ⁊ ſic confirmatio: que a ſolis pontificibꝰ diſpenſatur. propter maiorē dignitatem ⁊ nobiliorē gradum in quo ponit. ⁊ ſic dicit ordo maior. Unde verſus. Maior in effectu baptiſmꝰ: corpus in eſſe Coniugiū ſigno. maior chriſma miniſtro Nobiliore gradu precellere dicitur ordo.

De baptiſmo. Sectio .xlviij.

NUnc de ſacramentis ſingulis eſt videndum. Et primo de baptiſmo quantum ad diffinitionem. ſignificationẽ forme expreſſionem: effectus collationem: nominis diſtinctionem. et operis completionẽ.

Baptiſmus ſecundum quod eſt nomen elementi ſignificantis et ſanctificantis virtute verbi: diffinitur ab Hugone ſic. Baptiſmus eſt aqua diluendis criminibus ſanctificata. Secundum vero quod eſt actus vel vſus elementi: diffinitur a magiſtro in ſententijs. Baptiſmus eſt intinctio corporis exterior: facta ſub forma verborum preſcripta. Secundum autem quod accipitur pro ſacramento et re ſacramenti: vt eſt character: diffinitur a Damaſceno. Baptiſmus eſt vite ſpiritualis principium. ſigillum et cuſtodia et illuminatio mentis. Et tangitur hic quadruplex conditio characteris quia enim preparat ad gratiam dei: dicitur vite ſpiritualis principium. quia [illegible] domini: dicitur ſigillum. et quia indebiliter perſeuerat: dicitur cuſtodia. quia ſpiritualiter diſponit ad fidem: dicitur illuminatio mentis. Secundum quod accipitur pro ſacramento diffinitur a Dionyſio. Baptiſmus eſt regenerationis ſacramentum: ſecundum quod prius ſubſiſtit in anima: animales ſpiritualiter formans motus: ad operationem diuinorum eloquiorum et actionum: et celeſtis quietis anagogẽ iter faciens. In hac diffinitione tangitur res ſacramenti que eſt gratia viuificans animam cum dicitur ſecundum quod prius ſubſiſtit in anima. Tangitur habilitatio potentiarum per virtutem: primo quantum ad actiuã: cum dicitur. formans animales motus. Secundo quo ad contemplatiuam cum dicitur: et celeſtis quietis anagogem.

Quantum ad ſignificationem nota: quod in baptiſmo ſicut in ceteris ſacramentis eſt aliquid quod eſt tantum ſacramentum: ſiue ſignũ ſignificans: vt elementum viſibile: aliquid eſt res tantũ ſignificata: vt gratia curans. Aliud quod eſt ſacramentum et res ſignata: vt character.

Forma quando puer immergitur exprimenda eſt hec. Ego baptizo te in nomine patris et filij et ſpiritusſancti amen. Hec forma debet exprimi ſine omiſſione vocali. ſine intermiſſione vocabuli. ſine prepoſteratione ordinis ſupradicti. et ſine commutatione nominis prenominati.

Effectus autem qui recipitur in baptiſmo ab homine humiliter accedente: eſt characteris impreſſio: gratie infuſio: et innocentie reſtitutio. celi apertio. Gratia igitur infunditur regenerans: et ratificans: et purificans ab omni culpa originali et actuali: tam mortali atque veniali. abſoluẽs nihilominus a pena eternali: et ab omni pena ſatiſfactoria temporali. Diſtinguitur autem triplex baptiſmus. ſ. flaminis: fluminis et ſanguinis. In baptiſmo flaminis qui eſt per penitentiam et ſpiritusſancti gratiam purificamur a culpa. in baptiſmo fluminis purificamur a culpa: et a ſatiſfactoria pena. In baptiſmo ſanguinis purificamur ab omni miſeria. Non ſunt autem baptiſmus flaminis et ſanguinis ſacramenta. cum in eis deficiant que conueniunt ſacramento. ſ. repreſentatio ex ſimilitudine. ſignificatio ex inſtitutione: et ſanctificatio ex verbi prolatione.

Quantum ad integritatem ſacramenti ſufficiũt verbum et elementum. Quantum ad ſolemnitatem premittuntur tanquam preparatoria catheciſmus et exorciſmus in paruulis et adultis. ita tamen quod in adultis requiritur fides propria: in paruulis ſufficit aliena. Quantum ad vtilitatem requiritur baptizantis recta intentio. et quantum ad vtilitatem baptizati fictionis depoſitio.

De confirmatione. Sectio xlix.

SEquitur videre de confirmatione quantum ad formã. quantũ ad materiã. quantũ ad diſpenſationem. quantũ ad gratie collationem: et quantum ad ſignificationem.

Forma in confirmatione ſeruanda eſt hec. Signo te ſigno crucis: et confirmo te criſmate ſalutis. In nomine patris et filij et ſpiritusſancti amen. In hac forma exprimitur duplex actus. quia in hoc ſacramento datur gratia ad robur fidei: quantum ad

confirmationem in corde. ⁊ quantum ad liberam confeſſionem in ore. Unus actus reſpicit liberā crucifixi confeſſionem quaſi ſemꝑ ferendā in fronte. alter reſpicit firmā ſtabilitatem in corde. ¶ Materia in hoc ſacramēto eſt chriſma confectum ex oleo oliuarum ⁊ balſamo. Oleum propter nitorem ſignificat fidem interiorem ex bona conſcientia. balſamum propter odorem ſignificat dignā ⁊ laudabilem confeſſionē in euidentia. ⁊ hoc ſm̄ correſpondentiā ad duplicem actum in forma expreſſum. ¶ Iſtud autem ſacramentū a ſolis epiſcopis diſpenſat᷑: qꝛ ſi alij pſumūt nihil faciunt. Quia enī tam in ɔfirmatiōe q̄z in ordine datur gratie plenitudo: propter hoc hec duo ſacramēta per eos ſolūmodo diſpēſantur qui gerunt auctoritatis plenitudinem.

¶ Gratia que confertur in confirmatiōe eſt gratia gratum faciens. Gratia autē gratū faciens dr̄ dupliciter. aut gratum faciēs de nō grato. ⁊ talis eſt gratia baptiſmalis ⁊ penitētialis: aut eſt magis gratum faciens de iā grato. ⁊ talis gratia dat᷑ in confirmatione. q̄ gratiam prius receptam ampliat ⁊ confirmat.

¶ In iſto ſacramento aliud eſt quod eſt tm̄ ſignum: vt eſt forma audibilis ⁊ materia viſibilis. aliud eſt quod eſt tantum res: vt ē gratia corroborans ⁊ confirmās. aliud eſt quod eſt res ⁊ ſignum. vt eſt character.

¶ De eucharistia. Sectio .l.

SEquitur videre de eucharistia. ⁊ hꝫ quantum ad integritatem: ſignificationem: repreſentationem: manducationem: ⁊ operationem. ¶ De integritate ⁊ neceſſitate huius ſacramenti ſunt quattuor. ſ. ordo ſacerdotalis. intentio conſecrandi: materia debita: ⁊ forma verborū preſcripta. Materia huius ſacramenti eſt panis ď frumento: ⁊ vinum de vite. Ille enim cibus inter omnes cibos ⁊ inter omnes potus eſt cōuenientior: cōmunior: efficacior: ⁊ ſanior. Ip̄ dn̄s ſe comparauit grano frumenti: ⁊ ligno. vitis. Et ideo in his duabus ſpeciebus conſec̄ ⁊ ɔficiēdū ɔſtituit. ad inuēdū qꝛ corp⁹ ſuū ſub hoc ſacramento contentū vt cibus: nō eſt cibus qualiſcūqꝫ: ſed cibus conueniens. cibus cōmunis: cibus efficax: cib⁹ ſanus. Uino miſcetur aqua: que ſignificat populū. ⁊ per coniunctionem ſui cum vino ſignificat membrorum cū capite vnitatē. Per vinū autem ſignificat᷑ vnio membrorū adinuicem. Forma ſuper panem eſt hec. Hoc eſt enim corp⁹ meum. Super vinū vero eſt hec. Hic eſt calix ſanguinis mei. Huius autem forme propoſitio eſt ſingularis. Eſt enī verbū operatiuum non operatione ſucceſſiua: ſed inſtantanea: ⁊ operatiuū nō alicui⁹ rei noue: vel non exiſtētis: ſed terminus eius eſt quod eius actu completū ⁊ non mutatū. ⁊ ad id terminatū vt eſt alterius ſignum: idest corporis chriſti myſtici: ⁊ hoc totū fit virtute verbi increati. adiuncto miniſtro circa materiam nihil agente. Quia g̃ hic ſermo ē ɔuerſiu⁹ ⁊ opatiu⁹ operatur circa ſubſtantiā panis. ideo pronomen demonſtrat ſubſtantiā panis ſub accidentibus que aſpici poſſunt oculis: ⁊ tangit᷑ id qđ cōuertit᷑ per ſubiectū ſicut in id in quod conuertitur per predicatum. Quia vero terminus operationis eſt ens actu non innouatū. debet ibi poni verbum eſſendi: non fiendi. Quia vero ſubito fit conuerſio. itā qꝛ ſimul eſt fieri ⁊ factū eſſe. ideo preſens verbū inſtātaneū non futurū ibi ponit᷑: eſt. ſ. ⁊ nō erit. Quia ꝟo operatio terminat᷑ ad corpus verum vt eſt ſignū corporis myſtici. in quo eſt diuerſitas operationū. dicit᷑ corpus ⁊ nō caro. qꝛ corpus eſt eterogeniū ⁊ non homogenium. caro vero homogenia. Quia ꝟo hec operatio fit virtute verbi increati adiuncta ⁊ vt coniuncta dr̄ meū non in perſona ſacerdotis: ſed chriſti verbi. ſ. incarnati. Qm̄ autē miniſter nihil operat᷑ circa materiam nec immutat. ideo nihil plus eſt de forma. Unde ſi miniſter nec tangat nec frangat dūmō conſecrare intendat ⁊ ꝟba dicat: confectum eſt.

¶ Quantū ad ſignificationē tene qꝛ in hoc ſacramēto eſt aliud tm̄ ſignū: vt ſpecies viſibilis panis ⁊ vini. Aliud tantū res. vt corp⁹

chriſti myſticum aliud res ⁊ ſignū: vt corp⁹ chriſti verū: quod eſt res ſignata per panem ex diuerſis granis confectū. ⁊ ſanguis ꝑ vinum ex diuerſis racemis expreſſum. ⁊ eſt ſignū corporis myſtici. Quia enim corpus pꝑeo habet eterogeneas diuerſas operationes in eccleſia ſignificat. ¶ In hoc ſacramento fit repreſentatio dn̄ice paſſionis. Unde fiūt ſignationes ſeptē vicibus ꝓpter paſſionē dn̄i tri[illegible] Prima vice fiunt tres ꝓpter trinam chriſti traditionē. ſ. a deo: iuda: ⁊ iudeis. In ſecunda vice fiunt quinqȝ propter qnqȝ perſonas que in traditione fuerunt. que fuerunt pſona traditi: pſona tradentis iude. pſone ementiū: que fuerūt tres. ſ. pontifices: ſcribe ⁊ phariſei. In tertia vice due ꝓpter duplicē ɔuerſionē duplicis elementi. ſcȝ panis ⁊ vini. In quarta vice fiunt qnqȝ ꝓpter quinqȝ plagas. In quinta vice fiunt due propter vincula quibus fuit ligatū corpus. ⁊ propter flagella quibus vſqȝ ad ſanguinē fuit flagellatū. In ſexta vice fiunt tres ꝓpter crucifixionem factam linguis iudeoꝝ: qn̄ ter clamauerunt. Crucifige. In ſeptima vice fiūt tres cruces de corpore ſuper calicē propter tres cruciatus. ſ. ꝓpaſſionis. paſſiōis. ⁊ compaſſionis: ⁊ due altere ꝓpter aquam ⁊ ſanguinē qui de chriſti latere profluxerūt. ¶ Duo autem ſunt modi manducandi illud ſacramentum. ſ. ſacramentalis ⁊ ſpūalis. quoꝝ diſtinctio oritur a triplici principio. Primo a diſpoſitione ſumentiū. Quidam enim accedūt male diſpoſiti: ⁊ hi manducant ſacramentaliter. Quidam bene: ⁊ hi ſpūaliter ⁊ ſacramētaliter. Secundo a modo ſumendi. Quidaȝ enim ſumunt ore carnis: ⁊ hi ſacramentaliter. Quidam ore cordis: ⁊ hi ſpiritualiter. Unde duplex os duplex manducatio. Tertio a duplici re huius ſacramenti. Due quippe ſunt eſſentie huius ſacramenti. ſcilicet corpus chriſti verum. ⁊ gratia in corpore myſtico: faciens vnionem. quaꝝ vna ſine altera ſumi poteſt. Manducare autem ſacramentaliter eſt manducare ſacramentum vt ſacramentū. Ad quod quattuor requiruntur. cibi exiſtentia eius ad cibatum naturalis conuenientia. vt ſcȝ ſumatur ab homine non a iumēte intentionis: ⁊ illius intentionis regulatio per fidem. Spūalis manducatio habet duo. ſcilicet ſuo modo maſticationem que ɔſiſtit in recogitatione cibi: ſcȝ carnis chriſti pro nobis expoſite in preciū redemptiōis: ⁊ cibum refectionis. Habet etiā incorporatōem que conſurgit ex tali recogitatōe. dū recogitans ardore afficitur charitatis: ⁊ ei de quo recogitat iungitur: ⁊ ſic incorpat: ⁊ dū incorpatur reficit: ⁊ magis aſſimilatur. ¶ Spiritualis autem operatio ſiue efficacia huius ſacramenti eſt vnire nō de nouo: ſed iam vnitos per grām magis vnire. Digne enim accedentem reddit feruentis: ē: vt carbo ignitus: ⁊ fortis: ē: vt bonus cibus. Et vt iſtam efficaciā habeat in ſumente. Primo oportet ipm̄ ſumentem cibum iſtū ab alijs diſcernere per fidē. Secundo hoſpitiū preparare pſm̄ ꝓbatōem. Tertio in hoſpitiū paratū recipe cū honore ⁊ deuotione. Et talis dicitur digne accedere.

¶ Nota de hoſtie fractōe ⁊ ſuo. Hoſtia diuiditur in partes: tincta beatos. Plene ſicca notat viuos: ſeruata ſepultos. Fractio ē paſſio. partes fracte tres iuſtorum differentie. Quidā regnant in celo. hi per tinctā. Quidam ſecuri expectant in ſepulcris. hi per eā que anrigtus ſuabat. Quidā pugnāt ī mūdo. hi ꝑ ſiccam ptē hoſtie figurant. fractio host

¶ De penitētia. Sectio li.

Sequit de penitentia videre q̄ȝtum ad diuerſam diſtitutōem: diuerſam noīatōem: integratōem: iuſtificationem: ⁊ ſignificatōem. ¶ Pnia q̄ȝtuȝ ad actum principalē ſic diffinit. Pnia eſt prima ꝑtus primos vetere hoiem. Ambro. Pnia eſt dolor ⁊ amaritudo aie ꝓ peccatis q̄ q̄ſqȝ cōmiſit. Aug⁹. Pnia eſt quedā dolētis vindicta: ſemꝑ puniens ī ſe quod dolet ɔmiſiſſe. ¶ Item diffinit quantū ad actum annexū. ſic ab Ambroſ. Penitentia eſt pterita mala plāgere: ⁊ plāgenda iterū nō ɔmittere. Gre

go. Penitentia eſt ante acta mala deflere: ⁊
flenda nō cōmittere. ¶ Item ſic. Penitētia
eſt virtus vel gratia qua cōmiſſa mala cum
emendatōis ꝓpoſito plangimus ⁊ odimus.
⁊ plangenda vlterius cōmittere nolumus.
Diffinit etiā quantū ad effectū Damaſ. ſic.
Penitentia eſt ab eo qđ eſt preter naturā in
id qđ eſt ſm naturā conuerſio. ¶ Item ſup
Mat. iij. Pniam agite. Pnia eſt correctio
male mētis Aug⁹ in lib. o.v. reſponſionū.
Pnia eſt quedā res optima ⁊ pfectiores d
fectus reuocans ad pfectū. ¶ Penitētia di
uerſis vocabulis nōiat ſm q diuerſa cō
tra peccati maculā operat. Expellit enī pec
cati actualis maculā: que aīam deformat. po
tentiam ad malū inclinat ſiue debabilitat: na
turam vulnerat: actu libere voluntatis com
mittitur: cum delectatōe ⁊ libidine ppetrat.
¶ Delere antē culpā vt deformantē: eſt grē
reformantis. vt debabilitantē eſt virtutis ha
bilitantis. vt vulnerantē eſt ſacramenti curā
tis. vt actu voluntatis cōmiſſam per actum
ſimiliter voluntatis. vt cū delectatione ⁊ libi
dine perpetratā cum paſſione contraria. Jdō
penitentia recte dicit gratia: virtus ſacramē
tū: actus ⁊ paſſio. ¶ Partes penitentie ite
grantes ſiue integrales ſunt: cordis ɔtritio:
oris cōfeſſio: ⁊ operis ſatiſfactio. Cordis cō
tritio eſt dolor voluntarie pro peccatis aſſum
ptus. Oris confeſſio debito modo facta de
bet habere. xvi. conditiones. his verſib⁹ cō
prehenſas. Sit ſimplex humilis: ɔfeſſio pu
ra fidelis. Sitq; frequens nuda diſcreta li
bens verecunda. Integra ſecreta lachryma
bilis accelerata. Fortis ⁊ accuſans: ⁊ ſit pare
re parata. In quattuor caſib⁹ ſm magiſtros
eſt confeſſio iteranda. Duo ſunt ex parte ſa
cerdotis. quorum primus eſt ꝓpter enormi
tatem ſceleris. ob quā eſt confitens ad ſupe
riorē remittendus: ab eo ſi voluerit iterum
audiendus. Scđs eſt ꝓpter ignorantiam ſa
cerdotis. q: tunc eſt querendus peritus ſciens
ſoluere ⁊ ligare. cui ſunt iterū peccata detegē
da. Duo vero ſunt ex parte confitentis.

Quorū primus eſt ꝓpter maliciā fictionis.
vt ſi acceſſit cū voluntate peccandi. vel aliqd
peccatum ſcienter in conſcientia reſeruauit.
Secundus eſt propter contemptū ſatiſfactio
nis. vt qñ ſatiſfacere negligit ⁊ contemnit.
In duobus vltimis caſibus ſi vadit ad aliū
ſacerdotē vel eundē interiectu temporis iā
oblitū: debet homo mala ſua iterum cōfite
ri. Et ſic ex parte ſacerdotis eſt duplex defe
ctus: ſcilicet quia nō poteſt abſoluere: vel q
neſcit. Ex parte etiā confitentis eſt duplex de
fectus. ſcilicet quia contemnit ſacerdotis ab
ſolutionem: aut ligationem. Sunt alij duo ca
ſus de quibus eſt controuerſia inter docto
res. vnus eſt de peccati alicuius obliuione.
alius de recidiuatione. Sed poteſt dici q in
his duobus caſibus iterum oīa peccata con
fiteri ſit conſilium nō preceptū. Quinq; au
tem ſunt caſus in quibus eſt cōfitens ad epi
ſcopum mittēdus. vel ſuper eo epiſcopus cō
ſulendus. Primus eſt de penitentia ſolēni q
ab ipſo debet imponi: ⁊ per eū penitens re
conciliari. Secundus eſt de excōmunicatio
quos non poteſt ſacerdos aliquando abſol
uere. Tertius eſt cum inuenerit ſacerdotem
in irregularitate contracta: ꝓpter quā debet
ad epiſcopum mittere confitentē. qui ſi pōt
eū abſoluat: vel cū litteris ſuis ad papā mit
tat. Quartus eſt de incendiarijs. Quintus
eſt ſi ſit conſuetudo in aliquo epiſcopatu q
certa crimina ad epm̄ mittant: vt homicidiū
⁊ ſacrilegium. ⁊ iſte caſus nō eſt generalis.
Satiſfacere vt dicit Auguſtinus: eſt peccato
rum cauſas excludere: ⁊ eorū ſuggeſtionibus
aditum nō indulgere. Anſelmus vero dicit.
Satiſfacere eſt debitū deo reddere. Partes
autem ſatiſfactionis tres cōmuniter aſſignā
tur. ſcilicet ieiunium: elemoſyna: ⁊ oratio. Je
iunium eſt contra carnis concupiſcentiam.
Elemoſyna contra cupiditatem oculorum.
Oratio eſt contra ſupbiā vite. Jtē ieiunium
ordinat nos ad noſipos. Elemoſyna ad pri
mos. Oratio vero ad deum. Item per ora
tionē recōciliamur deo. cui ſm Auguſtinū

per ieiuniū ⁊ elemoſynā facimus dnas alas. ¶ Quattuor autem ad iuſtificationē impij requiruntur. duo ex parte dei. ſc3 gratie infuſio: ⁊ culpe expulſio. Et duo ex parte impij. ſcilicet motus liberi arbitrij conſonans gratie aduenienti. ⁊ cordis contritio concordās gratie culpam expellenti. Hec autem quattuor precedit attritio. ſ. ad iuſtificationem ꝑparatio. que eſt motus fidei ⁊ doloris: q̄ʒuis lōgo tempore ſemiplenus. Tanguntur autem hec quattuor ſupradicta in illo verſu pſal. Cōmouiſti terram ⁊ conturbaſti eam. ſana contritiones eius quia ꝯmota eſt. Gr̄a quippe adueniens in aīam cōmouet rationē3 ſm q̄ eſt poteſtas vel potentia liberi arbitrij. et conturbat voluntatem per contritionem. et poſtmodum ſanat per peccati expulſionem. ⁊ hoꝝ reddit duplex ratio. ſ. ꝯmotio rōnis. ⁊ conturbatio mentis que ꝓceſſit. vñ ſubditur. q2 cōmota eſt. Unde ꝯmotio dicit a con qḋ eſt ſimul. q2 tunc omnes vires ſup ſe pungunt ⁊ mouent ad bonum. ¶ In ſacramento penitentie eſt aliqḋ qḋ eſt tm̄ ſignū: vt exterior pnīa ſm inſtitutionem eccleſie. in qua eſt ſacerdotis abſolutio tanq̄ʒ formale. ⁊ confitentis humiliatio ſiue quantū ad actum cōtritionis: ſiue quantū ad verbū accuſationis ſiue quantum ad penā ſatiſfactionis tanq̄ʒ materiale. Aliud quod eſt tm̄ res. vt peccati remiſſio perfecta. Aliud quod eſt res ⁊ ſignum. vt penitudo interior.

¶ De vnctōe extrema. Sectio lij.

Equitur de vnctōe extrema. Circa quam ſeptē breuit ſunt videnda. ſc3 que materia. que forma: q̄s diſpenſator. q̄s ſuſceptor: que efficacia. q̄ ad confirmationē differentia. ⁊ que ſignificationis cōuenientia. ¶ Materia huius ſacramēti eſt oleū ſimplex ſed ꝯſecratum ab epo. Forma vero eſt vocalis expreſſio orōnum in ordinarijs ꝯtentaꝝ. ¶ Huius ſacramenti diſpēſatio ſacerdotibus cōpetit ex officio: ⁊ hoc cōfirmat auctoritas ⁊ ratio. Auctoritas. Jacobi vlti. Qui infirmātur inducat p̄byteros. Ratio etiam hoc ꝯfirmat: q2 cū materia huius ſacramēti ſit oleū ab epo ꝯſecratū: conſecratis debet manibus contrectari. Et ſic cū ſit medicina ꝑiclitantiū: nō ad ſolos epos ptinet. Oleum autem ꝯſecratū: non ad aliquos laicos ſe extendit. ¶ Debent aūt illud ſacramentū ſuſcipe ſoli infirmi: rōne vtentes. qui ſcilicet potuerūt peccare venialiter vel etiā peccauerūt. ⁊ hoc in mortis articulo exiſtentes. Et ſic patet q̄ nec infantibus nec naturaliter ſtultis debet extrema vnctio diſpenſari. nec intrantibus iuſtū bellū. q2 ſacramenta eccleſie non ſequuntur fortunam: ſed reſpiciūt naturam. nec. etiā per ſententiā condēnatis. q2 tales quantūcunq3 dānati in eccleſie facie ſunt infames. Nec mediocriter infirmātibꝰ. q2 adhuc poſſunt venialia iterare. ¶ Eſt autem hm̄oi ſacramentū tā finaliter q̄ʒ efficaciter contra venialia ordinatū. ⁊ quantū ad remiſſionē culpe: ⁊ quantū ad dimiſſionem patris pene. Ualet etiā conſequenter ad recuperandā corꝑis ſanitatem: ſi expediat infirmanti. Et q2 venialia efficaciter tunc curant quando ſic delent. q2 nō amplius iterantur. tunc debet adhiberi iſta medicina qn̄ deſperat de infirmantis vita. Si tn̄ ꝯtingat eum reſtitui ſanitati: poteſt ⁊ debet ꝑpter venialia iterata medicina venialiū iterari. Et quia venialia peccata ꝑ organa ſenſuū maxime cōtrahunt: ideo ꝑ eis tribus potētijs ſeruiētes inungunt. Eſt enim triplex potentia ſm quā anima regit corpus: ⁊ etiā ꝯtrahūt iuſtū mores. ſ. ſenſitiua: generatiua: ⁊ progreſſiua. Sēſitiue deſeruiūt os: oculi: nares: aures: ⁊ manus. generatiue lumbi. progreſſiue pedes. Et ſm hoc eſt infirmus in ſeptē corꝑis partibus inungendus. ſ. in labijs: in oculis. ī manibus: in auribus: in naribus: in lūbis. ⁊ i pedibus. ¶ Ex predictis colligitur q̄ inter hʼ ſacramentum ⁊ ſacramentū ꝯfirmatōnis eſt differentia ſeptiformis. ſ. in efficacia. in materia: in forma: in ſuſcipiente: in dāte. in loco: ⁊ in tpe. Nota tn̄ q̄ vnctio que fit in criſmate dicit vnctio principalis quadruplici ratiōe

ſcilicet rõne loci: q: fit in fronte. rõne miniſtri: q: ab epo. rõne elemẽti. q: de oleo mixto cũ balſamo. rõne effectus ꝓpter abundantiam grẽ: q: ibi dat̃ paclytus in magna abũdãtia. Iuxta h̃ nota ꝙ chriſmate iungunt̃ baptizati in v̾tice: ꝯfirmãdi in fronte. põtifices in capite. reges vt dicit̃ in ſcapul̃. ¶ In ſacro extreme vnctõis ſm exigẽtiã ſacramentalis ſignificatõis eſt aliqd qd̃ eſt tm̃ ſignũ: vt exterior vnctio. Aliud quod eſt tm̃ res: vt venialis morbi curatio. Aliud qd̃ eſt res et ſignum vt ipſa deuotõis excitatio in aĩa. que non eſt aliud niſi quedã ſpiritalis vnctio.

¶ De ordine. Lectio liij.

O Equit̃ videre de ſacro ordis q̃ntũ ad ꝑparatõem ꝯſignatõis. q̃ntum ad ordinis diffinitõem. quantũ ad characteris impſſionẽ. q̃ntum ad debitã diſpenſatõem. quantũ ad rectã ſuſceptõez. q̃ntũ ad ſignificatõem: et quantũ ad ſtatus ꝯſũmatõem. ¶ Qui ſunt ad ordines eccleſiaſticos aſſumẽdi: primo aſſignant̃ ſignaculo diuino diſtinctiuo et inſtructiuo. Nã tondent̃ in capite qd̃ eſt mẽbꝝ p̃ ceteris nobile. et q: tõſura tã ſuperius q̃z inferius facta formã habet corone que eſt ſignũ dignitatis regie: innuit̃ ꝙ qui taliter ab alijs diſtinguunt̃ ad officiuz nobile. ſ. ad regale ſacerdotiũ aſſumuntur. Non tm̃ autem tale ſignũ eſt ſignũ diſtinctionis: ſed etiam inſtructionis. In tali enim tõſura eſt ſupfluitatis amotio. in quo inſtruunt̃ [illegible] terrenoꝝ. Eſt etiã [illegible] capitis denudatio. in quo inſtruuntur quid amandum: q: felicitas ſupnorum. Eſt figure orbicularis impreſſio. in quo inſtruuntur quid ꝯſeruandum eſt. q: figura orbicularis eſt ſimpliciſſima: capaciſſima et pulcerrima: ad innuendum ꝙ talit̃ coronati debent ſimplificari in intentõe. amplificari in dilectione: pulcrificari in caſtificatione. ¶ Ordo ſic diffinitur. Ordo eſt ſignaculum in quo ſpiritalis ptãs tradit̃ ordinato. Cũ enim ſeptẽ ſunt ordines. ſ. ordo ianitoꝝ. lectorum: exorciſtaꝝ: acholytorũ: ſubdiaconorum. diaconoꝝ et ſacerdotũ. In ordine ſacerdotali dat̃ poteſtas conficiẽdi corpus xp̃i verũ: et abſoluendi corpus chriſti myſticum. et hic ordo tanq̃z nobiliſſimus debet habere alios ſibi adminiſtrãtes: reſpectu duplicis poteſtatis. In conficiẽdo corpus chriſti veꝝ ſibi ſeruiunt ſubdiaconi et diaconi. Ita ꝙ poteſtas et officium ſubdiaconi eſt in accipiẽdo hoſtias a plebe. Ptãs et officiũ diaconi eſt eaſdem a ſubdiacono ſuſceptas ſacerdoti offerre. In abſoluendo aũt corpus chriſti myſticum quattuor minores ſubſeruiunt ſacerdoti. Ita ꝙ poteſtas et officiũ ianitorũ eſt ad locũ ſacrũ admittere. Lectoꝝ eſt documentum prebere. Exorciſtaꝝ eſt auxiliũ preſtare. Acholytoꝝ eſt exempla mõſtrare. Hoc officio ſeptiformi dñs vſus fuit. Fuit nanq̃z hoſtiarius qñ facto flagello eiecit negociantes de templo. Fuit lector qñ legit in ſynagoga aſſumpto libro. Lu. iiij. Fuit exorciſta quando ſaliua ſua tetigit linguam ſurdi et muti. Matth. vij. Oſtendit ſe acholytũ quando Iohã. viij. dicit̃. Ego ſum lux mundi. Fuit ſubdiaconus quãdo lauit pedes diſcipuloꝝ. et linteo ſe precinxit. Iohã. xiij. Fuit diacon⁹ qñ poſt cenã corpus et ſanguinẽ ſuum diſcipulis diſpenſauit. Fuit ſacerdos dum ſeipm̃ in ara crucis obtulit idem ſacerdos et hoſtia. Et etiam quando in cena panem in corpus et viuũ in ſanguinem ꝯmutauit. ¶ Character cum ſignaculũ [illegible] imprimitur i quolibet ordine: nõ idem ſed diuerſus. ordine ꝯgruus: nõ neceſſario. cũ vnus poſſit recipi q̃z uis indebite alio pretermiſſo: ita ꝙ cũ premiſſum fuerit gradatim ad ordinem ſacerdotis in quo eſt ſtatus: q̃uis ſeptem ſint gradus. vnus eſt tm̃ ordinis ſacramentũ. ſicut vnã dicimus epl̃am: q̃uis habeat multas partes. In quolibet autem ordine character imprimitur in eo ſigno quo maiorẽ habet ſilitudinem ad ſignatum. et in quo principalis ptãs quam ordo reſpicit ſignificatur tradi ordinato. ad quã ſignificandũ duo concurrunt exte

ſius.ſcʒ traditio alicuius inſtrumenti:⁊ expſ
ſio vocalis verbi:vt in ſigno viſibili ſimul
⁊ audibili ſignificetur dari.⁊ hec duo ſunt
eſſentialia ⁊ intrinſeca ordinis ſacramento.
¶ Debet aũt diſpenſari hoc ſacramentum
cum magna diſcretõne ⁊ ſolẽnitate.ac ꝑ hoc
non a quolibet.nec cuilibet:nec in quolibet
loco.nec quolibet tempore.ſed ſub debitis ſi
gnis:tam ex parte viſus q̃ʒ ex parte audi⁹.
vt dictũ eſt ſolẽnitate nihilominus obſerua
ta quantũ ad tẽpus ⁊ locũ:officiũ ⁊ ꝑſonaʒ.
¶ Requiritur aũt multiplex conditio.vt di
gne ⁊ debite ſuſcipiat̃ ordinis ſacramentuʒ.
ſcilicet ex parte originis:vt nõ ſit filius ſacer
dotis vel ſpurius:vel etiã ſolẽniter penitẽs.
A corporis parte:vt nõ ſit corꝑe viciatus:de
moniacus.epilenticus.A parte actionis:vt
nõ ſit homicida:vel aliter enormis peccator
A parte conditõis:vt nõ ſit ſeruus.A parte
conuerſatõis:vt non ſit curialis.A parte cõ
iugationis:vt non ſit bigamus.A parte ſex⁹
vt non ſit mulier que nõ poteſt ordinari nec
de iure nec de facto.A parte ſenſus:vt non
ſit infantulus:in quo nondum viget iudiciũ
rõnis.¶ In hoc ſacramento eſt aliud quod
eſt tantum ſignum:vt exterior operatio i tra
ditione alicuius inſtrumenti.⁊ expreſſione v
bi.Aliud quod eſt tantum res:vt ſpiritualis
poteſtatis collatio.Aliud q̃d eſt res ⁊ ſignũ.
vt interior characteris impreſſio.Collige ex
predictis ꝙ ſeptem ſunt ordines ⁊ non plu
res.quattuor ſunt minores qui dicuntur non
ſacri.quia poſt eorum ſuſceptionem poteſt
clericus cõiugari.Tres maiores.ſcilicet ſub
diaconatus:diaconatus:⁊ preſbyteratus.in
quo eſt ſtatus ordinum.hi dicũtur ſacri:quia
poſt eorum ſuſceptionem non licet ordinatis
carnali operi deſeruire:cum ſint totaliter di
uino cultui dedicati.Et ſic patet ꝙ pſalmiſta
tus non eſt ordo:ſed officium annexum ordi
ni.Nec epiſcopatus eſt ordo ſed dignitatis
nomen ⁊ officij.Colligas in vnum nomina
tam ordinum q̃ʒ officiorum:⁊ dignitatũ:vt
deuenias ad vnum hierarchiam eccleſiaſti
ce hierarchie.⁊ ſic procede.pſalmiſta:hoſti
arius:lector:exorciſta:acholytus:ſubdiaco
nus:diaconus:preſbyter.archipreſbyter:
epiſcopus:archiepiſcopus:patriarcha.pon
tifex ſummus.

¶ De matrimonio. Sectio liiij.

Sequitur videre de ſacramento mri
monij quantũ ad diffinitionẽ.q̃tuʒ
ad inſtitutionem.quantũ ad cõtra
ctionem.quantũ ad diuiſionem.quantuʒ ad
ſignificationem.quantũ ad bonũ ꝓueniens.
⁊ quantũ ad impedimentũ ꝓhibens.¶ Ma
trimoniũ diffinit̃ ſic.Matrimoniũ eſt viri
mulieriſqʒ coniunctio maritalis inter legiti
mas perſonas:indiuiduã vite conſuetudinẽ
retinens.Eſt aũt inſtitutũ matrimoniũ a deo
in officium.in remedium:⁊ in ſacramentum
vel ſignũ.In officium inquã ꝓcreande pro
lis etiã in ſtatu nature inſtitute.In remediuʒ
contra impulſum libidinis in ſtatu nature la
pſe.In ſacramentum ſiue ſignũ inſolubilis
coniunctionis naturarũ in chriſto.diuine ſcʒ
⁊ humane.¶ Circa cõtractionem matrimo
nij nota ꝙ per ſponſalia de futuro initiatur.
ꝑ mutuũ conſenſum inter legitimas ꝑſonas
per verba de preſenti expſſum ratificatur.ꝑ
carnalem copulã ſubſequentẽ cõſummatur.
Circa ſponſalia nota ꝙ ante ſeptẽniũ cõtra
cta de iure non valent.poſt ſeptenniũ vero
tenent.Et hec quattuor modis contrahunt̃.
ſcʒ ſimplici ꝓmiſſione.fidei datõne.ſiue iu
ramenti interpoſitione.datis arris ſponſali
cis ⁊ anuli ſubarratione.Sic aũt contracta
octo modis ſoluuntur.Primus eſt voto ſo
lẽni ſuperueniente.vt ſi alter ſponſorum intret
religionem.Scd̃us eſt ſuperueniẽte matrimo
nio.vt ſi cũ alia cõtrahat de preſenti.Tertius
eſt ſupueniẽte affinitate.vt ſi cognoſcat aliam
cõſanguineã ſponſe ſue.⁊ hoc poſſit fama vel
facto ꝓbari.Quartus eſt incurrabili infir
mitate ſupreniẽte.puta lepre:vel mutilatõne
alicuius mẽbri.Quintus eſt altero ſe abſen
tante.vt cũ vadit in regionẽ longinquã ſine
licentia alterius.Sextus eſt alter o fornicãte.

Septimus eſt vtroqꝫ volente.ſcilicet cũ ambo conſentiũt:ꝛ mutuo ſe abſoluũt. Octauꝰ eſt minore petente.vt qñ contracta ſunt ſponſalia inter duos.quoꝝ vnus eſt in etate debita.alter non. Duobus primis modis ſoluũƚ ſponſalia ipſo facto. Conſequentibus vero ꝑ iudiciũ eccleſie. Duplex eſt aũt effectꝰ ſpõſaliũ contractoꝝ. Unus eſt obligatio ꝓpter ꝓmiſſionẽ. vñ tales cõpellendi ſunt ad mrimoniũ contrahendũ niſi timeaƚ vxoricidiũ. vel interueniat aliqs caſuũ predictoꝝ. Alius effectus eſt publice honeſtatis iuſticia.que ẽ ꝙ nullus conſanguineoꝝ ſponſi poteſt ꝯhere cũ ſponſa.vel econuerſo. ¶ Coniũcti matrimonialiter ꝑ eccleſiã tripliciƚ ſepãtur. aut ſimpliciter quantũ ad vinculũ.cũ oſtenditur ꝓpter impedimentũ legitimũ nõ fuiſſe cõiugium inter eos.aut ſepanƚ ad tempus ad penitentiã faciendã.vt qñ ꝯtra interdictũ eccleſie ꝯtraxerũt.aut ſepanƚ ſimpliciter quantuꝫ ad thorũ in penã: ꝓpter aliqḋ crimẽ ꝯ ſubſtãtiã matrimonij ꝑpetratũ.vt qñ alter coniugum fornicaƚ: tũc ſi petat innocens cum probatione adulterij: abſoluiƚ ꝑ eccleſiam a mutua cohabitatione vxoris ꝛ debiti redditõe. Sunt aũt ſeptem caſus in quibus põt adultera excipere contra petentẽ diuorciũ. Primus eſt ſi fornicari ꝯuinciƚ. Scḋs eſt ſi eam ꝓſtituat. Tertius cũ credebat virũ in bello eſſe defunctũ ꝛ nupſit alteri. Quartus ſi cognita eſt ab altero latẽter quẽ credebat eſſe virũ ſuũ. Quintus eſt ſi fuit vi oppſſa. Sextus eſt qñ poſt adulteriũ recõciliauit eam ſibi: ꝛ petijt debitũ. Septimus eſt rarior caſus. vt ſi infidelis repudiauit vxorẽ: ꝛ illa nubet alteri. ſi veniat ad fidem debet eam recipere non obſtãte ꝙ fuit fornicata. ¶ Jn matrimonio ratificato eſt aliqḋ qḋ eſt tm̃ ſignũ. vt conſenſus exterior ꝑ verba.aut nutus expreſſus. Aliud qḋ eſt tm̃ res. vt vnio dei et anime.per gratiã.que tñ eſt ſepabilis ꝑ peccati mortalis tranſgreſſionẽ.ſicut illud matrimoniũ eſt ſepabile ꝑ ingreſſum in religionem. Aliud qḋ eſt res ꝛ ſignum.vt conſenſus interior animoꝝ. Jn matrimonio ꝯſummato eſt tm̃ ſignũ conſenſus exterior. tm̃ res vnio naturarum inſepabilis in chriſto. res ꝛ ſignum ꝯſenſus mutuus animoꝝ. ¶ Tria ſunt bona ꝯiugij.ſ.bonũ fidei. bonũ ꝓlis. bonum ſacramenti. Fides eſt ꝙ ſuam cognoſcat ꝛ nõ aliã: ꝛ hoc eſt bonũ moris cadens in genere honeſti. Bonũ ꝓlis cadit in genere ꝯferentis.ꝯfert enim ꝓles ad ſpeciei ꝯſeruatõem: ꝛ ad numeri ꝑfectõem. Bonũ ſacramenti cadit in genere delectabilis. Tanta eſt enim ibi vnio: vt ꝓpter vxorẽ relinquat hõ patrem ꝛ matrẽ. Et ſic patet ꝙ tria ſunt in electione ſm phm.ſ.honeſtũ: conferẽs ꝛ delectabile. Jn hoc triplici genere ſunt bona coniugij diſtributa. ꝛ ſunt hec bona numero tria.q: ad hoc ꝙ matrimoniũ ſit completum tria potiſſime requiruntur.ſ.inſtitutio: vſus ꝛ fructꝰ. Ratione inſtitutionis eſt bonũ ſacramẽti.ratione vſus debiti eſt bonũ fidei. rõne fructꝰ ꝯferentis eſt bonũ prolis.

## ¶ De impedimẽtis matrimonij ĩ generali. Sectio lv.

c Jrca impedimenta matrimonij: q frequenter occurrunt: eſt ſpecialiƚ inſiſtendũ. De quibus eſt tenendũ: ꝙ quedã ſunt que impediũt ex ꝯgruitate.ſicut eccleſie interdictũ: ꝛ feriarũ tempus. Et iſta dicuntur impedire contrahendũ: ſed nõ dirimere iam ꝯtractũ. Quedã impediũt de neceſſitate.q: nõ ſtãt cum eis matrimonij ſacramentũ. Unde ſic impediũt matrimoniuꝫ contrahendũ: ꝙ etiam dirimunt iam cõtractum. Hec autem ſunt numero.xij. que verſibus iſtis continenƚ. Error conditio: votum cognatio: crimen. Cultus diſparitas: vis: ordo: ligamen: honeſtas. Si ſis affinis: ſi forte coire nequibis. Hec ſocianda vetant cõnubia: iuncta retractant. Tria ſunt ex parte cauſe efficientis: que eſt ꝯſenſus: ad quem concurrit ratio ꝛ voluntas. Contra actũ rõnis eſt error: contra actũ voluntatis eſt vis ſiue violentia. Contra actũ vtriuſqꝫ eſt conditio ſeruitutis: que impedit partim ꝓpter defectũ

libertatis.partim ꝓpter errorē.Tria ex par
te cauſe materialis.Nā matrimoniū eſt con
iunctio volūtarie introducta inter perſonas
antea nō coniunctas.Unde coniuncti in ꝓxi
mitate ad matrimoniū ſunt inepti.Coniun-
guntur aūt quidam coſanguinitate:quidam
affinitate:quidā publice iuſticie honeſtate.q̄
ꝯtrahit ex ſpōſalibus p verba de preſenti.
Et ſic ſunt tria impedimenta.ſcilicet cogna-
tio.affinitas:⁊ honeſtas.Tria ſunt ex parte
cauſe formalis.q: matrimoniū eſt vinculum
in quo eſt mutua poteſtas viri ⁊ vxoris.Hec
autem poteſtas impeditur quando alter tra-
dit poteſtatem corporis ſui alij:adhuc viuen
te proprio.⁊ ſic eſt ligamen.aut q: dedicauit
ſe deo:⁊ ſic eſt ordo.aut q: mancipauit ſe dō
⁊ prelato:⁊ ſic eſt votū.Tria aūt vltima ſunt
ex parte cauſe finalis.Nam matrimonium
eſt ad procreandam ꝓlem ad cultū dei.vel
ſaltem in remedium tempeſtatis.Contra ra
tionem generandi vel remedij eſt impotētia
coeundi.Contra cultū dei qui eſt in fide:eſt
cultus diſparitas.Contra cultū dei qui eſt in
moribus:eſt criminis enormitas.¶ Circa
impedimentū qđ ꝓuenit ex errore attenden
dum eſt:q: error poteſt eſſe circa perſonam:
⁊ circa ꝓprietates ꝑſone.Error circa ꝑſonā
conſenſum tollit ⁊ matrimonium impedit.vt
ſi credit conſentire in mariā de qua cogitat
ſenſu interiori:conſentit in margaretā que of
fertur ſenſui exteriori.Si autem ſit error cir
ca ꝓprietates perſone:nō propter hoc matri
moniū impeditur.vt ſi credat accipe diuitē ⁊
nobilē:quā poſtea deprehēdit ignobilem et
pauperē.De ꝓprietatibus aūt perſone exci
pitur cōditio ſeruitutis:que impedit matrimo
niū contrahendū:⁊ dirimit iam ꝯtractū.Cir
ca quod nota q: triplex poteſt eſſe error con
ditionis.ſ.paris:vt cū ſeruus credit accipere
liberā ⁊ accipit ancillā:talis error non impe
dit.Aut cōditionis melioris.vt cum.ſ.credit
accipere ancillā ⁊ accipit liberam.nec iſte er
ror impedit.Aut conditionis deterioris.vt
cum credit accipe liberā cum ſit liber:⁊ acci
pit ancillam.talis impedit ꝯtrahendū:⁊ di-
rimit iam ꝯtractū.niſi velit in eam libere cō
ſentire.¶ Circa votū nota diffinitionē Hu
gonis.Votū eſt teſtificatio promiſſionis ſa-
cte ſpontanee:que deo ⁊ de his que deo ꝑ-
tinent fieri debet.Item aliter diffinitur.Vo
tum eſt melioris boni ꝯceptio:cū deliberatō
ne firmata.Eſt aūt duplex votū.ſ.ſimplex ⁊
ſolēne.Simplex ē in quo nō eſt in prelatum
tranſlata poteſtas.impedit ꝯtrahendū ſꝫ nō
dirimit iam ꝯtractū.Solēne votū eſt qđ ſo-
lēnizatur ordinis ſacri ſuſceptione.ꝓfeſſionis
emiſſione.habitus ꝓfeſſoꝝ aſſumptiōe:cum
alijs que oſtendunt hoiem ꝓfeſſum:impedit
ꝯtrahendū ⁊ dirimit iam ꝯtractum.Circa crimen
nota q: in ſeptē generibus criminū denegatur
ꝯnubiū.Primū eſt adulterium cū occiſiōe
mulieris ſeu vxoris.ſ.fidei datione de ducē
da vxore adultera ꝓpria defuncta.vel cū cō
tractione de facto.Scđm eſt inceſtus.Ter-
tiū eſt raptus ſponſe alterius.Quartū eſt de
eo qui inſidias matrimonio filiū ſuū d̄ ſacro
fonte leuauit.Quintū eſt de eo qui occidit
preſbiterū.Sextū ē de eo q̄ occidit ꝓpriā vxo
rem ſiue perſequendo culpā adulterij.ſiue
ꝑſequendo ꝑſonam rōne odij.Septimum ē
ſolēniter penitēs.In omnibus iſtis diſpenſa
tur preterq̄ in primo quod reſpicit determi
natā ꝑſonam.Nam adulterium cum vxori-
cidio vel cū fidei datione:vel ꝯtractione de fa-
cto reſpectu illius ꝑſone impedit contrahen
dū ⁊ dirimit iam ꝯtractum.¶ Item impotētia
naturalis coeundi ſi eſt tēporalis non impedit.
Si eſt perpetua impedit ⁊ dirimit ſi precedit
matrimoniū.Si autē ſequatur matrimoniū nō di
rimit.Sic etiā de ſectis dicitur.¶ Ordo ſacer
triplex impedit ꝯtrahendum ⁊ dirimit iam cō-
tractū.Minores ordines neutro mō ſi vo-
luerit ordinatus eccleſie deſeruire.¶ De cul
tus diſparitate nota q: infidelis dicitur aliquis q:
caret fide:nō tm̄ fidei ſacramento:vt hereti-
ca baptizata:talis diſparitas impedit ꝯtrahen-
dum:⁊ nō dirimit iam ꝯtractū.Aut eſt infi-
delis carens fidei ſacramēto.⁊ talis diſparitas

g Grego. in dyalogo. Monach⁹ qui in terra poſſeſſionē querit: monachus non eſt. ¶ Idem in regiſtro. Si peculiaritas a monachis habet: neq₃ concordia: neq₃ charitas in congregatōe eadem poterit pmanere. ¶ Idē. Quid eſt habitus monachi niſi deſpectus mundi: quomodo ergo mundū deſpiciunt qui in monachali habitu poſiti aurū querūt. ¶ Idē. Monachorum quidē ſpecies tenet. multa vero ſub ſanctitatis habitu ſecularia agunt. ¶ Idē. Monachi mihi terrene mēris eſſe omnino apparuerūt: qui nimis terrenum hominē abbatē habere queſierūt. ¶ Iſido. in ethymol. Monachus greca etymologia vocat: eo q̄ ſingularis ſit. Monos enim grece ſingularis dicit. Ergo ſi ſolitarius vel ſingularis interpretat vocabulū monachi: quid facit in turba qui ſolus eſſe debet. ¶ Idē de ſum. bo. Multi monachorū amore parentū: non ſolum terrenis curis: ſed etiam forenſib⁹ iurgijs inuoluunt: ⁊ pro ſuorū temporali ſalute amicorū ſuas animas perdūt. ¶ Idē. Maxime per cenodoxiam ſubijcit ſibi diabolus mōachū. vt quē p ſeculi amorē retinē nō potuit: ab hūilitatis culmie ſubtrahat. ⁊ p ſupbie tumorē ſubditū faciat. ¶ Johes Chry. d cōpunctione. Eos qui vident ſuſtuliſſe crucem ſuam ⁊ ſequi chriſtū: per latam ⁊ ſpacioſam viam velle incedere: nōne tibi prodigioſum videt. ¶ Idem. Denuq₃ monachi cum de monaſterijs requrunt: ⁊ de locis habitationū percunctant: ante oīa requirūt ſi requies ſit in loco. ſi abundent omnia. ¶ Idē in caplo de propinquitate. Dico tibi monache. ¶ Hieronym⁹ in epla. Monachū quem ſenſeris tibi aut ſemper aut crebro de nummis loquentem excepta elemoſyna que indifferēter omnib⁹ pater. inſtitorē habeto potius q̄₃ monachum. ¶ Bern. in epla. Labor ⁊ latebre: ⁊ voluntaria paupertas: hec monachorū inſignia hec vitam ſolent nobilitare monaſticam. veſtri autem oculi omne ſublime vident. veſtri pedes omne forum circueunt. veſtre lingue

in omnibus audiunt ꝯsilijs. vestre man⁹ oẽ diripiunt patrimoniũ. ¶ Idem sup Canti. Quale est hoc vt in omnibus fluuijs: agris ortis: cellarijs ⁊c. vix repiri possit ꝙ comedas vel bibas. memẽto te queso monachũ esse: nõ medicũ. nec de ꝯplexiõe iudicandũ: sed de ꝓfessiõe. Parce obsecro primũ qdez gnei tue: parce deinde labori ministrantiũ tibi. parce grauamini domus parce ꝯsciẽtie: conscientie dico etsi nõ tue parce saltẽ ꝯscientie alterius. ¶ Idẽ in apolo. Miror: vñ inter monachos tanta intẽperantia in cibis ⁊ potionibus. in vestimentis ⁊ lectisternijs: equitaturis ⁊ ꝯstruendis edificijs inolescere potuit quatenus vbi hec studiosius ⁊ voluptuosius atqȝ effusius fuerint. ibi ordo melius obseruari dicatur ⁊ maior putet religio. ¶ Idẽ. Ecce inter monachos parcitas putatur auaricia: sobrietas austeritas: silentiũ tristicia reputatur. Econtra remissio discretio dicit. effusio liberalitas. loqcitas affabilitas. cachinnatio iocunditas: mollicies vestimentorũ ⁊ equorũ fastus honestas. lectorũ superfluus cultus mundicia. ¶ Idem. Jam de aque potu quid dicam: quando nec vllo quidẽ pacto vinũ aquatũ admittit: omnes nimirũ ex quo monachi sumus infirmos stomachos habemus. ⁊ tã necessariũ apostoli de vino vtẽdo ꝯsiliũ nõ negligimus. modico tñ qḋ ille premisit nescio cur pretermisso. ¶ Idẽ. Queritur ad induendũ: nõ qḋ vtilius sed qḋ subtilius inuenit. nõ qḋ repellat frigus: sed qḋ superbie cõpetat. nõ deniqȝ iuxta regulam qḋ vilius compari põt. sed qḋ venustius imo vanius poterit ostentari. Heu me miserum: qualẽcunqȝ monachũ: cur adhuc viuo. tedet animã videre ad hoc deuenisse ordinẽ nr̃m sanctum. ¶ Idem. Habitus noster: quod ⁊ dolens dico: qui humilitatis solebat esse insigne a monachis nr̃i tpis in signũ gestat supbie. vix iã in nr̃is ꝓuincijs inuenit quo vestiri dignemur: miles ⁊ monachus ex eodẽ pãno partiunt sibi clamidẽ ⁊ cucullã. Quiuis de seculo q̃tũlibet honoratus: etiã si rex: etiã si imperator ille fuerit. nõ tñ nostra horrebit indumenta: si sibi suo mõ preparata fuerint ⁊ aptata. ¶ Idẽ sup missus. Ornari non armari appetunt milites christi. qui dum se preparare ad preliũ ⁊ ꝯ aereas ptãtes ptendere pauptatis insigne debuerãt. qḋ vtiqȝ aduersarij multũ formidãt. in mollicie vestimentorum: pacis potius q̃ȝ belli preferentes indiciũ: vltro se suis hostibus sine sanguine tradũt inermes. ¶ Idẽ in. c. de curiositate. li. iij. De monach⁹ q̃ sui. Itẽ in li. ij. i. c. de supbia. ¶ Idẽ i ser. Nihil turpi⁹ q̃ȝ monach⁹ p vrbes ⁊ castella discurrẽs: nisi cũ h̃ charitas cogat que opit multitudinẽ pctõꝝ Anß. de similitu. Nec cuiq̃ȝ ꝓdest habitũ monachi exteriorẽ habere si nõ studuerit ⁊ interiorẽ retinere.

## ¶ De incipientibus. Capitulum xxxiij.

g Grego. in pasto. Qui bona inchoata nõ ꝯsummãt dũ proposita nõ pficiunt: etiã que fuerũt cepta ꝯuellũt. ¶ Idem. Nec malos bona imperfecta adiuuant: nec bonos mala incõsũmata ꝯdẽnãt. ¶ Idẽ. Uia dei ⁊ inchoãtibus angusta est: ⁊ pfecte iam viuentib⁹ lata. ⁊ dura sunt que ꝯ ꝯsuetudinẽ spiritaliter aio ꝓponimus. ⁊ tñ onus dei leue est pos̃tq̃ȝ h̃ ferre cepetimus. ¶ Idem in moral. Cõuersoꝝ inuia bonis moribus malisqȝ pmixta sunt. q̃ ⁊ noua vita iam p intentõem agit: ⁊ vetus adhuc ex vsu retinet. Isid. de sum. bo. Qui ex deteriore iã melior esse cepit: caueat ð acceptis extolli v̄tutibus: ne grauius p vanã gloriã corruat q̃ȝ prius p lapsum vicioꝝ iacebat. ¶ Idem Ualet interdũ ꝯuersio p animi salute mutatio loci plimũ. n. dũ mutat loc⁹: mutat ⁊ mẽtis affectus Aug⁹ sup gen. Nulla abstinẽtia fit a voluntate carnali q̃ nõ habeat in exordio dolorẽ: donec i meliorẽ ptẽ ꝯsuetudo flectat. Cassiodo. sup psalteriũ. Initiũ pfect⁹ est carnalia vicia relinquere: ⁊ dño supplicare. Bern. in ser. Solet inter p̃mordia cõuersiõis acri⁹ insurgere tẽtatio praue ꝯsuetudis. ⁊ vix pñt extingui iacula ignita diaboli.

¶ De proficientibus.
Capitulum xxxiiij.

Grego.in mora. Dipotens deus in
g teriora diſcernens: ipis ſpiritualib⁹.
pucenibus modū ponit: vt ex h hō
qd̄ apprehēdere conat̄ ⁊ nō valet: in illis ſe
non eleuet q̄ iam valet. ¶ Idē. Ad deū q̄ſi
tot greſſibus mens accedit: quot bonis mo
ribus pficit. ¶ Idē. Nōnulli qui etate creſ
ſcunt ab innocentia decreſcūt. electis vo cuꝫ
foris etas corporis: intus ſi dici liceat creſcit
etas virtutis. ¶ Idē. Si laſſaſcere ab incho
atis bonis nolumus: valde neceſſe eſt vt in
choari nos quotidie credamus. ¶ Idem.
Sancti viri quo altius apud deū virtutū di
gnitate pficiūt: eo ſubtili⁹ indignos ſe eē de
prehendūt. q: dū proximi lucis fiunt: quicqd
eos in ſeipſis latebat inueniūt. ¶ Idē ſuper
Eze. Quāto plus pficimus in cognitōe: tāto
nobis indignamur amplius de puerſo ope.
¶ Idē. Plerūqꝫ q plus in ꝯtēplatōe rapit̄
ꝯtingit vt ampli⁹ in tentatōe fatiget̄. ſicut q
buſdā bene pficiētibus ꝯtingere ſepe ſolet:
quoꝝ mentē dū aut cōpunctio afficit: aut cō
templatio ſup ſemetipſam rapit: ſtatim etiam
tētatio ſequit̄. ne de his ad que rapta ē extol
lat̄. ¶ Idē in regiſ. Intantū pficis quantuꝫ
tibi nō ſtudueris derogādo fratribus arro
gare. Hiero. i epiſtola. Oblitus poſterio
rum ſp priora ſectaberis: nequaq̄ ꝯſiderās
qd alij mali faciāt: ſed qd boni tu facere de
beas. nec peccantiū ducaris multitudine: ſed
ſanctoꝝ exempla potius imiteris. ¶ Idem.
Creſcat in te cū annis gr̄a. creſcat cū etate iu
ſticia. ⁊ fides tua eo pfectior videat̄ quo ſe
nior eſt. Aug⁹ de verbis apli. Semp tibi
diſpliceat qd̄ eis: ſi vis puenire ad id qd̄ nō
dum es. Nā vbi tibi placuiſti: ibi remanſiſti
ſi aūt dixiſti. ſufficit: piſti. ¶ Idē. Semp ad
de: ſemper ambula ſp pfice: noli in via deſi
cere: noli retroire: noli deuiare. remanet enim
qui nō pficit. retro redit q ad ea reuoluit̄ vñ
iam receſſerat. deuiat q apoſtatat. ¶ Idē d
predeſti. Cur nō inqt cyprian⁹ pperamus ⁊
currimus: vt patriā nr̄am videre: vt parentes
noſtros ſalutare poſſimus. magnus illic nos
charoꝝ numer⁹ expectat parentū: fratꝝ: fi
lioꝝ freqns ⁊ copioſa nos turba deſiderat.
iam de ſua incolumitate ſecura: adhuc d nr̄a
ſalute ſollicita. ¶ Idē in .c. de orōne accepta.
Qui didicerūt. Bern. in epl̄a. Aut aſcen
das neceſſe eſt. aut deſcēdas. ſi attētas ſtare
ruas neceſſe ē. ¶ Idē i .c. de ſecūdia li. iiij.
Nolo repēte. ¶ Idē i ſer. Ita nimiꝝ diuia
ſolet pietas ꝯſeruāde hūilitatꝭ gr̄a ordinare:
vt q̄to plus qſqꝫ pficit: eo minus ſe reputet
pfeciſſe. Nā ⁊ vſqꝫ ad extremū ſpūalis ex
ercitij gradū: ſi qs nr̄i pficit aliqd ei de p̄mi
gradus impfectōe relinqt̄: vt adhuc vix ſibi
illū adeptus videat̄. ¶ Idē. Ubi ſane in ſpi
rituali pfeceris exercitio: erit nō nūq̄ rapi
a tuo ſpū in diuinū. vt icipias gaudere d bo
nis diuī: q ppria aū mala lugebas. ¶ Idem
Minime optet greſſum ſiſtere: ⁊ reſpicere
retro multo minus expedit. ſꝫ currēdū nobiſ
⁊ pperādum: ne forte egreſſus vt gigas ad
currēdā viā ſuā a nobis ſe xp̄s elōget. ſꝫ po
tius puidētes eū in ꝯſpectu nr̄o ſp: ⁊ in eius
odore tracti facilius eiuſqꝫ curram⁹. Au
ctor d ſpū ⁊ anima. Aia p odiū. Infra li. iiij.
in .c. de deſiderio.

¶ De perfectis.
Capitulum xxxv.

Grego. in mora. Magna ē pfectio
g ſue ipfectōis cognitio. ¶ Idē. Tāto
qſqꝫ pfect⁹ eſt q̄to pfecte ſentit do
lores alienos. ¶ Idē. Ualde pfectoꝝ eſt ſic
de oſtēſo ope auctoris gloriā qrere: vt d ob
lata laude priuata neſciāt exultatōe gaudere.
¶ Idē. Pfect⁹ qſqꝫ cū in ſeipſo vicia vice
rit: ſtatim mēte etiā ꝯ vulnera paſſiōis accin
git. ¶ Idē. Ille vo pfect⁹ eſt q ad impfectio
nē pximi impatiēs nō eſt. Nā q alienā imp
fectōem ferre nō valēs pximū deſerit: ipſe
ſibi teſtis ē q pfecte nōdū pfecit. ¶ Idem.
Perfecta vita mortis ē meditatio. ¶ Idem
Qui pfecte deo placere deſiderāt: ſibi de ſe
nihil relinquāt. Aug⁹ de ſpū ⁊ lr̄a. Quātū

mihi videt̄ in ea q̄ pficiēda eſt iuſticia: multū in hac vita ille pfecit: q̄ q̄z lōge ſit a pfectiōe iuſticie pficiēdo cognouit. ¶ Idē. Hoc pfectoꝝ eſt. Infra in li. iiij. i. c. de etate. ¶ Idē Null⁹ pfect⁹. Infra li. iiij. de ſufficiētia. Iſi. de ſum. bo. Sicut falſitas crimē a pficiētib⁹ pmeſcit. ita ocioſa v̄ba a pfectis viris ſollicite vitant̄. ¶ Idē. Peccata q̄ incipiētibus leuia ſunt: perfectis viris grauia reputantur.

Bern. in ep̄la. Nemo pfectus q̄ pfectior eſſe nō appetit. ¶ Idē. Proficiēdi ſtudium ⁊ iugis conat⁹ ad pfectōem pfectio reputat̄. Q̄ ſi ſtudere pfectior eſſe pfecti eſt. nolle pficere deficere eſt. ¶ Idē. In pposito perfectionis apparere impfectū: neutꝫ ē. ¶ Idē Habes de iuſto q̄ lex dei in corde ipſius: et nō in codice. nec pfectōis is gradus: pfectus carere ⁊ neceſſarijs patus eſt. ¶ Idē ſuper canti. Perfect⁹ ois reputabit̄ i cui⁹ aīa tria hec ꝯgruēter atq̄z oportune ꝯcurrere videbunt̄. vt. ſ. nouerit gemere p ſe: ⁊ exultare in deo: ⁊ pximoꝝ vtilitatib⁹ potēs ſit ſubuenire. placēs deo. cautus ſibi: vtilis pximis.

## ¶ De tribus predictis ſtatibus. Capitulum xxvi.

G Grego. in moral. Tres ſunt modi ꝯuerſoꝝ. ſ. inchoatio: medietas atq̄z pfectio. In inchoatōne aūt ſunt blādimenta dulcedinis. in medio quoq̄z tpe ſunt certamina tentatōis. ad extremū v̄o pfectio victorioſe pulchritudinis. ¶ Idē ſuper Eze. Alia ſunt virtutis exordia. aliud perfectus: aliud perfectio. Iſi de ſum. bo. Tripartitus deſcribit̄ eſſe vniuſcuiuſq̄z ꝯuerſi pfect⁹. ſcꝫ primus corrigēdi a malo. ſcōs faciēdi boni. terti⁹ ꝯſequēdi boni opis pmiū. Bern. in epiſtola. Incipientiū ſtatus dici poteſt animalis: pficientiū rōnalis: pfectoꝝ ſpiritualis. ¶ Idem ſuper canti. Sunt hi tres animaꝝ affectus ſiue pfect⁹ expertis dūtaxat ſatis noti ⁊ manifeſti. ſcꝫ cū aut de actibus malis indulgentiā. aut de bonis agendis grām. aut ipſius etiā indultoris ⁊ benefactoris ſui preſentiam eo q̄dem modo quo in corpore fragili poſſibile eſt: obtinent intueri. Idem. Inuenit pfecto apud deum ⁊ verecūda ꝯfeſſio quo ſe humiliando deijciat: ⁊ ppterea deuotio vbi ſe innouando reficiat. ⁊ iocunda ꝯtemplatio vbi ſe excedēdo quieſcat. Idē in ſer. Alij vacent ſancte contemplationi. alij dediti ſint fraterne adminiſtrationi. alij in amaritudine anime ſue recolant annos ſuos: tanq̄z vulnerati dormientes in ſepulcris. Idem. Sic plane ſic opus eſt: vt maria pie ⁊ ſublimiter ſentiat de deo ſuo. martha miſericorditer et benigne de proximo. lazarus miſerere ⁊ humiliter de ſeipſo.

## ¶ De monialibus. Capitulum xxvij.

G Grego. in regiſ. Iuuenculas abbatiſſas vehementiſſime prohibemus. Ambro. de virgi. Aiūt pleriq̄z maturioris etatis virgines eſſe velandas: neq̄z ego abnuo ſacerdotales cautiones eſſe debere vt non temere velemur. Spectet plane ſpectet etatem ſacerdos. ſed fidei vel pudoris. ſpectet maturitatem verecundie: examinū grauitatis caniciē: moꝝ ſenectam. pudicicie annos. animos charitatis. Aug⁹ d̄ bo. ꝯiugali. Nō nos in virginibus pdicamus q̄ virgines ſunt: ſed q̄ deo dicate pia continētia virgines. Nam qd̄ non temere forſitan dixerim: felicior mihi videtur nupta mulier q̄z virgo nuptura. Idem in li. de virginitate. Nulla carnis fecunditas ſancte v̄ginitati comparari poteſt. neq̄z enim ⁊ ipſa q: v̄ginitas eſt: ſed q: deo dicata eſt honoratur.

Idem. In vita eterna eſt quedā egregia gloria. nō omnibus in eternū victuris. ſꝫ quibuſdā ibi tribuēda. cui ꝯſequēde parꝫ eſt liberꝫ eſſe a peccatis. niſi ſup hoc aliq̄d ipſi liberatori voueatur. qd̄ nō ſit criminis nō vouiſſe: ſed vouiſſe ac crediſſe ſit laudis ⁊ honoris. Idem. Pergite ſancti pueri dei ⁊ puelle: mares ac femine: celibes ⁊ innupte pergite perſeueranter in finem: ⁊ laudate dominum dulcius quem cogitatis vberius ſperate felicius: cui ſeruitis inſtantius. amate

ardentius: cui placetis attentius. lumbis accin-
ctis ⁊ lucernis ardentibus expectate domi-
nū qn̄ veniat a nuptijs. ¶ Idē ꝺ eccle. dog.
Sacrate deo virginitati nuptias coequari.
aut pro amore castigādi corpis abstinentibus
a vino vel carnibus nihil accrescere meriti
credere: non hoc christiani sed iouiniani est
Hiero. in epistola. Agnosce virgo statū tuū:
agnosce locū: agnosce ꝓpositū. Christi spon
sa diceris. vide nē quid indignum ei cui de-
sponsata diceris admittas. cito rescribet re-
pudiū: si in te viderit vel vnum adulterium.
¶ Idē. Caue ne cui vel concupiscendi oc-
casionem tribuas. q: sponsus tuus deus ze-
lans est. criminosior. est enim christi adultera
q̄ꝫ mariti. ¶ Idē Romana ecclesia apasto
lico sine dubio: cuius sedem obtinet: spiritu
animata iam sinceram statuit sententiam vt vir
vel penitentie dignā iudicaret que sanctifica
tum deo corpus libidinosa coinquinatōe vio
lasset. Anastasius in sermone. Nihil pro-
dest corpus velare ⁊ mentē vicioꝝ sordibus
maculare. Quid enim ꝓdest nigris vestibus
indui: ⁊ a detractōe linguam non cohibere.
¶ Idē. In monasterio posite nō ocio tor-
pescant. nō detractionibus. nō obscenis confa-
bulationibus incumbant. sed aut psalmo-
rū modulatōibus: aut manuū opatōibus insi
stant. aut certe diuinis lectōibus aurē accom
modent. ¶ Idem. Minores natu eas que
ꝓuecte sunt etatis obsequijs sanctitatis vene
rent. ꝓuecte quoqꝫ annis iuniores dictis et
exemplis ad bene viuendum informēt. No
biles genere nequaq̄ꝫ ignobilibus se prefe-
rant. scientes q: psonaꝝ acceptor nō est deus.
¶ Idē. Vita abbatisse velut pēnatum ani-
mal ad altū sp̄ per desideriū euolet. p verba
resonet. luceat p exemplū. ¶ Idē. Tales ab
batisse regendaꝝ animaꝝ curā suscipere de
bent: que subditis vbis ⁊ exemplis ducatū
prebeant sancte religionis. ¶ Idē. Omnis
actio abbatisse sp̄ sit propter deū: ⁊ de deo: ⁊
cogitatio in deū: ⁊ exceptis vicijs qbus non
ꝯpassio sed rectitudo debet: oībus eā cupio
esse cōpassibilē omnibus grad. ¶ Cesarius
in sermo. Religiosas quaspiā nō oportet [illegible]
decet nō expedit parentū suoꝝ multis obli-
gatōibus implicari: aut quorūlibet extraneo
rum puiciosa familiaritate ꝯstringi. ¶ Idē.
Pomposa indumēta que nō vtilitati sed va
nitati seruiūt fastidite atqꝫ contēnite virgines
christi sponse. multe enim qd̄ in moribus di-
ligunt: hoc ⁊ in vestibꝰ ⁊ in opibus suis ostē
dunt. Ciprianus in ser. Nō computari iā
poteris inter puellas ⁊ virgines christi: que
sic viuis ⁊ vadis vt possis ab hoibus ada-
mari. Bern. in epistola. Et quid hactenꝰ
monacha ⁊ sanctimonialis vocata es. q̄ sub
sanctitatis noībus non. tamen sancte conuer
sata es. cur velū in capite mentiebat reueren
tiam: ⁊ sub velo petulans oculus exhibebat
impudentiā. caput siquidē gerebas velatū:
sed clarum sub signo verecundie sermo reso
nabat inuerecundus. ¶ Idē. Risus immode
ratior: incessus lasciuior. vestitus ornatior. vt
implate magis q̄ꝫ velate ꝯgruerent.

¶ De virginibus.

Capitulum xxviij.

G Rego. sup Eze. Candida vita est
carnis incorruptio ⁊ flos virginita
tis. ¶ Idem in mora. Carnis vir-
ginitas nequaq̄ꝫ iussa est sed tantūmodo lau
data. Nā si illa iubereꝭ nimiꝝ iam ꝯiugium
in culpā vertereꝭ. ⁊ tū multi virtute ꝟginita
tis pollent: vt videlicet plus impendant obse
quio q̄ꝫ acceperant in precepto. Aug. de
virgi. Profecto habebūt magnum aliquid
virgines preter ceteros in illa cōmuni sancto
rum imortalitate. qū habent aliqd iam non
carnis in carne. ¶ Idē. Nō querit in vobis
amator vester pulcrā carnē: sed pulchrā mē
tem: ⁊ pulchros mores quibꝰ frenatis ⁊ car
nem. ¶ Idē. Toto vobis figaꝭ in corde qui
pro nobis fixus est in cruce. totum ipse teneat
in animo vestro. quicqd voluissetis occupa
ri cōnubio ¶ Idē virgines sunt: ⁊ sequuntur
agnum quocunqꝫ ierit. Quo ire putamus
hunc agnū. Certe quo nemo cū seq vel au-

deat vel valeat niſi vos. Quo putamus eū ire in quo feſtinas ⁊ geſtias. ibi credo gramina ſunt gaudia. nō gaudia huius ſeculi vana inſanie ⁊ mendacio. nec gaudia qualia in ipo regno dei ceteris nō virginibus: ſed a ceterorum omniū ſorte diſtincta. Idē. Gaudia virginū chriſti ſunt de chriſto: in chriſto: cum chriſto. poſt chriſtum: per chriſtū: ꝓpter chriſtum. Gaudia ꝓpria virginū chriſti non ſunt eadē non virginum q̄uis chriſti. Nam ſunt alijs alia: ſed nullis talia. Idē. Sequimini agnū ⁊ tenendo perſeueranter qd vouiſtis ardenter facite qd poteſtis ne virginitatis bonuz a vobis pereat cui facere nihil poteſtis vt redeat. Idem. Gaudeat magis puella nobilis genere: ſed nobilior ſanctitate: q ſit per diuinum conſortiū precipuam in celis conſecutura ſublimitatē: q̄ ſi eſſet per humanum ꝯnubiū ꝓlem in terra ꝓpagatura ſublimē. Idem infra li. iiij. in. c. de meditatōe. Virginalis integritas. Idē. In ꝯuerſione virtutum. ſ. continentie ⁊ caſtitatis: ibidē inſpicite vulnera. Idē. Illis virginibus in quibus eſt quidā placendi appetitus aut elegantiori veſtitu q̄ tante ꝓfeſſiōis neceſſitas poſtulat. aut capitis ligamento notabili ſiue tumidis vmbonibus capillorū: ſiue tegminib⁹ ita teneris vt reticula ſubterpoſita appareāt. his non de humilitate: ſed de caſtitate ipa vł integritate pudicicie danda precepta ſunt. Idem. Bonū eſt tibi o anima virginalis vt ſic q̄ virgo corꝑe ſic omnino ſeruans in corde qḋ renata conſeruās in carne qḋ nata concipias cum timore domini vt parturias ſpiritū ſalutis. Idem. Ille vnius ſancte virginis partus omniū ſanctarum virginuz eſt decus: ⁊ ipſe virgineo cū maria virgine matres chriſti ſunt ſi patris eius voluntatem faciunt. Idem. Quis neſciat obedientē mulierem inobedienti virgini preponendam. Idē. Virginitatis bonuz quantū magnuz video: tanto ei ne pareat furē ſuperbiam pertimeſco. Hiero. in epiſtola. Non proderit ceterorū ſanctificatio membrorū: ſi vnū ꝑeat

vel in vno corruptio. Idē. An tibi de virginitatis per [illegible]. [illegible] adam ⁊ euam virginitatis [illegible] integritatem corꝑis ꝓfuiſſe peccantibus. Idē. Cum vniuerſos artus tuos mundaueris ab omni ſorde peccati: ⁊ toto fueris ſanctificata corpore: tunc tibi caſtitatem intelligas ꝓfuturam. ⁊ cū omni fiducia palmam virginitatis excepta. Idē. Sit in te noua grauitas: honeſtas admirabilis: ſtupenda verecūdia: mira patientia: virginalis inceſſus: ⁊ vere pudicitie habitus. ſermo ſemper moderatus ⁊ ſuo tpe ꝓferatur. Idē. Virginitas diffini[illegible] [illegible] nihil proficit carnē habere virginē ſi mente quis nupſerit. Idē. Audenter loquar: cū oīa poſſit deus: ſuſcitare nō poteſt virginē poſt ruinā valet quidē liberare de pena: ſed nō vult coronare corruptam. Cyprianus in epiſto. Si chriſtum continētia ſequitur: ⁊ regno dei virginitas deſtinatur: quid eſt virginib⁹ chriſti cum terreno cultu ⁊ cū ornamētis: quibus dum hominibus placere geſtiunt deū offendunt. Iſido. de ſum. bo. Omne peccatū per penitentiā recipit vulnerū ſanitatem. virginitas autem ſi labitur nullatenus reparatur. Idē. Virgo carne non mente nullū premiū hz in repromiſſione. Ambro. de viduitate. Attende tibi virgo vt ⁊ tu inſiſtas orationi: ⁊ vultus tuus aſſidua palleſcat obſecratione. ſz añ omnē orationem prepara animū: vt non tu videaris tentare deū cū deprecaris. vt id qḋ oras mores tui loquantur. fides adiuuet: opera ꝯmendent. Idē. Nec liberiorē leticiaz in virginibus decet eſſe: que ſi nō habēt qḋ defleant: fleant tñ ſeculū. fleant lapſus peccātium. etenim qui aliorū lapſus fleuerit ſuos cauebit. fleant q a gaudijs paradiſi lōgius euagantur. fleant q: neſciunt an ad illa debeant peruenire. fleant poſtremo vel ipſa contemplatione vt hic flentes illic accipiant ꝯſolationem. Idē. Cuſtodi virgo vias tuas. vt nō delinquas i lingua tua. etenim lingua loqui plerūq3 crimen eſt virgini. Idez. In

gredif o virgo moris per oſtiū tuū ſi falſum loquaris. ſi turpiter: ſi procacier. poſtremo ſi vbi nō oportet loquaris. clauſe ſint ergo fores labiorū tuorū ⁊ obſeratū maneat vocis veſtibulū. Idē. Virgo que chriſtū requirit nō debet eſſe vulgaris. non debet eſſe in foro: nō in plateis. voce querula: greſſu lubrica facilis auditu. vilis aſpectu. Idē. Qui non nubunt ⁊ vxores non ducunt ſicut angeli in terris ſunt. vt tribulationem carnis non ſentiant. ſeruitutem ignorent. ⁊ mundane negociationis alleuientur contagio: diuinis tota mente intendāt: vt tanq̄ exuti corpis in firmitate nō que hois ſunt ſedque dei cogitent. Idē. Virginitas adoleſcentiā decet: iuuentutem ornat: ſenectutē amplificat. omniq; eius habet iuſticie ſue canos. maturitatē grauitatis. velamen pudoris: qui deuotionē nō impediat: religionem augeat. Idem de virginitate. Quid eſt virginalis caſtitas: niſi expers contagionis integritas. Idem. Nec mirū o virgines ſi pro vobis angeli militāt: quia angelorum moribus militatis. Meretur eorum preſidiū caſtitas virginalis: quorū meretur ⁊ vitā ⁊ mores. Idem. Rachel extorto oſculo fleuit ⁊ gemuit. nec flere deſiſſet niſi proximum cognouiſſet. Idem. Cōſiderate q virgines pre apoſtolis reſurrectionem domini videre meruerunt. Idem. Claudat ora virginis pudor: debilitatē corporis excludat religio: inſtituat conſuetudo boni operis exercitium. Maturā igitur virginem mihi prius grauitas morū nunciet pudore obtutis: greſſu ſobrio: vultu modeſto: et prenuncia integritatis antecedant ſigna virtutis. Bern. ſuper Miſſus. Solent virgines que vere virgines ſunt ſemper ad omnem viri affatum pauere: ⁊ nunq̄ eſſe ſecure: et vt caueant timenda etiā tuta pertimeſcere: ſcientes ſe in vaſis fictilibus theſaurū portare precioſiſſimū: ⁊ nimis arduū eſſe viuere īter homines vt angelū: ⁊ in terris more celeſtiū conuerſari. In dyalogo ſanctorū Baſilij ⁊ Iobis. Virgo que arripuit prophetiam: celeſtēq; conuerſationē angelorū repſentare in terris ſpopondit: atq; in hac carne incorporee nature aggreſſa eſt implere virtutem neq; ſuperfluos egreſſus: neq; vaniloquia vſurpare pmittitur. maliloquij vero ⁊ adulationis etiam noīa ignorare debet. Gre. iij. re. vi. Altior profeſſio virtutis altior ē debet tenere viā viuendi. Qui enim abrenunciato coniugio virginitatē voto conſecrant: oportet vt mores virginitati condignos oſtēdāt. abſtineant ab ocioſis verbis. ira: rixa: detractione: habitu ſuperfluo: ⁊ oculo impudico: cōmeſſationibus: potationibus: atq; huiuſmōi. vigilijs ⁊ ſanctis orōnibus: lectionibus: elemoſynis ⁊ huiuſmodi vacent.

¶ De viduis.

Capitulum xxix.

g Rego. in regiſtro. Quanto vidue bene viuentes virorū ſunt ſolacio deſtitute: tanto eius enixius eccleſiaſtica eſt impēdenda tuitio. Idē in. c. de ſacerdotibus bonis. Officij ſacerdotalis Aug. in epiſtola. Quāuis ad oīa mēbra xpi. hoc eſt ad oēs qui in eū crediūt: ⁊ eius corpi myſtico ſociant: ſicut docuit orare pertineat: ſpēaliter tñ diligētior cura orōnis in ſcriptura cius viduis inuenif iniuncta. Idē de viduitate. Si nondū vouiſſes deo continentiā vidualem: exhortaremur pfecto vt voueres. quia vero iam vouiſti: exhortamur vt perſeueres Idem. Agite curſum veſtrū o vidue: ⁊ perſeueranter currite vt comprehēdatis. ⁊ exemplo vite exhortatōiſq; ſermone rapite in eūdem curſum veſtrum quoſcūq; potueritis. Idem de vita chriſtiana. Tria eſſe viduarum genera nō ignorare te credo. Unū quod perfectiſſimū eſt: celeſtiq; premio deſtinatū. qd ritu illius de euangelio vidue: deo orōnibus ⁊ ieiunijs die noctuq; deſeruit. Aliud viro qd filiorū curā habet ⁊ domus: non tā dignum: nec tñ peccatis obnoxiū. Tertiū autē genus eſt in epulis ⁊ delicijs. qd eterne morti ſeruatur. Idē de virginitate. Multas viduarū reuocat a nubendo: non amor: pudi-

ri ꝓpoſiti. ſed aperti dedecoris timor venies ⁊ ipſe de ſuperbia: qua formidat magis hominibus diſplicere q̄ deo. Hiero. i epla. Vidua que marito placere deſinit. ⁊ iuxta apoſtolum vere vidua eſt: nihil habet neceſſariū niſi pſeuerantiā. Meminit priſtine voluptatis: ſcit quid amiſerit quo delectata ſit.

Ambro. de virginitate. Propemodū nō inferioris virtutis eſt a cōiugio abſtinere qd aliquādo delectauerit: q̄ cōiugij penitus delectamenta neſcire. Idem. Virginitas in eo facilior eſt q̄ caruis incentiua non nouit. ⁊ viduitas in eo ſollicitior q̄ p̄teritas aīo recolit voluptates. Idē de viduitate. Eſto vidua temperans ⁊ caſta. Tempera te p̄mū a vino: vt poſſis caſta eſſe ab adultero nec te ille tentabit ſi te vina nō tentent. Nam ſi iudith vidua vinū bibiſſet: cū adultero vtiq̄ dormiſſet. Idē de offi. Quid tam decorū q̄ vt vidua defuncto cōiugi fidem ſeruet. qd etiam hoc vtilius quo regnum celeſte acquiritur. Sunt enim qui ſe caſtrauerunt ꝓpter regnum celorū. Idem de fide reſurrectionis. Mulier ſatis pie virum luget: que ſeruat pudorē: nō deſerit fidem. Sic enim bene defunctis officia pēdunt: vt viuant in mentibus: ⁊ in affectibus perſeuerēt.

¶ De coniugatis.

Capitulum xl.

Grego. in mora. Tunc ſolū cōiuges in admixtione ſine culpa ſunt. cum non ꝓ explēda libidine: ſed ꝓ ſuſcipiēda prole miſcentur. Idem in paſtora. Neceſſe eſt vt coniuges crebris oratiōibus deleant: qd pulchre copule ſpeciē admixtis voluptatibus fedant. Idem. Admonendi ſunt cōiuges: vt ea in quibus ſibi aliqñ diſplicēt. ⁊ patientes inuicē tolerēt. ⁊ exhortantes ſe inuicem ſaluent. Idem in regiſ. Vir cum ꝓpria vxore dormiens niſi lotus aqua eccleſiā intrare non debet. ſed neq̄ lotus intrare ſtatim debet: ⁊ infra. Nec hoc dicētes: culpam putamus eſſe cōiugiū. ſed q̄ etiā ipſa licita admixtio cōiugū ſine voluptate carnis eſſe non poteſt: a ſacri loci ingreſſu abſtinendū eſt. q̄ voluptas ipſa ſine culpa eſſe nullatenus pōt

Idē. Si quis ſua coniuge nō cupidine voluptatis: ſed ſolū procreandorū liberorū gr̄a vtitur: ille ꝑfecto ſiue de ingreſſu eccleſie ſiue de ſumendo dn̄ici corporis ſanguiniſq̄ myſterio: ſuo eſt relinquendus iudicio. q̄ a nobis ꝓhiberi nō debet accipere qui igne poſitus neſcit ardere. Idē. Cum boni cōiuges aut meritū augere deſiderant: aut anteacte vite culpas deflere: vt ſe ad cōtinentiā aſtringant: ⁊ meliorē vitam appetant: licet. ſi vero continentiā quā vir appetit vxor non ſequatur. aut quam vxor appetit vir recuſat. diuidi coniugium nō licet. q̄ ſcriptū eſt. Quod deus cōiunxit: homo non ſeparat. Et iterū. Mulier ſui corporis poteſtatē nō habet ſed vir. ſimiliter autem ⁊ vir ſui corporis poteſtatē nō habet: ſed mulier. i. ad Corin. vij. Aug⁹ de bono cōiug. Concubitus neceſſarius cauſa generandi inculpabilis. ⁊ ſolus ille nuptialis. Ille autē qui vltra neceſſitatē iſtam ꝓgreditur. iam nō rationi ſed libidini obſequitur. Et hunc tamē nō exigere: ſed reddere coniugi. ne fornicando damnabiliter peccet: ad perſonam cōiugalē ꝑtinet. Si aūt ambo tali concupiſcibili ſubiugantur: rem faciunt non plane nuptiarū. Idem. Cū ille naturalis vſus qui prolabitur vltra pacta nuptialia: idest vltra ꝓpagādi neceſſitatē: venialis ſit i vxore: in meretrice dānabilis: ille qui eſt contra naturā execrabilis fit in meretrice: ſed execrabilior fit in vxore. Idem. Bone ſunt nuptie in quibus tanto meliores ſunt cōiugati: quanto caſtiores ac fideliores. deū timēt maxime ſi filios quos carnaliter deſiderāt: ſpūaliter nutriant. Idē in epla. Mulierē cōiugatā nō licet dicere facio qd volo d̄ meo: cū ⁊ ipſa non ſit ſua: ſed capitis ſui idest viri.

Idē ſup Gene. ad litam. Quod bonum habent nuptie peccatū nunq̄ eſſe poteſt. Hoc aūt tripartitū eſt. ſ. fides: ꝓles. ſacramentū. In fide attenditur ne p̄ter vinculum cōiugale cū altera vel cū altero cōcubatur. In prole vt

amanter ſuſcipiatur: benigne nutriatur: et religioſe
educetur. In ſacramento: vt coniugiū non ſe-
paretur: et dimiſſus aut dimiſſa nec cauſa pro-
lis alteri coniūgatur. Idē ꝯ iulianū. Intem-
perans in coniugio: quid aliud niſi quidam
adulter vxoris eſt. Omnis enim vehemens
amator proprie vxoris adulter eſt. Idem.
Sicut adulteriū non poteſt eſſe ſine bono na
ture: nec ideo eſt bonum. ita connubiū non
poteſt eſſe ſine malo concupiſcentie: nec ideo
malū eſt. Idē. Coniuges bene vtētes ma
lo concupiſcentie: anteponuntur virginibꝰ ma
le vtentibꝰ bono continentie. Idē de vi-
duitate. Nuptiarū bonū ſemꝑ eſt bonū: ſꝫ in
populo dei fuit aliqñ legis obſequium. nunc
eſt infirmitatis remediū. Idem. Sicut ma
nente in ſe ſacramento regenerationis: excō
municatus quoqꝫ reus criminis cuiuſcūqꝫ no
illo ſacramento caret: etiam ſi nunqꝫ recon-
cilietur deo: ita manente in ſe vinculo federis
coniugalis: ſi vxor dimittitur ob cauſam forni
cationis: nec carebit illo vinculo federis: etiā
ſi nunqꝫ reconcilietur viro: carebit autem ſi
mortuus fuerit vir eius. Idem. Indignā-
tur viri. Supra in. c. de homine. Ioh. chry
ſoſto. ſuper Matth. Abſtine te a mēſtruata
abſtine te a pregnante: erubeſce te facere qđ
animalia non faciunt. Et infra. Qñ dies fe-
ſtus eſt: et dies ieiunij: ſerua vt impleas apo-
ſtolicum preceptum. Nolite fraudari inuicē
etc. i. Cho. in. vij. Ambro. de viduitate.
Non prohibemus ſecundas nuptias: ſed ta
men non probamus ſepe repetitas. Idem.
Bonū coniugium: ſed tamen a iugo tractū
et mundi iugo: vt viro potius cupiat mulier
placere qꝫ deo. Idem de virginitate. Ia-
ctet licet ſe fecundo nobili dotata partu: quo
plures generauit: plus laborauit: Numerat
ſolacia filiorum: ſed numeret pariter et mole
ſtias. Nubit et plorat: qualia ſunt vota q̄ flen
tur. Idem. Prius vtiqꝫ impedimentum
fecunditas carnis incipit afferre qꝫ fructum
parturit enim et erogat prius qꝫ pariat. qꝫ
dulce pignus quod a periculo incipit: et in pi
culis deſinit. prius dolori futurum qꝫ volu-
ptati: periculis emitur: nec pro arbitrio poſ-
ſidetur. Idem. A coniugio illa naſcuntur
incentiua viciorum: vt queſitis coloribus ora
depingant dum viris diſplicere formidant.
et de adulterio vultus meditantur adulteriū
caſtitatis. Iſido. in etymo. Tribus cauſis
ducitur vxor. Prima eſt cauſa prolis. d qua
legitur in geneſi. Et benedixit eos dicens.
Creſcite et multiplicamini. Secunda cauſa
adiutorij. de qua ibi in geneſi dicitur. Non
eſt bonum eſſe hominem ſolum: faciamus ei
adiutorium ſimile ſibi. Tertia cauſa incon-
tinentie. Unde dicit apl's. qui ſe non continet
nubat. Hierony. in epiſtola. Non nega-
mus viduas: non negamus maritas: ſanctas
mulieres inueniri: ſed que vxores eſſe deſie-
runt: que in ipſa neceſſitate coniugij imitan-
tur virginum caſtitatem. Idem. Ubi tym
pana ſonant. tibia clamitat. lira garrit cymba
la concrepant: quis ibi decimorum paraſi-
tus contumelijs gloriatur. Ingrediuntur ex-
poſite libidini victime: et tenuitate veſtiū nu
de impudicis oculis ingeruntur. his infelix
vxor aut letatur et perit. aut offenditur et ma
ritus in iurgia concitatur. Idem. Nupta
ad ſpeculū pingitur: et in contumeliam artificis
conatur pulcrior eſſe qꝫ nata eſt. Idem in
origi. ſuper illud Ioel. ij. Egrediatur ſpon-
ſus de cubili ſuo etc. Ergo qui in caſtigatione
victus et ieiunijs atqꝫ elemoſynis dicit ſe age
re penitentiam: fruſtra agit penitentiam qui
non ſeruat caſtitatem. fruſtra hoc ſermone ꝑ
mittit: niſi egrediatur de cubiculo ſuo: et ſan-
ctum puruumqꝫ ieiunium pudica expleat pe-
nitentia. Glo. i. Pe. iij. Quotiens vxori
debitum reddo orare non poſſum. Qꝫ ſi iu
xta apoſtoli ſermonem ſine intermiſſiōe orā
dum eſt. nunqꝫ ergo mihi coniugio ſeruien-
dum: ne ab oratione cui ſemper inſtare iube
or vlla hora prepediar.

¶ De tribus ſtatibus predictis.
Capitulum xli.

Auguſtinus in li. de bo. cōiu. Sicut
a bonū erat qđ Martha faciebat oc
cupata multū circa miniſterium ſan
ctorum: ſed melius qđ Maria ſoror eius ſe
dens ad pedes dñi ⁊ audiens verbū eius: cū
cum ambe hoſpitio recepiſſent: ita bonū ſu
ſanne in ꝯiugali caſtitate laudamus: ſed ta
men ei bonū vidue anne: ac multo magis ma
rie virginis anteponimus. Idem de vir
ginitate. Certa ratione ⁊ ſanctarū ſcriptura
rum auctoritate nec peccatū eſſe nuptias in
uenimus: ſed tamen nec eas bono vel virgi
nalis continentie: vel etiam vidualis abſtinē
tie equamus. Idem contra iulianū. Vera
pudicitia ſiue coniugalis ſiue vidualis ſiue
virginalis dicenda non eſt: que non vere fi
dei mancipatur. Cōiuges eni ⁊ virgines ⁊ vi
due poſſunt eſſe: ⁊ pudice non eſſe ſi conta
minata volūtate mechantur. Hiero. in epi
ſtola. Cū in ſemente terre bone centeſimū ⁊
ſexageſimum ⁊ triceſimū fructum euangelia
doceant. ⁊ centenarius pro virginitatis coro
na primum gradum teneat. ſexagenarius pro
labore viduarum in ſecūdo ſit numero. trice
narius federa nuptiarū ipſa digitorū cōiun
ctione teſtetur. bigamia in quo erit numero
imo extra numerum: certe in terra bona nō
oritur. ſed in vepribus ⁊ ſpinetis vulpium: q
herodi impiiſſimo comparantur. Amb.
de viduitate. Docemur triplicem caſtitatis
eſſe virtutem: vnam coniugalem: aliam vi
duitatis tertiam virginitatis.

¶ De pauperibus.

Capitulum xliij.

Grego. in omel. Pauper cum rep
b henſibilis cernitur moneri debet ⁊ de
ſpici non debet. Si vero rephēſio
nis nil habet: venerari ſummopere ſicut in
terceſſor debet. Idem. Cū quoſlibet pau
peres nōnulla rephēſibilia ppetrare ꝯſpicitis
nolite deſpicere. nolite deſpare: quia fortaſſe qđ
ſuperfluitas tenuiſſime prauitatis inquinat:
caminus paupertatis purgat. Idem. Quā
ad fidei agonem venimus: luctamē ꝯtra ma
lignos ſpūs ſumimus. maligni autem ſpiritus
nudi ſunt: quia nihil in hoc mundo proprium
poſſident. nudi ergo cum nudis luctari debe
mus. nam ſi veſtitus quis cū nudo luctatur. ci
tius ad terram deijcitur: quia habet vn̄ teneatur.
Idem in dyalo. Paupertas mentibus bo
nis eſſe ſolet cuſtos humilitatis. ¶ Idē ſup
Ezech. Paupertas in inopia mentis eſt: nō
in q̄ntitate poſſeſſionis. Idem. Cū deeſt
terrena ſubſtantia de qua eterno iudici ratio
nem ponemus. liberius ad patriam pgimus. quia
quaſi in via pondere caremus. Idē. Mi
ra ſecuritas eſt cordis aliena non querere. ſed
vniuſcuiuſque diei ſufficientia contentū mane
re. Infra de ſufficientia li. iiij. Idē. Curioſ
quis ſtimulo. Infra li. iij. caplo de iudicio.
Aug. de eccleſi. doc. Bonum eſt faculta
tes cū diſpenſatione pauperibus erogare: me
lius pro intentiōe ſequendi dñm inſimul paupi
bus donare: ⁊ abſolutū ab omni ſollicitudi
ne egere cū chriſto. Idem in li. de cura pro
mortuis: ⁊ in li. de ci. dei. Preclaras exequi
as in conſpectu hoīum exhibuit purpurato il
li diuiti turba famulorum: ſed multo clario
res in conſpectu dei vlceroſo illi pauperi mi
niſteriū pbuit angelorū. qui cū non extulerūt
in marmoreum tumulū: ſed in abrae ſinum.
Idem ſuper cano. iacobi. Magne felici
tatis eſt conditio chriſtianorum. quibus clari
tudo regni in paupertate poſita eſt. poſſide
re quod cum labore acquiritur paucorū eſt. con
temnere quod cū fructu contemnas omnium
eſt. Felicitas ergo magna chriſtianorum: qui
bus datum eſt vt paupertate faciant precium
regni celorum. Idem. Non tibi diſpliceat
paupertas tua: nihil enim ea poteſt diuitius inue
niri. Vis ſcire quam locuples ſit paupertas. ce
lum emit. Job. Chryſ. Non malum aliquod
eſtimemus inopiam: etenim ſapiētie ⁊ patiē
tie ⁊ omnis philoſophie nobis magiſtra eſt
inopia. Ambro. in hexamerō. Juſtus vir
qui hic eguerit: illic abundabit. ⁊ qui hic la
borē tolerauerit: illic conſolationem habebit
qui autem hic receperit bona: illic mercedem

eorum sperare non poterit: paupertas enim mercedē suā reseruat. cētis absumit. Hieronymus in ep̄la. Vacu⁹ viator: ⁊ nudus latronis non timet insidias: securus a nocturnis furibus dormit. pauper etiam si claustra non muniat: diuiti vero sine opes latronis imaginantur occursum: ⁊ iugi sollicitudine somnum adimunt. Idem. Socrates ille thebanus quondam ditiſſimus: cum ad philoſophandum athenas pergeret: magnū auri pondus abiecit in mare. nec putauit se poſſe ⁊ virtutes simul: ⁊ diuitias poſſidere. Bern. in epistola. Volo te eſſe amicū pauperum magis autem imitatorem. ille gradus proficientium est: hic perfectorum. Amicitia nāq̄ꝫ pauperū regis amicos constituit. sꝫ amor paupertatis reges facit. regnū deniq̄ꝫ celorum pauperum est. Idem in sermo. Cū tria ſint genera paupertatis. neceſſaria: voluntaria. ⁊ simulatoria: recte diuidens ⁊ recte offerens: reiecta simulatione neceſſariam patiens: voluntariam amplectens: pauper efficitur spiritu. Idem. Felix paupertas voluntaria relinquentium omnia: ⁊ sequentium te domine iesu. Felix plane: que iam securos: immo glorioſos faciat in illo singulari flagore elementorum. in illo tremendo examine meritorum. in illo tanto discrimine iudiciorum.

Sene. in epistola. Cui cū paupertate bñ conuenit diues est. Idem. Non qui parū habet: sed qui plus cupit pauper est. Idē Aude hoſpes contemnere opes: ⁊ te quoq̄ꝫ dignum finge deo. Nemo alius est deo dignus: q̄ꝫ qui opes contempsit. quarū poſſeſſionem tibi nō interdico. sed hoc efficere volo vt intrepidus eas poſſideas. Idē. Si vis vacare animo: aut paup ſis oportet: aut pauperi similis. Non potest salutare fieri studium sine frugalitatis cura.

¶ De diuitibus.

Capitulum xliij.

g Rego. i ome. Quicūq̄ꝫ bene in h̄ seculo habetis: cum vos bona egiſſe recolitis valde de ipsis pertimescite: nec conceſſa vobis prosperitas eorūdē remuneratio sit bonorum. Idem. Cū pauci sint qui spiritalia dona percipiunt: ⁊ multi qui rebus tp̄alibus abundant: per hoc se diuites virtutib⁹ pauperū inserunt q̄ eisdē sanctis pauperibus de suis diuitijs partiuntur.

Idem. Plerumq̄ꝫ mali eo magis contra dn̄m superbiunt: quo ab eius largitate ⁊ contra meritum ditant. ⁊ qui prouocari bonis ad meliora debuerunt: donis peiores fiunt.

Aug. de ciui. dei. Temporalib⁹ magis vtēdum est q̄ꝫ fruendum. vt frui mereamur eternis: non sicut peruersi qui frui volūt nūmis vti autem deo. quī non nūmum propter deū impendunt: sed deum propter nūmū colunt.

Idem. Preclaras exequias ⁊c. supra de pauperibus. Idem de verbis dn̄i. Ecce recole diues primordia tua. dic rogo: qd attuleris: aut si dicere erubescis: audi apostolum dicentē. Nihil inqt intulimus in hunc mundum: vtiq̄ꝫ quando nati sum⁹. sed nec auferre quid poſſim⁹: vtiq̄ꝫ quando de mundo exibim⁹. nihil attuliſti: nihil auferes. quid te inflas contra pauperem. certe qñ habito casu vetera sepulcra franguntur: oſſa diuitum ab oſſibus pauperū non agnoscunt. Idē Vtere diues li. ij. de elemosyna. Johan. chrysost. super math. Non propter hoc diues diuitias accepiſti: vt in lasciuia consumas: sed vt in elemosynam expendas. nunquid enim tua sunt que habes: que pauperū bona sunt tibi credita sunt: etiam si ex laborib⁹ iustis vel ex hereditate paterna poſſeſſo: factus fueris. Idem super iob. Per innumeras mortes suorum letantur se cupidi ad pecunie ianuas perueniſſe voluntari nanq̄ꝫ in scenis eius tanq̄ꝫ fineis delectantur. ⁊ vt tauri stercus ci⁹ euoluere. Ambro. de offi. Iſti qui in delicijs: qui in luxuria: rapina: questibus: honoribus: studia sua posuerunt. spectatores magis sunt q̄ꝫ preliatores. habent lucrum laboris: fructum virtutis non habent. Idem in hexameron. Nudi omnes nascimur: nudi morimur: nulla discretio inter cadauera

mortuorum: niſi forte quia gravius ſetent di uitum corpora diſtenta luxuria. Idem in ſermone. in commune omnibus diuitib⁹ atq; pauperibus terra fundata eſt. cur vobis ſuo propriū ſoli diuites arrogatis: neſcit natura diuites que omnes pauperes generat.

Idem. Quicunq; patrimonio ſuo tanquā poſſeſſor non vtitur: qui largiri pauperi ⁊ diſpenſare non nouit: is ſuarum ſeruulus eſt: non domin⁹ facultatū. ¶ Idem. Ipſum nomen conſidera: ditem dicunt gentiles inferni preſulem: arbitrum mortis. Hieronim⁹ in origi. ſuper abacuc. iij. Pro iniquitate vidi tentoria ethiopie. omnis diues: aut iniqu⁹ aut heres iniqui. Seneca in epiſtola. Libera te primo metu mortis: ille nobis graue iugum imponit: deinde metu paupertatis. Si vis ſcire q̄ nihil in illa mali ſit: compara inter ſe pauperum ⁊ diuitum vultus: ſepius pauper ⁊ fidelis ridet. Idem. Horū qui felices vocantur hilaritas ficta eſt: aut grauis ⁊ ſuperata triſticia: eoq; grauior. q: interdum non licet eſſe miſeros. ſed inter erūnas cor ipſum excedentes neceſſe eſt agē felicē.

¶ De potentibus.

Capitulum xliiij.

8 Reges. in regiſ. Qui poſt terrenam [illegible] ri ſuo debet enixi⁹ laborare [illegible] ſiderat operationis ſue grad.b⁹ poſſit aſcendē.

Idem. Summū in regib⁹ bonū eſt: iuſticiam colere: ac ſua vnicuiq; iura ſeruare ⁊ in ſubiectos non ſinere quod poteſtatis eſt fieri. ſed quod equum eſt cuſtodiri. Idem. Tunc regnum bene regiſ: cū regnandi gl'ia animo non dn̄atur. Idem. Reſtringēda ſub ratione poteſtas eſt: nec quicq̄ eſt agendū prius q̄ concitata ad tranquillitatē mens redeat. nam cōmotionis tpe iuſtum putat irā q̄d fecerit. Idem in paſto. Contra deum pſunt potentes ſi eos eos per conditionē tenent ſubditos: equales ſibi p nature conſortiū non agnoſcūt. Idem in mora. Bene poteſtatem exercet qui ſcit p illam ſup culpas eri gi. ſcit cū illa ceteris equalitate componi: humana enim mens plerūq; extolliſ: etiam cū nulla poteſtate fulciſ. quāto igiſ magis ſe in altū erigit cū ſe ei etiam ptās adiūgit. Idē. iuncta ſemper eſſe ſuperbia potentibus ſolet.

Aug. d̄ vita chriſtiana. Quo poteſtas ſublimior eſt: tanto ad peccandum maior eſt audacia. q: totum credit licere ſibi quod poteſt ⁊ eum alteri⁹ iudicium non timent: qui alios iudicant: ad peccandū pcipites fiūt. Idē. Domines diabolum. ſupra de ambitioſis.

Idem de mendacio. Nulli eſt iniuria per potentias vel leuiter inferēda: vt ab alio grauior iniuria repellaſ. Amb. de offi. Laus dn̄i vbi munda poſſeſſio: ⁊ innocēs familie diſciplina. Idem in apolo. Peccauit dauid vt ſolent reges: ſed penitētiam geſſit: fleuit ⁊ ingemuit: q̄d non ſolent reges. Iſid. de ſum. bo. Qui recte vtitur regni poteſtate: ita preſtare ſe omnibus debet. vt q̄nto magis honoris celſitudine claret: tanto ſemetipſum mente magis humiliet: preponens ſibi exemplum humilitatis dauid: qui de ſuis meritis non tumuit: ſed humiliter ſeſe deijciens dixit. vilior fiam plus q̄ fact⁹ ſum: ⁊ ero humilis in oculis meis. Idem. Qui recte vtiſ [illegible] tiſ proprijs viribus: nec a deo recedit cor ei⁹ regni quoq; faſtigio humili preſidet animo. non eū delectat iniquitas: non inflammat cupiditas. ſine fraudatione alicuius ex paupe diuites faē. ⁊ quod iuſta poteſtate a pplo extorquere poterat. hoc ſepe miſericordi clemētia donat. Idem in ſyno. Modica eſt huius ſeculi gloria: caduca eſt ⁊ fragilis temporalis potentia. dic vbi ſunt reges: vbi principes: vbi imperatores. vbi locupletes rerum vbi potētes ſeculi. vbi diuites mundi: quaſi vmbra tranſierunt: velut ſomnium euanuerunt. Bern. in epl'a. Principis error multos inuoluit. ⁊ tantis obeſt q̄ntis preeſt ipſe.

Senē. in epiſtola. Nec pmiſcuā haberemēc vulgarē clementiā principem decet. Nā tā omnibus ignoſcere ꝗ̄3 nulli malū eſt. Ideꝫ Sic cū inferiore viuas quēadmodū tecum viuere ſuperiorē velis. Idē. Quotiens i mentē tuā venerit quantū tibi in ſeruū tuum liceat. totiens veniat etiā in mentē tuam tantūdem in te dño tuo licere. At ego ingenullum dñm habeo. Rñdeo bona forſitan ē fortuna. Si neſcio qua etate hecuba ſeruire cepit. qua creſus: qua darij mater.

## De iudicibus.

### Capitulum xlv.

Grego. in ome. Durum eſt vt q neS ſcit tenere moderamina vite ſue: iudex fiat vite aliene. Idē. Iudicare digne i. c. de acceptōe pſonaꝝ li. iij. Idē in mora. Maiora crimina ꝛ tarde credenda ſunt cū audiunt: ꝛ citius punienda ſunt cum veraciter agnoſcūtur. Idē. Tres ſunt acceptiones munerꝫ ad quas ex fraude feſtinatur ad iudiciū. Munus nāq3 a corde eſt captata grā cogitatōe. Munus ab ore eſt glia per fauorē. Munus a manu eſt premiū per datōem. Idē. Boni te dulcē in. c. de qeta te li. iiij. Ioh. Chry. ſup math. Benigni ꝛ iuſti iudicio eſt ſuas iniurias contēnere: ꝛ alioꝝ iniurias iudicare. Idem. Facile deuiat. in. c. de timore in li. iij. Iſi. in ſyno. Noli eſſe plus iuſtus ꝗ̄3 iuſtū eſt: omne eniꝫ qḋ nimis eſt: viciū eſt. Idē. Nullū iudices. i. infra li. iij. c. de ſtultiloquio in accuſatōe. Idē de ſunt. bo. Neminē ſtultoꝝ vel improboꝝ oportet iudicē eſſe. Nā ſtultus per ignauiā3 improbus p improbitatē corrūpit quā didicit veritatē. Idē. Qui recte iudicat: ꝛ premiū inde remuneratōis expectat fraudē in deo perpetrat: q: iuſticiā quā gratis partiri debuit acceptione pecunie vendit. Idem. Quattuor modis iudiciū humanū peruertitur. timore: cupiditate: odio: amore. Timore dum metu poteſtatis alicuius veritatē loqui pauefcimus. Cupiditate dū pmio muneris alicuius corrūpimur. Odio: dū ɔtra quēlibꝫ aduerſari molimur. Amore: dū amico vel ppinquis obtēpare ɔtendimus. Aug⁹ in epiſtola. Iniquū eſt vt quiſq3 iudicare ḋ alio velit: ꝛ iudicari de ſeipſo nolit. Idem. Imple chriſtiane iudex pij patris officiū. ſic ſuccenſe dolcas iniquitati vt conſulere memineris humanitati. Idē in ſer. Cū iudicaueris teipm ſine adulatōe. iudica pximū cū dilectōe. Idē ɔ̄ donatiſtas. Nō facile p vno vel paucis: aduerſus innumerabiles religiōis ꝛ vnitatis viros: ꝛ magno ingenio ꝛ vberi doctrina [illegible] pertractatis pro viribus atq3 bene perſpectis rebus ferenda ſententia eſt. Idē. [illegible] de ſacerdotibus bonis li. i. Ambro. in apolo. Vnuſquiſq3 de alio iudicaturus: de ſeipſo prius iudicet: nec minora in alio errata cōdēnet. cū ipſe grauiora cōmiſerit. Idē. Sepe ꝛ in iudicādo maius penā iudicij eſt: ꝗ̄3 peccatū ipm de quo fuerit iudicatū.

## De nobilibus.

### Capitulum xlvi.

Grego. in dyalo. Nōnullis ſolet noS bilitas generis parere ignobilitatē mentis ꝛ minus ſe in hoc mūdo deſpiciant: qui plus ſe ceteris aliquid eſſe vel fuiſſe meminerint. Hiero. in epiſtola ad celantiā. Nulli te vnꝗ̄3 de generis nobilitate pponas: nec obſcuriores quaſq3 ꝛ humili loco natas te inferiores putes neſcit enim religio nr̄a perſonas: nec conditōes hoim ſed animas inſpicit. Idē. Sola apud deū libertas eſt nō ſeruire peccatis. ſūma eſt apud eū nobilitas clarꝫ eſſe virtutibus. Idē. Nobilitatis tue tm̄ ad hoc memineris: vt cum claritate generis: morꝫ ſanctitate ɔtēdas. Idē Nō eſt qḋ ſibi aliquis de generis nobilitate blandiatur. ſi ex meliori parte fit ſeru⁹. Idē Mundanā nobilitatē nō nature equitas ɔ̄ſtituit: ſed cupiditatis ambitio inuenit. Idem in ome. Ille apud deū potior ꝛ nobilior eſt: non quem nobilitas generis: aut dignitas ſeculi. ſed quē deuotio fidei deo ꝛ ſancta vita cōmendat. Ambro. in ſer. Nullū ad ɔ̄nē.

datõem hoĩs 𝔠ditio ſuitutis affert impedimentũ. nec dignitas 𝔭ſapie meritũ: ſed fides affert: ſiue liber ſiue ſeruus: omnes i chriſto vnum ſumus. Bernar. in epiſtola. Et ſi nõ apud deus eſt acceptor pſonarũ: neſcio tamẽ quo pacto virtus in nobili placet: an forte q: plus claret. Siquidem ignobilis cũ caret glia: nõ facile liquet vtrũ q: noluit: aut q: nõ poſſit habere. laudo tñ factã de neceſſitate vtutẽ: ſed plus illam quã elegit animi libertas: nõ quã inducit neceſſitas.

¶ De militibus.

Capitulum xlvij.

Grego. in regiſtro. Summe militie laus inter alia bona merita hec eſt: obedientiã ſancte rei publice vtilitatis cauſa exhibere: ⁊ qđ ſibi vtiliter iperatum fuerit obtẽpare. Joh Chryſ ſup Math: Inhoneſtũ eſt apud deũ opus negociationis ſicut nec dignitas eſt militie. Ambro. ſuper Luc. iij. Nemine 𝔠cutiatis. Singulis generibus hoĩm tribuit ſctũs Johẽs baptiſta reſponſum. ſcʒ publicanis: ne vltra q̃z pſcriptum eſt eis exigant. militibus ne calũniam faciant ne pdam requirant. docens idcirco ſtipẽdia 𝔠ſtituta militie ne dũ ſumptus querit pdo graſſet. Aug' de verbis dñi. Nõnulli q: aut militie cingulo detinent. aut in actu ſunt publico 𝔠ſtituti: cũ peccant grauiter aſſolent a peccatis ſuis prima ſe voce excuſare, q: militant: ⁊ ne bñ aliqñ faciãt occupatos ſe malis actibus 𝔠querunt. ¶ Idem. Nõ eſt delictũ militare: ſʒ 𝔭pter pdã militare pctm̃ ẽ. Nec rẽpublicã gerere criminoſum ẽ. ſed ió agere rẽpublicã vt rẽ familiarẽ augeas potius: videt eſſe dãnabile. ¶ Idẽ in eplã ad iulianũ comitẽ. Hoc primũ cogita qñ armaris ad pugnã. q: vtus tua ⁊ fortitudo corpal donũ dei ẽ. ſic enim cogitabis de dono dei nõ facere 𝔠tra deũ. ¶ Idẽ. Eſto etiã bellando pacific': vt eos q̃s expugnas ad pacis vtilitatẽ vincendo pducas. beati enĩ pacifici ait dñs q: filij dei vocabunt. ¶ Idẽ. Hoſtẽ pugnãtẽ neceſſitas pimat nõ voluntas. ⁊ ſicut bellanti ⁊ reſiſtenti violẽtia reddit. ita victo vel capto mia iam debet: maxĩe in quo pacis pturbatio nõ timet. ¶ Idem. Ornet mores tuos pudicicia 𝔠iugalis: ornet ſobrietas ⁊ frugalitas. valde enim turpe eſt vt militẽ quẽ nõ vincit hõ: vincat libido: vt obruatur vino q nõ vincit ferro. ¶ Idẽ. Ex his q̃ habes de militia grãs age deo tanq̃z fonti bonitatis vñ habes. atqʒ in oĩbus bonis actib' tuis illi da claritatẽ: tibi aũt humilitatẽ.

¶ De negociatoribus.

Capitulum xxviij.

ſe hec facere licenter putant. Idem in mora. Uſitatum humani generis vicium eſt: et libendo peccatum committere: et cōmiſſū negando abſcondere: et conuictum defendendo multiplicare. Idem. Sunt nōnulli qui nequaquā deflent quod faciunt. ſed etiam laudare et defendere non deſiſtunt: et nimirū cum defenditur culpa geminatur. Idem. Superbie viciū eſt vt quod de ſe fateri quiſqz quaſi ſponte dignatur. hoc ſibi dici ab alijs dedignetur. Hierony. in ori. ſuper oſee. Libenter viciis noſtris applaudimus: et ſuperati voluptatibus obtendimus carnis infirmitatem: aut dura maiorum imperia. Idē Nihil omnino agimus. Infra de conſolatione mala. Iſidorus de ſum. bono. Eſt quorundam excuſatio peruerſorum: qui dū pro ſuis facinoribus arguuntur: verba iuſtorum pro cenſura declinanda abijciunt: reſeruantes ſe diuino iudicio: quo puniendi ſunt durius: dum tēporaliter contemnunt iudicari ab hominibus. Bernardus ſuper canti. In animam peccat ſuam qui excuſat dū arguitur: repellens proinde a ſe indulgentie medicinam: et ſic vitam ſibi intercludēs eternam. Idē de. xij. gradibus. Multis modis fiunt excuſationes in peccatis. aut enim dicit qui ſe excuſat: non feci: aut feci quidem ſed benefeci. aut ſi male: non multum male: aut ſi multum male: non mala intentione. ſi autem de illa velut adam vel eua conuincitur: aliena ſuaſione excuſare ſe nititur. Idem ſuper qui habitat. Omnes aliquando cadere neceſſe eſt: dū in homo ſeculo detinentur ſed alij quidem colliduntur: alij non quia dominus ſupponit manum ſuam. verum hoc intereſt inter eorum caſus quod iuſtus ſuſcipitur a domino ideoqz reſurgit fortior. iniuſtus autem cum ceciderit non adijciet vt reſurgat. immo vero aut in pudorem noxium: aut in impudentiam cadit. aut enim excuſat qd fecit: et hoc eſt pudor adducens peccatum: aut fit ei frons meretricis: et iam nec deum timet nec homines reueretur. Ambro. in apolo: Aliqui homines cum a ſacerdotibus corripiuntur: peccatum ſuum aggrauāt dū negare cupiunt aut defendere. Auguſtinus. Nonnulli. Sup li. i. de militibus. Glo. pſal. lxix. Malū eſt peccare: peius eſt perſeuerare. ſed pernicioſius eſt defendēdo ſe in deū culpā refundere. De accuſatiōe Grego. in mora. Inuidi dū bonū qd vidēt accuſare nequiūt: excecati malicia malū quod non vident ad accuſationem querunt. Iſido. in ſyno. Nullū iudices ſuſpicionis arbitrio: ante proba et ſic iudica. nō enim qui accuſat ſed qui cōuincit reꝰ eſt. Augꝰ de ſer. dñi in mōte. Accuſare vicia officiū ē virorum bonorum et beniuolorum. De murmuratione Grego. in omelia. Si iuſta placere deo ſcimꝰ: pati aūt nulla niſi q dño placuerit poſſimꝰ: iuſta ſūt cūcta que patimur. Unde valde iniuſtū ē ſi de iuſta paſſiōe et afflictiōe murmuramꝰ. Idē. Qui contra ſuppoſitā ſibi poteſtatem murmurat: liquet qd illū redarguit qui eandem homi poteſtatē dedit. Idē in omelia. Regnū celorum nullꝰ murmurās accipit: nec vllus qui accipit murmurare pōt. Joh. chryſo. in ſer. Qui murmurat de periculo tentatiōis: murmurat de premio probatiōis. Berñ de ꝯſid. Si is qui murmurāt ſuū aīam mortuꝰ eſt: qui ad murmurandum inſtigat quō viuit. Idem in ſer. Nihil ſic horrendum vt murmur et diſſenſio in ꝯgregatiōe monachorum. Idem. Si moleſte ceperis ſuſtinere: ſi iudicare placitū ſi murmurare in corde: etiam ſi exterius impleas quod iubetur: non eſt virtus patiētie: ſed velamen malicie. Glo. numeri. xi. Ignis iuſte vltionis in futuro illos excruciat: qui lingua inflammata a gehēna murmurāt et detrahunt. De cōtentione Grego. in moral. Culpabiliores eſſe ſolent hi qui loqui in cōtentiōe inchoant: quā qui reſpōdēt. Idē. Quiſquis in ſeminando iurgia dilectiōem proximorum perimit: hoſti familiarius ſeruit.

Idē. Hypocrita aſſumpto ſancto conuerſationis habitu filiorū ſuorū cuſtodiam

deſerit. ſed temporalia queq̃ defendere etiã iurgijs querit. Aug⁹ in regula. Lites nullas habeatis aut q̃ celerrime finiatis. ne ira creſcat in odium: ⁊ trabẽ faciat de feſtuca. et animã faciat homicidã. ſicut enim legiſtis. q odit fratrem ſuum homicida eſt. Idem. Vobis a verbis durioribus parcite: que ſi emiſſa fuerint ex ore veſtro: nõ pigeat ex ipſo ore proferre medicaméta vnde facta ſunt vulnera. Iſido. in ſyno. Cõtentio faces odiorum accendit: pacem cordis contentio extinguit: concordiam cõtentio rumpit. Seneca in epiſtola. Rixa eſt inter competitores.

¶ De conuiciatõe. Grego. in moral. Sepe praui dum ſue viciũ fortitudinis ignorant: audẽter aliorũ rectitudinẽ lacerãt. cũq3 contra bonos ſibi auctoritatem increpatiõis arripiunt: aut ea bona proferunt que nõ videndo ſed audiendo didicerunt. aut ea mala alijs mentientes ingerunt que ipſi cõmiſerũt. Idem. Sepe qui in poteſtate ſunt ad ſubiectorum paſſim contumelias erumpunt: et hoc quod invigilãtes regimini ſeruiunt: per lingue procacitatem perdunt. minori ſcilicet rectitudine verba iudicio penſantes. quia q ſine cauſa fratrem fatuũ dixerit: gehenne ſe ignibus adijcit. Iohã. Chryſo. de cõpunc. cor. Siue fatuũ quis dixerit: ſiue vanum: ſiue latronem: ſiue quolibet alio nõie iniuriã vel maledictum fratri ingeſſerit: ex quolibet horum vocabulo ſub maledicti titulo gehenne ignis ſupplicijs cõdemnaẽ. Auguſtinus. Quicumq3 conuicio. Supra i capitulo de ſatiſfactione. li. ij. Hiero. in epiſtola. Nec ſibi quiſq̃ de corporis caſtitate ſupplaudat: cũ de verbo ocioſo quodcunq3 locuti fuerint homines reddituri ſunt pro eo rationem in die iudicij: cum etiam homicidij ſit reatus conuicium in fratres. Bern. in epiſtola. Ego plagis cõſcientie mee nullũ iudicio accõmodatius medicamentũ probris ⁊ cõtumelijs: non eſt proinde q pro me moueat homuncio oĩ opprobrio dignus ⁊ deſpectatione.

¶ De deriſione. Grego. i mor. Timendum eſt ne etiã nobis cadentibus ſurgat: qui a nobis ſtãtibus irridetur: q̃uis ſtare iam nõ nouerit qui non ſtantẽ nouerit irridere. Idẽ. Illũ facit humana deriſio deo proximũ: quẽ ab humanis prauitatibus vite innocentiã ſeruat alienũ.

¶ De maledictione. Grego. in mora. Aliter maledictũ profertur pretextu iuſticie. aliter liuore vindicte. Idem. Cũ ſancti viri maledictõis ſententiã proferunt: nõ ad hanc ex voto vltionis. ſed ex iuſticia examinis erumpunt. Idem. Qui maledictionibus inimicũ impetit: qd aliud in illo deũ facere voluit: niſi qd ipſi aut facere nequeunt: aut erubeſcũt. Idẽ in regiſ. ad quendam archiepm. Nil te oſtendis de celeſtibus cogitare: ſed terrenã te cogitationem habere ſignificãs: dũ pro vindicta proprie iniurie quod ſacris regulis prohibeẽ maledictũ anathematis inuexiſti. Idẽ in dial. ſuper illud. Neq3 maledici regnũ dei poſſidebunt. Penſa q̃3 grauis eſt culpa que ſeparat a regno vite. Aug⁹ de cõflictu. Quid de illis dicẽdum eſt qui furore cecitatis vſq3 ad verba prorumpunt maledictiõis: niſi hoc quod apoſtolus ait: neq3 maledici regnum dei poſſidebunt. Prouer. xxvi. a. Maledictum fruſtra prolatum in quépiam deuoluetur. Interl. in proferentem. Ibidem glo. Eſt aliquod maledictum iuxta diuinam iuſticiam vt excõmunicatio. Ioh. Chryſo. de compunc. Chriſtus orare nos pro caluniantibus iubet. nos autem inſidias ⁊ dolos etiam amicis concinnamus. Chriſtus maledicentibus benedicere iubet: nos autem econtrario aut prior̃ maledicimus: aut maledici alterius multiplicata maledicta reſtituimus.

¶ De detractione. Grego. ſuper Ezechielẽ. Peruerſorũ derogatio vite noſtre approbatio eſt. quia iam oſtenditur aliquid iuſticie nos habere: ſi illis diſplicere incipimus qui non placent deo. Idem. Ne immoderãtis. Infra de infamia. Iſido. in ſyno. Detractio graue crimen eſt: detractio grauis damnatio eſt. Idem. Nũq̃3 detra

deo ſi te bene perſpexeris. Idē. Erit ille apud deū. Infra de credulitate. Johānes Chryſo. in ſer. Ad cōdemnandū ceteros oē vite noſtre tempus abſumimus: a quo vicio neqꝫ ſeculi hominē: neqꝫ monachum vllum facile inuenias liberū. Hiero. in epiſtola. Quia homines ſumus: ⁊ interdū ꝯ annoꝝ maturitatē pueroꝝ vicijs labimur. Si me vis corrigi delinquentē aperte increpa tm̄. ne occulte mordeas. Bern. ſuper canti. Unus eſt detractor qui loquitur: ⁊ vnū tm̄ verbū profert: ⁊ tamen illud vnū verbum vno in momento: multitudinis audientiū aures inficit: animas interficit. Idē de conſide. Detrahere an detrahentem audire: qd horum damnabilius ſit non facile dixerim. Auſ. de ſiſi. Tria ſunt genera homicidij que pari plectuntur pena interfectio hominis: detractio proximoꝝ: odiū fraternū. Idem. Detractio eſt quotiēs quis aliquid ea intentione de aliquo dicit vnde ipſe minꝰ amari vel appreciari poſſit. De adulatione. Grego. in dialogo. Mos eſt vt occupato in multis animo adulatio valde ſurripiat. ſi ab ipſo cordis oſtio nequaꝙ fuerit citius repulſa. Idē in regiſ. Nec nouum nec reprehenſibile eſt in eligendo ep̄o populi ſe vota in duas partes diuidere: ſed graue eſt qñ in huiuſmodi cauſis nō ex iudicio: ſed ex ſolo fauore adulationis venit electio. Idem in omel. Uir pro culpa ſua quēpiā aperta voce reprehendimus. ⁊ adhuc quod eſt grauius aliqñ ſi perſona in hoc mūdo potēs ſit eius forſitan ⁊ errata laudant. ne ſi auertatur per iracundiā munus ſubtrahat qd impēdebat. Ambro. de offi. Non eſt vera amicicia vbi eſt fallax adulatio. Idem. Proſpiciendū eſt ne adulantibus apiamus aurem. emolliri enim adulatione non ſolū fortitudīs nō eſſe: ſed etiam ignauie videtur. Augꝰ de queſtio. ve. ⁊ no. teſta. Adulator eſt qui ideo dat conſenſum ne offendat cum quē optat habere propiciū. Idem de trini. Si inimicus inſultat ferendus eſt: amicus autē ſi errat, docendus eſt. ſi docet audiendus. laudator vero ⁊ errans ꝯfirmat errorem. ⁊ adulans illicit in errorē. Hiero. in glo. matth. xi. Rigida vita ⁊ predicatio vera declinare debet molliū palacia. que frequentant mollibus induti adulantes qui ponūt puluinaria ſub cubito. qui vitā palpant peccantiū: nō pungūt. vt vel ſic aliquid venenſ. Bern. Habet vera. Infra lib. iiij. de amicicia. Glo. ſup pſal. lxix. Plus nocet lingua adulatoris: qꝫ manus perſecutoris. Sene. in epi. Illud precipue nos impedit ꝙ cito nobis placemꝰ ſi inuenimus qui nos bonos viros dicat: q prudentes: q ſanctos: ⁊ nō ſumꝰ. ¶ De ſuggeſtione. Grego. ſuper Ezech. Hi qui ⁊ alios ad iniquitatem ſuadendo pertrahūt: in ſemetipſis miniſteriū demonum ſuſcipiūt. Hiero. in epiſtola. Cum de aliquibus q ſanctum nomē profitentur aliquid criminis vel falſi ſonuerit, vel veri patuerit: inſtāt maliſatagunt ambiunt: vt de alijs oibus hꝫ credatur. Iſi. de ſum. bo. Deteriores ſunt q ſiue doctrinis ſiue exemplis vitam moreſqꝫ bonoꝝ corrūpunt: his q ſubſtantias alioꝝ prediaqꝫ diripiunt. De turpiloquio. Hiero. in epiſtola. Non flagitio tingue nitorem ſed anime puritatē. apud chriſtianos enim ſoloeciſmus eſt: ⁊ magnū viciū turpe qd vel narrare vel facere. Bern. in ſer. Dū ocioſa tanꝙ minima ſpernimus: ad turpia interdū ⁊ inhoneſta dilabimur. De mendacio. Gre. in mora. Deus mēdacio noſtro non eget. q: veritas fulciri nō querit auxilio falſitatis. Idē. Sūmope cauendū eſt omne mendaciū: qꝫuis nōnūqꝫ ſit aliqd genus mendacij culpe leuioris. ſ. ſi quiſqꝫ beneficium preſtando mentiaſ. Idem. Incaute ſunt humiles qui ſe mēdacio illaqueāt dū arrogantiā vitant. imo mentiendo ſupbiunt qui ꝯ veritatem ſe erigūt quā relinquūt.

Idem. Quiſquis expoſitor. Infra li. iiij. de doctrina. Iſido. in ſyno. Caue mendacium in omnibus: mendacio enim fides tollitur: error inducit: veritas aboleſ: nullū mē

dacium poteſt eſſe iuſtū. Idē de ſum.bo. Teſtis falſidicus tribus eſt perſonis obnoxius: primū quidē deo: quē piurando ↄtēnit. ↄſequenter iudici quē mentiēdo fallit. poſtremo inocenti: quē mētiendo ledit. Idem. Nōnumq̄ȝ peius eſt mendaciū meditari q̄ȝ loq. nā interdū q̄ſq̄ȝ incautus ſolet ex p̄cipitatione loq mēdaciū. meditari aūt nō pōt niſi p ſtudiū. Aug⁹ in enchy. Utiq̄ȝ v̄ba propterea ſunt inſtituta: nō p q̄ inuicem ſe hoīes fallāt. ſed p que in alterius q̄ſq̄ȝ noticiā cogitatōes ſuas pferat. Idē. Mihi videt. oē mendaciū eſſe petm̄ quidē: ſed multū intereſſe quo animo ⁊ de quibus rebus quiſq̄ȝ mētiat. Idē. Omne mendaciū ideo dicēdū eſt eſſe peccatū. q: hō nō ſolū qn̄ ſcit ipſe qd verū ſit: ſed etſi qn̄ errat ⁊ fallit ſicut hōr hoc dȝ loqui qd animo gerit: ſiue illud verū ſit: ſiue putet ⁊ nō ſit. Idē i li. de mēdacio Mēdaciū eſt falſa ſignificatio vocis cū intentione fallendi. Idē de vera religione. Ineſt omni mentiēti volūtas fallēdi: etiam ſi ei nō credat. Idē de doc. chriſtiana. Nemo mentiēs in eo qd mentit ſeruat fidē. naȝ hoc vult vtiq̄ȝ vt cui mentit ſibi fidē abhibeat: quā tn̄ ei mentiēdo nō ſeruat. oīs aūt fidei violator iniquus eſt.

¶ De iuratione.

Aug⁹ de mendacio. Dico vobis nō iurare oīno: ne ſcȝ iurando ſel' ad facilitatē iurādi veniat. ex facilitate ad ↄſuetudinē: ⁊ ex ↄſuetudine in piuriū decidat. Idē ſup cano. iaco. Falſa iuratio exitioſa eſt. v̄a iuratio periculoſa. nulla ſecura. Idem. Qnā graue peccatū eſt periurare. compendiū tibi dedit ſcriptura dicens. Noli iurare. Idē. Periuriū p̄cipiciū eſt. qui iurat iuxta eſt. qui nō iurat longe eſt. qui verū iurat nō peccat: ſed ppe eſt ad peccatū. ſed qui nō iurat non peccat ⁊ longe eſt a peccato. Idem. Qui iuramētū exigit ab alio: multū intereſt ſi neſcit illum falſum iuraturū: an ſcit. Si enim neſcit: ⁊ ideo dicit: iura mihi: vt fidelis ei fiat. nō audeo dicere eſſe peccatū: tamen humana tentatio eſt. Si aūt ſcit ⁊ cogit eū iurare: homicida eſt. ille enim ſuo periurio ſe pimit. Jō in epi. Sine dubio nimius malū eſt per deū falſum iurare veraciter: q̄ȝ per deū verū iurare fallaciter. quanto enim p qd iurat magis eſt ſanctū: tanto magis eſt penale piuriū.

¶ De blaſphemia.

Gre. in mor. Filij in cordibus deo maledicūt cū recta noſtra opera a nō rectis cogitationibus pcedūt. cum bona in aperto exerunt. ſed noxia in occulto moliuntur. Idē ibidē: Deo quippe maledicūt cū ſe ⁊ ab illo accepiſſe vires intelligunt. ſed tn̄ de eius muneribus ppriā laudē querunt. Aug⁹ de vera religione. Blaſphemia eſt cū aliqua mala dicunt de bonis. Itaq̄ȝ iā vulgo blaſphemia eſt vbi mala verba de deo. Glo. auguſ. ephe. iiij. Blaſphemia eſt per quā de deo ipſo falſa dicuntur. ⁊ ideo peius eſt blaſphemare q̄ȝ peierare. q: peierando falſe rei adhibetur teſtis de⁹: blaſphemando de ipſo deo falſa dicunt. Idē ſup Johānem. Flagellatus ē chriſtus flagellis iudeoꝝ: ſed nō minus flagellat blaſphemijs falſoꝝ chriſtianoꝝ. Joh. Chryſo. ſuper Job. Glorificemus deū: nō per fidē ſolum: ſed etiā per vitā. q: aliter nequaq̄ȝ erit gloria ſed blaſphemia. nō enim ita blaſphemat deus a gentili exiſtente inquinato vt a chriſtiano corrupto. Berū. Fugiēda ocioſitas. Supra de nugis. Idē. Cauete ne q̄s parua. Supra lib. ij. de peccato. Glo. yſa. xviij. Omne peccatū blaſphemie compatū minus eſt. pſal. lxviij. Grauius peccat cōtempto: ſedentis in celo maieſtatis: q̄ȝ crucifixo: ambulantis in terra paupertatis.

¶ De occupatione.

Capitulum iiij.

g

Grego. in dialo. Multū eſt q vniuſcuiuſq̄ȝ p̄ſulis mentē curaꝝ denſitas deuaſtat. cūq̄ȝ animus diuidit ad multa fit minor ad ſingula. tantoq̄ȝ ei in vnaquaq̄ȝ re ſurripit quanto latius in pluribus occupat. Idē in regiſ. Sicut toto deſiderio debemus curas ⁊ occupatōem hui⁹ mūdi fugere. ita ſi deſit q̄ pdicet occupatōis

onus libenti neceſſe ē humero ſubire. Idē
Qui adhuc valens huius mūdi occupatio
nes fugite: q: quanto quiſq; in corpore ſecerit.
tanto vt video ab amore dei amplius decre
ſcit. Idē in oṁe. Uſu terrene cure a cele
ſti deſiderio obdureſcit animus: et dum ipſo
ſuo vſu durius efficitur per actōem ſeculi: ad
ea molliri nō valet que ptinēt ad charitatem
dei. Idē in mora. Male hō viuit: q̄n eū
ſecularium negocioꝝ eſtus illudit et inquietat.
Idē. Plus in hoc mundo. Infra cap. de
honore. Idē ſuper ezech. Quibuſdā pra
uis mentibus nihil eſt laborioſius q̄ ſi eis p̄
cipiatur vt in huius mundi actibus non la
borent. Aug⁹ de vera religiōe. Amici hu
ius mūdi tam timēt ab eius amplexu ſeparari:
vt nihil ſit eis laborioſius q̄ huius ſeculi cu
ris nō laborare. Iſido. de ſum. bo. Quā
to quiſq; curis mūdi maioribus occupantur.
tanto facilioribus vicijs pmitt. Idē. Mū
di amatores nō ſolū ex eo rei ſunt q: infima
p ſummis appetūt. verūeciā miſeri p h q eū
graui erūna ad ipā deſiderata ptingūt. Io
Longe a deo. Supra li. ij. de orōe mīacceptā
Ambro. in ſer. Excitat diuitē occupatam
cupiditas: excitat curā pulgil aliena rapien
dis: torquet inuidia: mora vexat: ſterilitas pro
uentuum infecunda perturbat: ſollicitat abun
dantia. Idem in epiſtola. Etſi alijs diues
videtur ſibi pauper eſt qui nō vtit eo quod
habet. qui adhuc alia rapinalia deſiderat.

Leo papa. Diabolus oīm diſcutit ꝯſue
tudines. oīm ventilat curas: oīm ſcrutat. af
fectus: et ibi cauſas querit nocendi vbi quē
piam viderit ſtudioſius occupari. Bern.
de ꝯtēptu. Sane vt exercitij ſpūalis et puri
cordis indicium euidens eſt contēptus exte
riorū. ſic eorūdem ſollicitudo certum ſignum
eſt mentis inculte. Sene. in epi. Quiſq;
ſe fortuitis multum dedit: ingentem ſibi ma
teriam perturbationis et inexplicabilē facit.
Una hec via eſt ad tuta vadenti: externa ſiue
fortuita deſpicere: et honeſto contentum eſſe
Idem. Omnia impedimenta dimitte: et
vaca bone menti. nemo enim ad illam per
uenit fortuitis occupatus.

## De mutabilitate. Capitulum. v.

Grego. in regiſ. Si laudibus alioꝝ
letamur: et alioꝝ vituperatiōibus frā
gimur: gloriā noſtrā nō in nobis: ſ;
in alioꝝ ore poſuimus. Idē in mora. Dū
cor i aduerſis ſperat ꝓſpa: in ꝓſpis formidat
aduerſa. huc illucq; quibuſdā fluctibus vol
uit. ac per modos varios reꝝ alternantium
mutabilitate verſatur. Aug⁹ de paſtorib⁹
Hoīm temerarijs iudicijs plene ſunt oīa. d̄
quo enim multū deſperauimus ſubito ꝯuer
titur: et fit optimus. de quo p̄ſumpſeram⁹
ſubito deficit et fit peſſimus. Nec timor ergo
noſter certus eſt: nec amor noſter certus eſt.
quis ſit hodie quiſq; vix nouit ipſe homo. ſi
autē vtcunq; nouit ipſe q̄d ſit hodie: q̄d aūt
cras eſt: nec alius nec ipſe. Idem. de me
dia. Heu me tante infelicitatis: tante pditio
nis: dum enim que retro ſunt obliuiſcens ad
ea que ante ſunt me extēdere volo. ſubito ne
ſcio qua miſeria me relabi ad inania et noxia
ꝯſpicio. Bern. in ſer. Qui ꝯſciētias ſuas
in alienis labijs ponūt: modo magni: modo
parui ſunt: mō nulli: ſcḋm q adulantiū linguis
vel vituperare placuit vel laudare. Sen. in
epiſtola. Hoc habent inter cetera boni mo
res placent ſibi: permanent. leuis eſt malicia
ſepe mutat nō in melius ſed in aliud.

## De vagatione. Capitulū vi.

Grego. in paſto. Interior eſt cuſto
dia cordis que ordinata exteri⁹ ſer
uat mēbra corpis. q̄ ergo ſtatū mētis
perdidit ſubſequenter foras in incōſtantiam
motionis fluit. atq; exteriore mobilitate indi
cat q nulla interius radice ꝯſtātie ſubſiſtat.

Hiero. in epl'a. De agmine columbarū crē
bro accipiter vnā ſepat: quā ſtatim inuadat
et laceret: in cuius carnibus et cruore ſatiet:
et morbide oues ſuū relinquēt gregē: et lupo
rum faucibus deuorant. Idē ſuper illud.

Gene.iiij.ſm aliam lram. Egreſſus cayn a
facie domini habitabat in terra naid: qđ iter
pretatur fluctuatio. quicunqȝ enim a dño recedit:
ſtatim ſeculi fluctib⁹ quatitur: et mouentur pe-
des ei⁹. Auguſt. Cohibeam ſe.li.iiij. de con-
tinentia viſus. Bern. Nihil turpius lib.
.i. de monachis malis. Sene. in epi. Fre-
quens migratio corporis inſtabilis animi p
prium eſt: coaleſcere ocio non poteſt. niſi deſijt
circũſpicere et errare. Idem. Ut animũ
poſſis continere primũ corporis tui fugam
ſiſte: deinde remedia continuata plurimum p-
ficiũt. Idem. Sine diſcere odios moꝛ: ſine
aures aſſueſcere ſanioꝛib⁹ verbis: quo cũ p
ceſſeris in ipſo tranſitu aliq̃ que renouent cu
piditates tuas tibi occurrent. Idem. Pri
mũ argumentũ compoſite vite exiſtimo: poſ
ſe conſiſtẽ et ſecũ moꝛari. Idem. Non con
ualeſcit planta q̃ ſepe transfertur. nihil tam vti
le eſt qđ in tranſitu proſit. Idem. Auarioꝛ
ambitioſioꝛ: luxurioſioꝛ: immo vero crude-
lioꝛ et inhũanioꝛ redeo: q2 inter homines fui.
Idem. Nuſq̃ȝ eſt q ubiqȝ eſt. Idẽ. Ui
tam in peregrinatione agentib⁹ hoc euenit:
vt multa hoſpitia habeant: nullas amicitias.

## De curioſitate.

### Caplm. viij.

Rego. in regiſ. Dũ incõgrua dicẽ
tes audire non renuis: non ſolum
opinionẽ tuam: ſed grauas et aiam.
Idẽ in ome. Graue curioſitatis eſt viciũ:
que dũ cuiuſlibet mentẽ ad inueſtigandam
vitam proximi exteri⁹ ducit. ſp ei ſua intima
abſcondit: vt aliena iciẽs ſe neſciat: et omnis
curioſi anim⁹ q̃nto perit⁹ fuerit alieni meri
ti: tanto fiat ignar⁹ ſui. Idẽ ſup ezech. Sic
malus aer aſſiduo flatu tract⁹ inficit corp⁹.
ita peruerſa locutio aſſidue audita infirman
tiũ inficit animũ vt tabeſcat delectatione pra
ui operis: aſſiduitate curioſi ſermõis. Idẽ
in moꝛa. Fit recto retributionis examine. vt
qui exterioꝛi oculo negligenter viuit: interio-
ri cordis oculo non iniuſte cecet. Idem.
Plerũqȝ res. Infra libro. iiij. de innocentia.

Aug. in confeſ. Cum mihi accidit vt me
amplius cant⁹ q̃ȝ res que cantatur moueat: pe
naliter me peccare confiteoꝛ. et tũc mallẽ non
audire cantantem. Idem. Preter concu
piſcentiã carnis q̃ ineſt in delectatiõe omniũ
ſenſuũ: et voluptatem cui ſeruientes depeũt.
q longe ſe faciũt a te domine: ineſt anime p
eoſdẽ ſenſus corpoꝛis: q̃dam non ſe oblectan
di in carne ſed experiendi per carnẽ vana et cu
rioſa cupiditas noie cognitionis et ſciẽtie pal
liata. Idem. Pulcras formas et varias: ni
tidos et amenos coloꝛes amant oculi. non te
neant hec animam meam. teneat eam de⁹ q
fecit hec bona valde. ſed ipſe eſt bonũ meũ:
non hec. Idem de vera religi. Miſeri ho
mines qb⁹ cognita vileſcũt et nouitatib⁹ gau
dent. libenti⁹ diſcũt q̃ȝ norũt: cũ tamen cogni
tio ſit finis diſcendi. Ioh. chryſo. i ſermo.
In theatro non ſolũ video res infauſtas: ſed
et audio ſupercilioquia. et ex ipſo inceſſu me-
retricis et habitu mollicis: vbi auditu et can
tu diabolico leduntur aures tue. et vndiqȝ per
cutitur mens tua. Iſi. in ſyno. Noli querere
quid q̃ſqȝ dicat vel faciat: euita curioſitatem
omitte curam que ad cauſam tuam non per
tineat. Idem. Oculi prima tela libidinis.
viſio prima concupiſcentia mulieris. Idem
de ſum. bo. Quidam curioſi delectantur audi
re quoſlibet ſapientes. non vt veritatẽ ab eis
querant. ſed vt facundiam ſermonis eoꝝ co
gnoſcant moꝛe poetaꝝ. q magis compoſiti-
onem verboꝝ q̃ȝ ſententiam veritatis ſequũ
tur. Bern. in medita. Multi multa ſciũt
et ſemetipſos neſciũt: alios inſpiciũt et ſeipſos
deſerũt. deũ querũt per iſta exterioꝛa deſerẽ
tes interioꝛa ſua quib⁹ interioꝛ eſt de⁹. Idẽ
de. xij. gra. O dyna quid neceſſe eſt vt vide
as mulieres alienigenas: qua neceſſitate: qua
vtilitate: an ſola curioſitate: et ſi ocioſe video
non tamen ocioſe videris. Idem. Serua
cõmiſſum: caue prohibitũ: ne perdas conceſ
ſum. quid mulierem tuam moꝛtem tam intẽ
te intueris: quid illuc tam crebro vagantia
lumina iacis. Idem. Niſi mens minus ſe

curioſe ſeruaret: tua curioſitas tempus vacuū non haberet. ⁊ ſi culpa non eſt: culpe tamen occaſio eſt. ⁊ indiciū commiſſe ⁊ cauſa cōmittende. Idem. Monachꝰ qui ſui negligens alios curioſe circūſpicit: dum quoſdā ſuſpicit ſuperiores: quoſdam deſpicit inferiores: ⁊ in alijs quidem videt qd̄ īuidet. in alijs quod irridet. inde fit vt pro mobilitate oculorum leuigatꝰ animꝰ: nulla vtiqꝫ ſui cura grauatus: mō per ſuperbiam ad alta ſe erigit: modo per inuidiam in ima ſe demergit.

Idem. Ex inſolenti corporis motu recens anime morbꝰ dep̄hendit̄: qꝫdiu enim a ſui circūſpectione curioſus torpeſcit: incuriā ſui curioſam in alios facit. q enim ſeipſum ignorat foras mittit̄ vt hedos paſcat. Anſ. de ſimilitu. Curioſitas eſt ſtudiū perſcrutandi ea que ſcire nulla eſt vtilitas. Sene. in edi. Nil tam damnoſum bonis morībꝰ: qꝫ in curioſo ſpectaculo reſidere. tunc enim per voluptatem facilius vicia ſurrepunt.

❡ De negligentia.

Caplm. viij.

g Rego. in moral. Si curare parua negligimꝰ: īſenſibiliter ſeducti ſtatim audenter etiam maiora perpetimus. Idē. Pleruqꝫ de bonis per incurie viciū mala naſcunt̄. Idem. Iniquorꝫ mētes q̄ damna ſua ꝯſiderare negligūt: integritatē ſuā q̄ſi neſcientes pdūt: amittūt nāqꝫ a corde innocentiā: ab ore veritatē: a carne ꝯtinētiā. ⁊ per acceſſum tēpis ab etate vitā. Idē in regiſ. Dū diuina p̄cepta nos moneant p̄ximos ſicut noſmetipſos diligē debē: nō parue negligētie eſt p̄cepta dei deſpicere: ⁊ qd̄ ſibi qs metuit alij non timere. Idem in paſ. Si a circūſpectionis ſollicitudine cor deſtituit̄ vulneribꝰ aperit̄. q: hoſtis callidus tāto liberiꝰ pectus percutit: q̄nto nudū a p̄uidentie lorica dep̄hendit. Aug. de verbis domini. Sic hoīes negligūt vitam ſuam vt nolint habē malam rem niſi ipſam. Idē. Eu vulnꝰ. Infra li. iiij. de taciturnitate. Idē de natura ⁊ gratia. Cū vbiqꝫ ſit p̄ſens qui multis modis per creaturam ſibi ſeruiētē auerſum vocet: doceat credentem: conſolet̄ ſperantem: diligentem adhortet̄: conantem adiuuet: exaudiat dep̄cantem: non tibi deputat̄ ad culpam quod inuitꝰ ignoras. ſed q negligis q̄rere qd̄ ignoras. neqꝫ illud q vulnerata membra nō colligis: ſed q volentem ſanare contemnis. Ioh. chry. de compūc. cor. Si forte in corpore paruū aliquid morbi pulſauerit: ſtatim ⁊ medicos adhibemus. ⁊ pecuniam p̄fundimꝰ: ⁊ omni obſeruantia q̄ competūt gerimꝰ: nec p̄iꝰ ceſſat̄ qꝫ q̄ moleſta ſunt mitigent̄. anima vero cū quotidie vulneret̄: cū per ſingula laniet̄: vrat̄ p̄cipitet̄: ⁊ modis omnibꝰ pereat: nec parua quidem p̄o ea nos cura ſollicitat. Idem. Nō aīa p̄o corpore ſed corpꝰ pro aīa factū eſt. q ergo quod p̄mū ⁊ meliꝰ eſt negligit: ⁊ qd̄ inferius eſt excolit: vtrūqꝫ corrūpit. Idem. Certū eſt q omnes pariter corrūpat ⁊ abſumat incuria. dū nemo eſt q vel oportuna p̄ebeat: vel importuna p̄hibeat. Idem ſup iob. Omni rei magis parcere debes qꝫ tpi. aurū enim ſi contēpſeris poteris rurſus vel idipſum vel aliud recuperare: tempꝰ vero ſi perdideris difficile id reſumes. Bern. in medita. Quanto diutꝰ nos deꝰ expectat vt emendemur: tanto diſtrictius iudicabit ſi neglexerimꝰ. Idem de contēp. mūdi. Nihil p̄cioſiꝰ tpe. ſed heu nihil hodie vilius eſtimatur. tranſeūt dies ſalutis ⁊ nemo recogitat. Idem ſuper canti. Non curant carnales querere quantū deſiderant inuenire. cupientes conſequi: ſed non exeq. Sene. in epl'a. Nemo ſe iudicat q̄cqꝫ debere qui tempus accepit. cū inter multa hoc vnū eſt qd̄ nec gratus quidem poteſt reddere.

❡ De ſecuritate.

Caplm ix.

g Rego. in mora: Nōnunq̄ꝫ ipſis bonis q agimus ad deterius ꝓpinq̄mꝰ q: dū leticiā menti pariūt: q̄ndā etiā ſecuritatem gignūt. dūqꝫ mens ſecura redditur: in torpore laxatur. Idē. Sepe mens

dum de virtutis ſue ſecuritate reſoluit: inſidiante aduerſario inopinate culpe telo proſternitur. Idem. Sepe quem tentationis. Infra c. de remiſſione. Idem. Sepe nonnullis grauc periculũ incauta ſecuritas fuit: vt callidi hoſtis inſidias non tentati ſed iam proſtrati cognoſcerent. Idẽ. Fit plerũqȝ. Infra libro iiij. de innocentia. Idem. Nonnunqȝ in parua. Supra lib. ij. de peccato. Idem. Quia amoris intimi calorem mens non habet: frigida deorſum iacet. ac ſi miſerando modo fit quotidie tanto ſecurior: q̃nto peior. Idem in regiſ. Mater negligẽtie ſolet eſſe ſecuritas. Aug. de conflictu. Loth exercitio malorũ probatus inter ſodomitas ſanct⁹ fuit. in monte vero ſecuritate corporis ſaluatus cum filiabus peccauit. Joh. chryſoſto. Virtus fidei. Supra li. ij. de fide. Iſidorus de ſummo bono. Neqȝ vnq̃ȝ oportet penitentem habere de peccatis ſecuritatem. Nam ſecuritas negligentiam parit. negligentia autem ſepe incautos ad vicia tranſacta reducit.

## De diiudicatione.

### Caplm x.

Grego. in regiſ. Graue eſt ſatis et indecens: vt in re dubia certa dicatur ſententia. Idem in mora. Fit vt dum ad aliena diiudicanda mens ducitur: proprij iudicij lumine priuetur: et eo durius contra aliena ſuperbiat: quo ſua negligenter ignorat. Idem. Hoc propriũ. Supra lib. ij. de ſuperbia. Idẽ. Quiſquis ſuperbie vel inuidie in ſe tyrannidem captiua mente ſuſceperit. hoc primũ damnũ patitur: q clauſo cordis oculo iudicij equitatem perdit. Nam cũ [illegible] que ab alijs bene geruntur ſibi diſplicent: et ſola ea q̃ ipſe vel praue egerit ſibi placent.

Idem. Cuncti vane glorie ſectatores dum ſe hominib⁹ preferunt: alios quidem de fatuis ſenſib⁹: alios aũt de indignis meritis reprehendũt. alios enim cenſent nihil ſcire: alios non bene viuere. Idem. Sancti viri aliena opera etiam parua mirantur: ſua vero etiam magna deſpiciũt. Reprobi vero ſua vel que parua ſunt admirantur: et plerũqȝ de ſuis malis bona eſtimant: de alienis autem bonis male ſentire non ceſſant. Idẽ. Sicut ſi cũ prudentiũ. Infra de obliuione. Hieron⁹. in epi. Periculoſum eſt de ſeruo alterius iudicare: et non facilis venia praua dixiſſe de rectis. Johannes chryſo. de compunc. In alienis delictis ſeueri et amariſſimi iudices reſidem⁹. noſtras autem trabes oculis infixas proprijs non videmus. qui aliena etiam minima ſollicite perſcrutamur. Idem. Iudicare de alteri⁹ mente ſumma difficultas ẽ. Aug. de ſer. domini in monte. Maxime hi temere iudicant de meritis alienis: et aliorum facta facile reprehẽdũt: qui magis amãt vituperare et damnare q̃ȝ emendare et corrigere. Qđ quidem vitiũ vel ſuperbie eſt vel inuidentie. Bern. de contemp. Iudicent nũc et preiudicent ſuperbie filij: et cũ rege ſuo ſedeant q ſibi latera aquilonis elegit. exaltentur et eleuentur ſicut cedrus libani. tranſibim⁹ et ecce non erũt. Opprimant nunc quos poſſunt blaſphement: congerant maledicta: veniant ſuper nos opprobria exprobrantium chriſto. quoniam merces noſtra copioſa eſt in celo.

## De recidiuatione.

### Caplm xi.

Grego. i mora. In vnoquoqȝ lapſu a minimis ſemper incipitur: et ſuccreſcentib⁹ defectib⁹ ad grauiora peruenitur. Idẽ. Sepe cõmittũt hoies mala q̃ ſciunt: et idcirco permittuntur decipi vt cadant etiam in mala q̃ neſciũt. Idẽ. Auget reatum culpe ſeqn̄s p̄cõiũ glorie p̄cedentis. nã vniuſcuiuſqȝ caſus tãto maioris eſt criminis q̃nto priuſq̃ȝ caderet maioris potuit eſſe virtutis. Idẽ. Incaſſum bonũ agitur ſi ante terminũ vite deſeratur [illegible] metas veniat deficit. Idẽ in paſto. [illegible] videt bonũ gerendũ [illegible] [illegible] Idem. [illegible] reſpicere conuincitur. ſi relictis bonis amplioribus ad minima retorquetur. Idem ſuper

ezech. Sicut qui a fide recedit apostata est: ita qui ad peruersū op⁹ q̄d deseruerat redit ab omnipotēte deo absq̄ vlla dubietate apo ſtata iudicat̄: etiam ſi fidem tenere videatur.

Idem in regis. [illegible] est ve ritatē non cognoſcere q̄ in ea agnita non ma nere. Aug. de ci. dei. Audeo dicere sup bis eſſe vtile cadere in aliq̄d apertum mani feſtūq̄ peccatū: vnde ſibi diſpliceāt qui iam ſibi placendo ceciderant. Salubrius eni3 pe trus ſibi diſplicuit quādo fleuit: q̄ ſibi pla cuit q̄n p̄ſumpſit. Idē in li. de viduis. In viduali et virginali continentia excellentia muneris amplioris expetit̄. qua expetita et electa et voti debito oblata: iam non ſolū ea peſcere nuptias: ſed etiam ſi non nubat̄ vel le nubē dānabile eſt. Idem. Cu3 quiſq3 non reddit quod non impio compulſus: ſed cōſilio cōmonit⁹ vouit: tanto magis frauda ti voti auget iniquitatē: quanto min⁹ habuit vouendi neceſſitatem. Idem. Plane non dubitauerim dicē lapſas animas a caſtitate ſanctiori que vouet̄ deo: adulterio eſſe peio res. Idem in li. de verbis apoſtoli. Sem p̄ adde: ſp ambula: ſp p̄ofice: noli in via re tardare. noli retro redire. noli deuiare. Re manet enim q non p̄ficit: retro redit qui ad ea relabit̄ vnde iam receſſerat. deuiat q apo ſtatat. Hiero. in ep̄la. De dei virgine fa cta es corruptio ſathane: de ſponſa chriſti fa cta es ſcortū execrabile: de tēplo dei fanum immūdicie. de habitaculo ſpiritusſancti tugu riū diaboli. que prius incedebas cū fiducia vt columba: nunc lates in tenebris vt ſtellio.

¶ Iſido. de ſum. bo. Quemadmodum ad virtutem tendētes culmen non a ſummis in choant: ſed a modicis: vt ſic ſenſim ad altiora pertingant. ita et qui dilabunt̄ ad vicia non ſtatim a magnis criminibus incipiunt: ſed a modicis aſſueſcūt: et ſic ad maxima p̄oruūt.

Idem. Multis argumentis inſidiat̄ dia bolus eis qui renunciant ſeculo: vt ei ſe ite rū amore ſubſeruant. grauius autē illos cō cupiſcentijs ſeculi ferit: quos poſt renuncia tionem ad mūdi amorē reduxerit. Berñ. in ep̄la. Habet quidem chriſt⁹ multos mili tes qui fortiſſime ceperunt ſteterūt: vicerūt. paucos autem qui de fuga conuerſi rurſus [illegible] Idē. Beatus es ſi pugnādo [illegible] mox coronaberis. ve autem tibi declinando pugnam: perdis enim victoriam ſimul et co ronam. Idem. Si p̄oficere currere eſt. vbi non p̄oficere ibi et currere deſinis. vbi vero non currere: ibi et deficere incipis. hic plane colligit̄ quia nolle p̄oficere non niſi de ficere eſt. Idem ſup canti. Septies cadit iuſtus: et ſepties reſurgit. ſi tamen cadit in die vt ſe cadere videat et cecidiſſe ſciat et reſurgē cupiat. et requirat manū adiuuantis. et dicat: domine in volūtate tua p̄ſtitiſti: decori meo virtutem: auertiſti faciem tuam a me: et fa ctus ſum conturbatus.

¶ De conſuetudine.

Capitulū xij.

Grego. in omē. Uſitata culpa obli gat mētē: vt nequaq̄3 ſurgē poſſit ad rectitudinē: conat̄ enim et labit̄: q̄ vbi diu ſponte p̄ſtitit: ibi etiam cūm nolue rit coacta cadit. Idem ſuper ezech. Fron tem cordis in impudentiam atterit culpa fre quens. vt quo crebrius cōmittit̄: eo de illa cō mittentis animus minus verecūdet̄. Idē in regiſ. Si praue rei aditus anteq̄3 diu pa teſcat non clauditur vſu fit latior: et erit con ſuetudine licitū q̄d ratione et lege conſtat eſſe p̄ohibitum. Idem in glo. ſ̄ceñ. iij. et Iob. xi. Difficile ſurgit quem moles male con ſuetudinis p̄emit. Iſido. in ſyno. Aſſidui tas moꝛes facit. et iugis vſus in naturam ſe vertit. Idem de ſum. bo. Cogitatio praua delectationem parit: delectatio conſenſionē: conſenſio actionē: actio cōſuetudinē: cōſuetu do neceſſitatē. Idē. Dum facta quedam non grauia libere ac ſine metu committimus: ad peiora ſcelera et horrenda peccati ꝯſuetu dine labimur. Augu. de libero arbitrio.

Ratio eſtimat luce veritatis: vt recto iudicio ſubdat minora maioribus. Uſus autem ꝯſuetudine ꝯmoditatis plerūqꝫ inclinatur: vt ea pluris eſtimet que veritas minora conuincit. Idem contra iulianū. Contra iſtaꝫ genitaliū concupiſcentiā que ingenita nobis eſt per originale peccatū: vehemētius vidua qꝫ virgo: vehemētius meretrix cū caſta eſſe voluerit qꝫ que ſp̄ fuit caſta ꝯfligit: et tanto amplius in ea ſuperanda volūtas laborabit: quanto maiores ei ꝯſuetudo vires dedit.

Idem in glo. ſuper pſal. Facilius eſt retrahi ab ingreſſu. qꝫ ab arrepto itinere p̄ue conſuetudinis reuocari. Ioh. Chryſo. de ꝯpunc. cor. Conſuetudini contēnendi dū de preteritis dolor nullus eſt: facilius ſuperuenientibus malis locū damus. Ambro. de offi. Uſus cito inflectit naturam. Sen. in epiſtola. Amant mala ſua: quod malorꝫ vltimū eſt amant. tūc aūt ꝯſumata eſt infelicitas: vbi turpia non ſolū delectāt: ſed etiam placent. et deſinit eſſe remedio locus. vbi q̄ fuerunt vicia mores fiunt.

## De obſtinatione. Capitulum xiij.

Grego. in mora. Praui audire bona patienter nequeūt. et cū vite emēdationē negligūt: ad verba ſe obſtinate reſponſionis accingunt. Idē. Quos reatus ſimilis ſociat: concordi ꝑtinacia etiam defenſio ꝑuerſa ꝯſtipat: vt de facinoribus ſuis alterna ſe inuicē defenſione tueant. Auguſtinus de agone chriſtiano. Nolētes ſe ſi peccauerint corrigi: nihil aliud elegerunt niſi cū h̄ mūdo dānari. Idē de vita chriſtiana. Fit vt q̄ hoīes nō timent in delinquēdo: in iudicio deum iudicem ſentiant et vltorem.

Idē de fide ad petrū. Obdurate viuit ſiue qui nō conuertitur deſperans de indulgētia peccatorꝫ ſuorūꝫ: ſiue qui ſic de miſericordia dei ſperat: vt vſqꝫ in finem vite ſue ī ſuorum criminū ꝑuerſitate permaneat. Iohannes Chryſo. in ſer. Peccare hūanū eſt. ꝑſeuerare autem in peccatis diabolicum eſt.

Bern. de conſid. Quid eſt cor durū. ipſum eſt qd̄ nec compunctione ſcindit: nec pietate mollitur. nec mouet precibus. minis non cedit: flagellis durat: ingratū ad beneficia: ad conſilia inuidū: ad iudicia ſeuū: inuerecūdū ad turpia: īpauidū ad pericula. Idem de precep. et diſpen. Elatio ꝯtēnentis et impenitentis obſtinatio in minimis quoqꝫ mandatꝭ culpam facit non minimā: et conuertit in crimen grauis rebellionis ventū leuem ſimplicis tranſgreſſiōis. Idem in epiſtola ad ꝓprios parētes. O dira abuſio: domus ardet ignis inſtat a tergo: et fugienti ꝓhibetur egredi: euadenti ſuadetur regredi. et hoc ab his qui in ipſo incendio poſiti ſunt: et obſtinatiſſima demētia ac demētiſſima obſtinatione fugere periculum nolūt: ꝓh dolor: ſi contēnitis mortē veſtrā cur appetitis et meā. Idem in ſer. Nonnulli dura ceruice et attrita ſunt fronte: vt quo magis eis compatimur: tanto magis noſtra et cōpaſſiōe et patiētia abutūt.

Idē. Putas ne filiū dei reputat ieſum q̄ ſquis ille eſt: hō q̄ ipſius nec terret ꝯminationibus: nec attrahit ꝓmiſſionibus: nec preceptis obtēperat: nec ꝯſilijs acqeſcit. nōne is ſi fateat ſe noſſe deū: factꝭ cū negat. porro fides ſine opibus mortua eſt. Ioē. Qui imperiū dedit ne peccaremus: penitentibus ſtatuit vt ꝯfiterēt. Excludit itaqꝫ digne a regno dei oīs q̄ peccat: ſed q̄ poſt peccatū labitur ī ꝯtemptū. Glo. mat. xiiij. Carnale eſt cadere: ſed lapideū eſt iacere.

## De deſperatione. Capitulum xiiij.

Grego. in regi. Diffidētie q̄dāmodo genus eſt: ꝯtra hoc qd̄ q̄ſqꝫ p̄dicat torqueri meſticia. Idem in mora. Preſumptio v̄tutis ꝓpue tāto grauius in deſpatōe eſt: quāto lōgius ab humilitate. Idē. Graui deſpatōis telo mēs ꝑcutit: cū ſuꝑne ire tribulatōibus ꝑimit. et linguaꝝ ſoras opprobrijs vrgēt. Idē. Clauſis oculis cordis eo aīa ꝑcipitat in infimis quo obſcuratur a ſummis. et tanto ſecurius mala ꝑpalia

penetrat: quanto diuina bona eterna deſpe
rat. Idē. Deus hoīem quē benigne cōdidit
inique nō ſpernit. Penſandū eſt igit quanti
eſt periculi tranſacta munera cernē: et futura
deſperare. Idē. Plerūqz cōgruit. Infra
ca. de argutione. Joh. chry. in ſer. Utrū
qz periculoſum eſt et cōfidētia peruerſa et de
ſperatio. Nam confidētia nimia ſtantē euer-
tit: et deſparatio poſt lapſum nō pmittit exurgē
Idem. Diabolus non aliūde. Supra li. i.
de demōibus. Aug. de pnia. Qui de deo
non pſumit veniam: non aiaduertit plus pec
cato ſuo poſſe dei clementiam. Idē. Inter
ſpem et deſperationem. Infra in. c. de morte.
Iſido. in ſyno. Non deſperes de ſalute ſi
ad meliora cōuerteres. qui eni veniā de pec
cato deſpat: plus ſe deſperatione qz cōmiſſo
ſcelē damnat. deſparatio nanqz auget peccatū
et peior eſt omni peccato..

¶ De dilatione.

Capitulum xv.

Rego. in mora. Sepe accelerandi
g boni tarditas conſiliū putat: et cum
expectat vt ex tardatione pficiat: b
inſidians mora ſupplantat. Aug. de cōfeſ.
Nō erat qd reſponderē tibi dne dicenti mi
hi. Surge q dormis: et exurge a mortuis: et il
luminabit te chriſtus: et vndiqz oſtēdēti te ve
ra non erat oīno quid reſponderē veritate
cōuictus: niſi tm verba lenta et ſomnolenta.
Ecce mō: ſine modo: ſine paululū: ſed mō et
modo non habebat modū: et ſine paululum
in longū ibat. Idem de verbis dni. Scio
ego et mecū oēs hō qui paulo attētius conſi-
derauit: neminē deū timentē ſub verbis eius
non ſe corrigē niſi qui putat qz plus habeat
viuē. et hec ipſa res eſt que multos occidit: cū
dicūt cras cras. et ſubito oſtium clauditur. re
manebūt foris cū voce coruina qz non habēt
gemitum columbinū. Cras cras vox corui ē.
¶ Idem de ci. dei. Si propterea quiſqz ob-
iurgandis et corripiēdis male agentibus par
cit: qz opportunius tempus inquirit. vel eiſdē
ipſis metuit ne deteriores ex hoc efficiantur.
vel ad bonam vitam et pias erudiendos im
pediant alios infirmos et premant atqz auer
tant a fide: non videt eſſe cupiditatis occa-
ſio ſed conſiliū charitatis. Idem de pnia.
Qm multa ſunt que impediunt languentem
et retrahunt: periculoſum eſt et interitui vici-
num: ad mortē ptrahē pnie remediū. Idē
Purgandus eſt igne purgatōis q in aliū ſe
culū diſtulit fructū cōuerſiōis. hic autē ignis
et ſi eternus non ſit: miro modo eſt grauior ex
cellit enim omnē penā quā vnqz qs paſſus
eſt in hac vita. Bern. ſuper can. Inſtar ſo
lis ventis deſiderij ardor pegrināte in cor-
pore animam decolorat. dū vultui glie inhi-
antem in patientem facit repulſa: et excruciat
amantem dilatio. Idē de contemp. Nū-
quid in die iudicij miſeri dicē incipient. mo-
do domine: ecce modo: ſine paululū. ſic enī
nunc diſſimulāt infelices: et mō et mō nō hñt
modū. et ſine paululū in longū vadit. Idē
Clama ad deū aīa mea: trahe me poſt te. in
odorem vnguentorū tuorum curremus. alio
quin qñ eū remorando: tepeſcēdo: pauſando
conſeq ſperās: exultabit vt gigas ad curren-
dam viā. Hilarē ſine dubio diligit ſecutorē.

¶ De voluptate.

Capitulum xvi.

Rego. in mora. Qui nunc male ſe
g. in voluptatibus dilatat: eum poſt in
ſupplicijs pena anguſtat. Idē i re
gi. Si pro luxu animi atqz voluptate carnis
dñico die qs lauari appetit: hoc fieri nec re-
liquo quolibet die concedimus. Si autem p
neceſſitate corporis: hoc nec dñico die phi-
bemus. Hiero. in epl'a. Miſerie delicijs:
et delicie miſerijs cōmutant: in noſtro arbi-
trio eſt vel diuitem ſequi vel lazarū. Idē.
Difficile imo impoſſibile eſt vt preſentibus
quis et futuris fruatur bonis: vt hic ventrē
ibi mentem impleat. vt de delicijs trāſeat ad
delicias: vt in vtroqz ſeculo primus ſit. vt et in
celo et in terra appareat glorioſus. Bern.
de contemptu. Nūc et trahit ſua quēqz volu
ptas: et odorē turpis lucri ſectantes queſtum

eſtimant ꝑpletatem quorum damnatio certa eſt.
Boe. de conſo. Triſtes eſſe voluptatum
exitus quiſquis reminiſci libidinum ſuarum vo
let intelliget. que ſi beatos explicare poſſent
nihil cauſe eſt quin pecudes quoqz beate eē
dicant. quarum omnis ad explēdam corpalē la
ſciuiam feſtinat intētio. Interl. leuitici. ij.
Nihil voluptuoſum: nihil ſuaue placet deo:
ſed qđ habet aliquid mordacitatis et ſeuerita
tis. vnde paſca cū amaritudinibus mandu-
catur. Glo. oſee. iiij. Voluptas inſatiabilis
eſt: et habita famē non ſatietatē parit. Sene
ca in epi. Voluptates precipue ex turba et
iniuſtiſſimas habe: latronum more in hoc
nos amplectuntur vt ſtrangulent. Multa li.
ij. in. c. de luxuria.

De carnalitate.

Capitulum xvij.

Grego. in omel. Unde caro ad ipſos
g ſuauiter viuit: inde ſpūs in eternum
interit. Iob. dxxv. ſup Mathi.
Quid īpinguas dic mihi corp9: numqd enī
īmolare te habent9: numqd apponē menſe.
Bern. de ꝯtēp. Nōnulli cū ſpū ceperint:
heu carne conſummant. Idē. Hodie filij
hoīm aīe curam negligūt: curā aūt carnis ꝑ-
ficiūt in omni deſiderio. neqz. n. peccare me
tuūt ſed puniri. nec virtuti cordis daī opa: ſ3
valitudini corpis: īmo et voluptati. Idem
ſuper canti. Tu tibimetipſi diſpēſas miſertus
tui. ſuſpecta eſt mihi fateor: tua ipſius in te dī
ſpenſatio. vereor tibi illudi ſub tegmine et no
mine diſcretionis q carnis prudentia. Id te
ſaltem volo admonitum eſſe vt ſi tibi autori
tas apli placet de bibendo vino modico: qđ
ille adiunxit non pretmittas. Idem in apo
lo. Quid vos dicitis obſeruatores ciborum:
morum neglectores: et corruptores animo
rum. Hyppocras et ſequaces eius docent
aīas ſaluas facē in hoc mundo: chriſtus et ei9
diſcipuli perdē. Quēnam vos e duob9 ma-
giſtrum eligitis. Ac manifeſtū ſe facit qui ſic
diſputat: hoc oculis: hoc capiti: illud pectori
vel ſtomacho nocet. profecto vnuſquiſqz qđ
a ſuo magiſtro didicit: hoc in medium profert.
Idē. Iſta charitas deſtruit charitatē. hec
diſcretio diſcretionē ꝯfundit. talis miſericor
dia crudelitate plena eſt: q videlicet ita corpi
ſeruit vt aīa iuguleẗ. Que etenim charitas
eſt carnē diligē: et negligē ſpiritum: q diſcre-
tio totū dare corpi: et aīe nihil: q̄lis miſericor
dia ancillā reficē: et dn̄am interficē. nemo ꝑ
huiōi miſericordia ſperet ſe ꝯſeq miſericor-
diam. Idē in epi. Quicūqz in carne ſunt ſi
ne ꝑter hūū ſiue in hītu religiōis. ſi verax ē:
imo q: verax eſt aplūs: deo placē non poſſūt:
multū eni citra ꝑfectū ꝑficit: īmo infra impe
fectū deficit cui9 gula de9 ē. Idē. Qui de
bitorē. Supra li. i. de religioſis mal. Idē in
ſer. Filij hoīum vſqueq gui corde et pigui cor
pore: vt qd diligitiſ vanitatē et vitatē negligi
tis: pinguedo carnis: delicie corpis: ſaturitas
vētris: aut an̄ mortē vos deſerēt: aut vos in
morte illa deſeretiſ. qm̄ inqt ſcrius. cū interierit
hō non ſumet oīa: neqz deſcēdet cum eo glia
eius. Sen. in epiſtola. Cū tibi feliciter ſagi
na ceſſerit: et tori creuerint: nec vires vnqz
opimi bouis nec pondus eq̄bis: adijce nunc
qđ maiore ſarcina animus eliditur et min9 agi
lis eſt. Idem. Stringe corp9 et aīo laxa lo
cum. multa ſequuntur incommoda corporis
debitos cure. Idem. Fateor inſitam eē no
bis corporis noſtri charitatem. fateor nos hu
ius gerere tutelam: non nego indulgēdū illi:
ſeruiendū nego. multis enim ſeruit q corpori
ſeruit: qui pro illo nimiū timet: q ad illud oīa
refert. Idē. Sic gerere nos debemus nō
tanq̄ propter corpus viuere debeamus. ſed
tanq̄ non poſſimus ſine corpore.

De proſperitate.

Capitulum xviij.

Grego. in mora. Sancti viri omnes
g preſentis vite copiam inopiam de
putant. q: videlicet nil extra deum
ſufficit menti que veraciter deū q̄rit. Idē
Cum nis quolibet in loco poſiti cogitando:
loquendo: agendo peccem9: tunc tū per tria
hec animus effrenacius rapitur: cum mund.

hominis ſublectat proſperitate. Idem. Non eſt cenſus in crimine: ſed affect⁹. cuncta enim que deus condidit bona ſunt. Idem. Solet rerum abundantia tanto magis a diuino timore mentem ſoluere: quanto magis hanc exigit diuerſa cogitare. Nam dum foris per multa ſpargitur: ſtare in intimis fixa prohibetur.

Idem. Qui tranſeuntia amplectitur: eo ipſo ad decurſum ducitur quo decurrentib⁹ implicatur. Idē. Multos ſua peius felicitas ſtrauit: multos diuturna pax inertes reddidit. eo quod illos inopinatus hoſtis grauius perculit, quo longo quietis uſu negligentes inuenit.

¶ Idem ſuper Ezech. Abundantia ſuperbie vicina eſt. Idem. Qui a deo auertitur ⁊ proſperatur: tanto perditioni fit proximus: quanto a zelo diſcipline inuenitur alienus. Idē in regiſt. Libere nobis non debet dari donum dei quod per delectationem ſui ſeparat ab amore dei ne data danti preferamus: ⁊ dum bona percipimus etiam mali: unde creſcere in eius amore debuim⁹: inde a timore illius diſiungamur.

Ioh. chriſo. ſuper Math. Ipſa felicitas mundialium rerum: ſatis magnum impedimentum eſt anime ad iuſticiam faciendam. Idem. Qui vult deum amare neceſſe eſt ut odiat diuitias. que autem voluerit amare diuitias neceſſe eſt ut odiat deum. Idē ſuper iob. Non accuſo domos habentes ⁊ agros ⁊ pecunias ⁊ mancipia: ſed cum cautela hec poſſideri volo ⁊ cum decentia. quid eſt cum decentia: niſi ut more dominorum ⁊ non ſeruorum poſſideant ea ⁊ non poſſideantur ab eis: ut utantur eis ⁊ non abutantur. Iſido. in ſyno. Diuitie nunquam ſine peccato acquiruntur: nullus res terrenas ſine peccato adminiſtrat. Auguſtinus in epiſtola. Fallax in tranſitoriis ſuauitas: ⁊ infructuoſus labor: ⁊ perpetu⁹ timor: ⁊ periculoſa ſublimitas: initium ſine prouidentia: ⁊ finis cum penitentia. Idem. Utaris hoc mundo tanquam non utens: ut ex bonis eius bona facias: ⁊ non malus fias. quia ⁊ ipſa bona ſunt: ⁊ a deo bona ſunt: nec dantur hominibus niſi ab illo qui habet omnium celeſtium atque terreſtrium poteſtatem. Sed ne putentur mala dantur ⁊ bonis: ne putentur magna vel ſumma bona dantur: ⁊ malis. Item quia auferuntur ⁊ iſta bonis ut probentur: ⁊ malis ut crucientur. Idem ſuper io. Amor rerum terrenarum viſcus eſt pennarum ſpiritualium: ⁊ eſt glo. ſuper pſ. cxx. Idem ſuper cano. Iacobi. Aurum materia laborum periculum poſſidentium: eneruatio virtutum malus dominus. proditor ſeru⁹: aurum nemo tutus habet: niſi qui ſemper abſcondit: in perniciem domini fulget per tenebras queritur: per tenebras cuſtoditur. Idem. Aurum prebet miſericordie materiam apud bonos animos: ⁊ nouo genere lucri tunc magis prodeſt quando contemnitur. ut ſcripta ſui conditione teſtentur: quam mala eſt eius rei poſſeſſio cuius abdicatio fructuoſa. Idē de moribus eccleſie. Multo eſt mirabilius non inherere diuitiis quamuis poſſideas: quam omnino eas non poſſidere. Amb. in ſer. Merito clamat propheta: diuitie ſi affluant nolite cor apponere. quid enim mihi proſunt ſi mecum eſſe poſt mortem non poſſunt: hic acquiruntur: hic relinquuntur. Somnium igitur loquimur: non patrimonium. Unde bene ait propheta. Dormierunt ſomnum ſuum: ⁊ nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manib⁹ ſuis. Bern. in epiſtola. Bona temporalia ſunt ſi non amantur utilia. ſiue autem amentur ſiue non amentur: non multum expediunt. quia quadam ſui dulcedine cor poſſidentis cito ſubuertunt. Idē in ſermo. Diuitiarum amor inſatiabilis. Longe enim amplius deſiderio torquet animam quam refrigeret uſu ſuo: ut pote quarum acquiſitio quidem laboris: poſſeſſio vero timoris: amiſſio plena doloris inuenitur. Idem. Filii adam genus auarum ⁊ ambitioſum audite quid vobis cum terrenis diuitiis ⁊ gloria temporali: que nec vere nec veſtre ſunt: Aurum enim ⁊ argentum nonne terra eſt rubra ⁊ alba. quam ſolus error hominum facit: aut magis reputat precioſam. Denique ſi veſtra ſunt hec: tollite ea vobiſcum. ſed homo

cum interierit non ſumet omnia: neq̨ deſcen
det cum eo gloria eius. Idem: Fallax feli
citas eſt maior infelicitas. Senec. in epiſto.
Nec eſt inquieta felicitas.

¶ De conſolatione.
Capitulum xix.

g Rego. in paſto. Offerenda eſt eis
conſolatio quos caminus paupertatis
excoquit. atq̨ illis inferendus eſt ti
mor quos conſolatio glorie ſpalis extollit.
¶ Idem. Habz hoc prauorum. Infra capi.
de malicia. Idem. Moꝫ in qua. Infra li.
iiij. de ſeruore. Hierony. in epiſtola: Ni
hil omnino agimus qui nos per multitudi
nis exempla defendimus: ⁊ ad conſolationē
noſtram aliena ſepe numerantes vicia: deeſ
ſe nobis dicimus quos ſequi in virtutibus de
beamus. Bern. in epiſtola. Si caro ⁊ ſan
guis regnum dei poſſidere non poſſunt: car
nalibus profecto conſolationibus ſpiritales
ſociari impoſſibile eſt. Idem. Funes ceci
derunt. Infra lib. iiij. c. de guſtu. Idem in
apolo. Fuſi ſumus exterius: ⁊ de regno dei
quod intra nos eſt relictis veris ac perenni
bus bonis foris querimus vanam ꝯſolationē
de vanitatibus ⁊ inſanijs falſis. ac iam reli
gionis antique nō ſolū virtutē amiſim⁹: ſed
nec ſpeciem retinemus. Idē ſup q habi
tat. Si vis habē miniſterium angelorum fu
ge conſolationes ſeculi: ⁊ tentationib⁹ reſiſte
diaboli. renuat conſolari anima tua in alijs ſi
vis in dei memoria delectari. Idem in ſer.
Uilis eſt ⁊ ad nihilum vtilis mūdi ꝯſolatio.
⁊ qđ magis eſt metuendum: etiā vere ac ſa
lubris ꝯſolatōis eſt impedimentū. Idem.
Cuius ad alias conſolationes mens inhiat: ⁊
non penitus renuit conſolari in caducis ⁊ trā
ꝗ ꝓpter effectꝰ debuerit reſiſtere. Certe ſi fratres decet addiſcere ⁊ ruminare tanq̄ mū-da aīalia verba diuina. ⁊ ſibipſis ſufficiunt in docendo. quis tā ſtultus eſt vt dicat: ꝙ doctrinā quā eos decet facere ⁊ docere debeāt a nō facientibus mēdicare. Condēno igitur tecū in magiſterio pōpam. ſed cōmendo officiū. Dāno frēm minoꝛē pōpoſum. ⁊ dico eū magiſterio penitus indignū. ſed cōmēdo ſtudioſum. credens ꝙ nulli magis ꝗ̄ tali cōpetat auctoꝛitas docēdi euāgeliū ieſu chꝛiſti. Reſtat igit̄ vt de philoſophantibus aliquid ſubiungamus. Audi chariſſime: ſicut in ceteris. ſic ⁊ in hoc pariter cōcoꝛdemus. Fateoꝛ diſplicent tibi curioſitates: diſplicent ⁊ mihi. diſplicent fratribus bonis: ⁊ diſplicēt deo ⁊ angelis ſuis. Nec defendo circa ſcripta puerilia muſſitātes. ſed deteſtoꝛ eos pariter tecum. Unde ⁊ tibi ⁊ mihi conſulo vt habeamus ꝯdū ſm̄ ſcientiā: nec deteſtemur plꝰ ꝗ̄ opoꝛtet. Foꝛtaſſe enim inter peccata minuta ⁊ venialia computādū eſt. Uix enim grana abſq̄ paleis colligi poſſunt. ⁊ verba diuina ſine verbis humanis. Hec aūt oīa ſeparant̄ per zelū cōpunctōis ⁊ fletū deuotionis ꝗ faciunt triticū veritatis a verboꝝ paleis ſepari. Et foꝛtaſſe videnť aliqui curioſi: q̄ magis ſunt ſtudioſi. Si quis enim ſtuderet in dictis hereticoꝝ: vt eoꝝ ſentias declinando magis intelligeret veritatē. nec curioſus nec hereticus ſed catholicus eſſet. Cū verba phoꝛum aliqū plus valent ad intelligētiā veritatis et erroꝛum cōfutatōnes: nō deuiat a puritate in his aliqñ ſtudens. maxime cū multe ſint concluſiones fidei. que ſine his terminari n̄ poſſunt. Unde ſi velimus nimis ſtricte iudicare foꝛtaſſe ipſos ſanctos qđ impiū eſt iudicabimus curioſos. Nā nullus melius naturā tēpoꝛis ⁊ materie deſcribit ꝗ̄ Auguſtinus inquirendo ⁊ diſputando in xi. confeſſionum. Nullus melius exitus foꝛmaꝝ ⁊ ꝓpagines reꝝ ꝗ̄ ipſe ſuper gene. ad lram. Nullus melius queſtiones de aīa ⁊ de deo ꝗ̄ ipſe in li. de tri. Nullus melius naturā creationis mūdi ꝗ̄ ipſe in lib. de ci. dei. Et videbis ꝙ dicam pauca aut nulla poſuit magiſtri in libris ſuis quin illa reperias in libꝛis Auguſtini. Lege Auguſtinū de doctrina chꝛiſtiana. vbi oñdit quō nō poteſt intelligi ſacra ſcriptura ſine aliarum ſcientiaꝝ ꝑitia. Oſtendit etiā ꝙ ſicut filij iſrael aſpoꝛtauerunt vaſa egypti: ſic doctores theologici doctrinam phie. Unde multa que non didicimus per philoſophos ⁊ ī dictis phie: didicimus per ſanctos. Ac per h̄ non debet tibi eſſe mirū ſi minus fundati intrantes: fiant in ſciētia in oꝛdine fundatoꝛes. Sed eſto ꝙ iſta ſint repꝛehenſibilia ⁊ purgāda: non ꝓpter hoc retraharis. qꝛ nullus ad hoc compellitur. ſed is magis amatur. q̄ magis eſt talium aſpernatoꝛ. Nec prelati talia ꝑcipiunt ſed permittunt. Nec ꝓpter tres vel quattuoꝛ vicioſos debet magiſter ꝯtēnere innocentes. Et ſi aliqui abundent libꝛis ad tempus talijs pluriſq̄ multo plus indigentibus poterint diſpenſari. cum multo plures egeāt ꝗ̄ abundent. Nec te moueat ꝙ fratres fuerunt in pꝛincipio ſimplices ⁊ illrati. imo magis debet hoc in te fidem oꝛdinis confirmare. Fateoꝛ coram deo ꝙ hoc eſt qđ me fecit vitam beati franciſci eligere: ꝙ non fuit per hominū pꝛudentiam inuenta ſed per chꝛiſtū. ⁊ qꝛ opera chꝛiſti non deficiūt: oſtendit hoc opus fuiſſe diuinum dum ad conſoꝛtiū virorum ſimplicium etiam ſapientes non ſunt dedignati deſcendere: attendentes illud apoſtoli. Si quis eſt inter vos ſapiens: ſtultus fiat vt ſit ſapiens. Rogo chariſſime vt non nimis abundes in ſenſu tuo: nec credas te pꝛudentioꝛem nec melioꝛē oībus quos deus ad ſtatū iſtū vocauit. etſi vocauerit te nō recuſes. Uale in domino.

¶ Epiſtola ſancti Bonauenture de eo ꝙ chꝛiſtus ⁊ apoſtoli ⁊ diſcipuli eius inceſſerūt diſcalciati.

Alis lectoꝛ. tali lectoꝛi Spūſi intelligentie ſanioris. Qm̄ ſcḋm aplm̄ Johānē: deus veritas ē: qui ꝯ veritatē offendit: marie

euãgelicã. cuius xp̄s ſpēaliter auctor eſt: ↄtra xp̄m offendere ↄprobat. Sup eo igit ꝙ xp̄z ⁊ ſuos ſanctos apoſtolos atq3 diſcipulos: nō diſcalciatos: ſed calciatos inceſſiſſe corā pſto rū multitudinē p̄dicaſti: q3 temere ↄ veritatē euangelicã offenderis: ꝑpendere poteris ex ſubſcriptis. Ait enim criſ. ſup mat. Apoſtoli cū vna tunica ⁊ diſcalciati circuibant totū mūdū ⁊ ſupabant. Itē Hiero. ad aggerētiā. Apoſtoli toto orbe peregrini: nō es in zonis: nō virgam in manu: non caligas habuere in pedibus. Idē ad Ruſticū monachū ponit idem. Idē in epiſtola ad euſtochiū dicit ſic. Moyſes ⁊ ieſu naue nudis in terra ſancta iubent pedibus incedere: apoſtoli ſine vinculis pelliū ⁊ onere calciamētorū ad p̄dicatōnem noui deſtinant euãgelij. Milites veſtimētis ieſu ſorte diuiſis caligas nō habure q̄s tollerent. Nō enim habere dn̄s poterat qđ ſuos ſuos habere ꝓhibuerat. In hac auctoritate perpendere poteſt tua prudentia ꝙ dominus noſter ieſus nō tm̄ calciamēta tēpore paſſionis non habuit: ſed etiā habere primo non potuit. Cepit enim facere ⁊ docere. Actuū. i. Itē Augu. xxij. ↄ fauſtū dicit ſic. Ut ſcribit Lu. xxij. Quando miſi vos ſine ſacculo: ſine pera: ſine calciamentis. nō tranſierūt dn̄i verba: ſed ⁊ diſcipulorū obtēperantiū facta ſecuta ſunt. Item in vita beati marcialis. Sctūs dn̄i marcialis ꝑgens ad predicandū nō equo vehebat aut aſino: non q̄libet iumēto: nec calciamēta ꝓprijs induebat pedibus. ſed iuxta dn̄i ⁊ magiſtri ſui ieſu chriſti ſententiam: quā ipſe ſibi ⁊ alijs apoſtolis inculcare ſolebat: vt ꝑgentes de ciuitate in ciuitatē: non ſacculum neq3 perā ſecū tollerēt nec calciamenta. Nudis incedens pedibus: imitator chriſti: atq3 beati petri apoſtolorū principis cōſanguinei ſui: in omnibus que ipe dn̄s precepit. exiſtere curabat. Itē in vita beati frontonis diſcipuli ſcribit ſic. Btūs fronto caſtra ⁊ vrbes ⁊ vicina loca calciat⁹ tm̄ ſandalijs pagrans: gentiū cateruis diuini verbi ſemina erogabat. Item in mart: e ⁊ magdalene vitis

legit ꝙ vel ſandalijs vtebant: vel nudis pedibus incedebant. De ſandalijs autem dicit mar. vi. Calciatos ſandalijs. glo. vt neq3 pes tectus ſit: neq3 nudus ad terrā. Item Ephe. vi. ⁊ math. x. dicit in glo. Sandalijs vel ſoleis vſos apoſtolos fuiſſe. Papias aūt dicit. Sandalia aūt ſunt calciamēta deſup corium nō habentia. Item Euſebius ceſarieñ. vi. eccleſiaſtice hiſto. li. in ca. de laudibus origenis dicit ſic. Ante omnia origenes precepta euãgelica ⁊ voces ſaluatoris ſūmo amore ⁊ ſtudio implenda eſſe cenſebat: quibus precipit duas tunicas nō habendas. nec calciamētis vtendis. nec de craſtino cogitandum. Et ſequr. Ita deniq3 per multos annos abſq3 omni calciamento nudis traditur inceſſiſſe veſtigijs. Item Grego. nazãzenus. Optabaz homines videre qui viuerent ad exemplū predicatores euangelij chriſti nudis pedibus incedentes: propter regnū pauꝑes: ꝓpter paupertatem reges. Cernis puto ſi ꝓprie ſapis ꝙ duo illuſtriſſimi grecorū doctores p̄ceptū euangelicū de nō portandis calciamentis ad litterā cenſuerūt obſeruandū. Qz ſi fortaſſis in hac ſententia preſumpſeris dicere p̄dictos duos doctores hereſim ſapuiſſe: per predictas ⁊ poſt dicendas auctoritates doctorum latinorū catholicorū: calūniari in hac parte p̄dictos doctores conuinceris manifeſte. Itē in vitis patrum in monachorū perfectorum laudibus legit in pluribus locis ꝙ nudis veſtigijs incedebāt. Item Hiero. in li. ↄ Iouinianū reprehēdit ipm. ꝙ cū prius tanq3 pfectus monachus nudis pedibus inceſſit poſtea a pſectōe apoſtatans monachali: calciamēta deaurata portabat. Itē Actuū. xij. Calcia te caligas tuas. Ad hec eſt vna glo. Petrus ꝓpter rigorē carceris ligamēta ad horam laxabat. vt tunica circū pedes demiſſa frigus noctis ventūq3 pareret. exemplum prebens infirmis vt cum moleſtia corpalis vel iniuria intentat humana: liceat aliquid laxare de rigore propoſiti. Sicut ergo petrus in eo ꝙ circū pedes tunicā demiſit ad horam.

propter rigorē carceris: exēplū infirmis ꝓbu it ⁊ rigorē laxauit. ita ⁊ in eo ꝙ ad horam tā tum caligas habuit ſi tñ habuit. Jn fine tamē predicte gloſe calige petri ſpūaliter exponun tur ſic. Qḋ dictū eſt. ſint lumbi veſtri precin cti ⁊c̄. Lu. xij. Et calciati pedes in preparatio nem euāgelij pacis. Ephe. vi. ſpiritualiū vir tutum verbiqꝫ predicādi reſumere iubentur inſignia. Textus etiam: calcia te: ad lr̄am in tellectus non diſſonat a predictis auctoritati bus ⁊ inferius annotādis: ſed omnino etiam concordat. Nam vbi latin⁹ interpres dicit ca ligas. grecus dicit ſandalia. Sūt aūt ſandalia ſicut dicit magiſter in hiſtoria ſolee vel pero nes. Scḋm Papiam vero calige dicuntur q̄ſi caligule: q: ſuper pedē colligant̄. Uel eti am q: calce ligantur. ſicut cernimus in ſolea ſancti petri: que vſqꝫ hodie rome ſeruat̄. Et etiā in picturis ⁊ in celaturis antiquaꝝ apo ſtolicaꝝ imaginū ⁊ nouaꝝ. in quib⁹ omnib⁹ vel cum ſoleis vl' nudis pedibus exprimunt̄. Non tibi blādiaris cū audis: q: ſandalia ſūt calige. q: ſm papiā ſandalia ſunt calige vl' cal ciamenta deſuper coriū non hn̄tia. Ridicu loſum igit̄ eſt valde ꝙ litteratus hoc neget: qḋ clamāt lapides ⁊ teſtant̄. Jnterliniare au tem quo dicit̄ ſup illo ṽbo: exemplū dat̄ non ſine calciamentis ambulādi angelo iubente ⁊ apl'o complente: ſoluit̄ per principiū inter liniaris: vbi dicitur. calige ſunt calciamēti ge nus: ⁊ de illis intelligitur. Nec videtur au tenticum: ſed ponit̄ magiſtrale. vel ſpūaliter intelligendum eſt. vt eſt illud Eph. vi. Calcia ti pedes ⁊c̄. Gloſa. Hec calciamenta ṽitatum dꝫ hr̄e predicator. ne ille qui ṕdicat pede mē tis terram tāgat. i. pro terrenis faciat. Hac ſi gnificatione dicit marcus apl'os ſandalijs cal ciari vel ſoleis. ſ. vt neqꝫ pes ſit tectus: neqꝫ nudus ad terraꝫ. Hic vt cernis manifeſte di cit Glo. ⁊ eſt Aug. quid ſunt ſandalia. q: ſo lee. ⁊ ꝙ virtutum calciamentis debent veri apl'i calciari. Amplius ſuper illud Luce. xxij. Qñ miſi vos ſine ſacculo ⁊ pera ⁊ calciamē tis ⁊c̄. glo. dicit ſic. Non eadem viuendi re gula perſecutionis que pacis tp̄e diſcipulos informat. Miſſis quidem diſcipulis ad ṕdi candū ne quid in via tollerent ṕcipit. inſtāte autem mortis articulo: ⁊ tota illa gente paſto rem ſimul ⁊ gregē perſequente: ꝯgruā tēpo ri regulam decreuit. permittēs vt tollant vi ctui neceſſaria. Ex hac glo. patet ꝙ ad regu lam apoſtolicā pertinet nihil in via tollere. ⁊ ſine calciamentis incedere. Et licet perſecutio nis tp̄e aliquid in via tollere permittatur: de calciamentis tñ comportādis etiā pſecutiōis tp̄e nec textus innuit nec glo. Ex predictis te ſtimonijs clarius innoteſcit quid de dn̄i no ſtri ieſu chriſti ⁊ ſuorum apl'oꝝ atqꝫ diſcipu lorum calciamentis: iuxta veritatē euangeli cam ⁊ ſctōꝝ expoſitiones docendū ſit parit̄ ⁊ ſeruandū. Sed his oīb⁹ teſtificationib⁹ fir miſſimis atqꝫ clarioribus ſctī euangelij ſanctiōes ſunt incomparabiliter clariores. Scribitur enim Math. x. Nolite poſſidere aurū neqꝫ argentum neqꝫ pecuniā in zonis veſtris. non perā in via: neqꝫ duas tunicas: neqꝫ cal ciamenta neqꝫ virgā. Jtē Mar. vi. Pre cepit eis ne quid tollerent in via niſi virgā: non perā: non panem: neqꝫ in zonis eſ: ſꝫ cal ciatos ſandalijs. Jtem Lu. x. Nolite portare ſacculum: neqꝫ perā: neqꝫ calciamenta. Q autem dn̄i hec verba mādata non tm̄ ſpūali ter ſed etiam ad litterā fuerunt obſeruata: pa tet ex auctoritatibus predictis. Patet etiā ex picturis ⁊ celaturis antiquiſſimis laicorum. Patet etiā ex ipſis ſandalijs aplorum ⁊ chri ſti diſcipulorum. que vſqꝫ in hodiernū diem in plerīſqꝫ locis ad huius veritatis aſtipulati onem ⁊ deuotionem fideliū reſeruant̄. Pꝫ et etiam ex glo. mar. ſuperius allegata. Pꝫ eti am ibidem ex alia glo. Mattheus ⁊ Lucas memorāt dn̄m dixiſſe diſcipl'is vt nec virgas ferrent. Marcus ne quid tollerēt niſi virgā. Mat[illegible] ſed illi accipiunt realiter virgā. Mar cus per virgā poteſtatē accipiendi neceſſaria a ſubditis. Ergo ſicut Mathe⁹ ⁊ Lucas vir gam realiter accipiunt: ſic ⁊ calciamenta. Et plato dicit̄ duas ſummitates corporis non cā

velādas. neqꝫ aſſuetam fieri mollicieni debere capitis ⁊ pedum. Cū hec habuerint firmitatem: cetera robuſtiora ſunt. Itē magiſter in hiſto. qui dicit ſic. Non portabitis calciamenta neqꝫ virgam. Scōm Marcū ſandalijs. id eſt ſoleis vel pedulib⁹ vti iuſſi ſunt. Item Joſue. v. Solue calciamentū tuum de pedib⁹ tuis ⁊c̄. Glo. Hi ſunt pedes quos lauit ieſus. Non autem ignorat prudentia tua dn̄m ieſum non tm̄ pedes aplorum ſpūales: ſed etiā corporales [illegible] ablui[illegible]. [illegible] etiā poſt [illegible] per gloſam chriſti ſignificatam [illegible] ipſa litteralem intellectū p̄dicti concepti ordinē ſuum ⁊ regulā inſtituit: dn̄o cooperante ⁊ ſermōēꝫ confirmāte ſequentibus ſignis. ⁊ etiā ſeruauit. Et iuxta hunc intellectū p ſe ad prouidentiā ſignis precedentib⁹ cōfirmationē meruit obtinē. Ceterum ſi precepta euāgelica de nō portādis calciamētis ſpiritualiter tm̄ ab apoſtolis intellecta fuerunt ⁊ ſeruata. ergo illud quod ibidem inſerit: gratis accepiſtis: gratis date. Et illud. Infirmos curate mortuos ſuſcitate. Et illud. Nolite poſſidere aurū neqꝫ argentum ⁊c̄. Qđ quantū pernicioſuꝫ ſit ⁊ euāgelice veritati aduerſum: tua pitia non ignorat. Ubi queſo eſſet illud petri Actuum iij. Argentū ⁊ aurum nō ē mihi. Et illđ Act. viij. Pecunia tua tecum ſit in pditionē: qm̄ donum dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Et illud Actuū. ix. Danſqꝫ illi manum erexit eā. in ſuſcitatione thabite. Hec ergo ſi ab apl̄is fuerūt intellecta ad litteram ⁊ ſeruata. ergo ⁊ illud de calciamentis ab apl̄is nō portādis. que predictis ſine medio cōnectunt̄. Preterea greci p̄dicātes euāgeliū: quos cernūt pecuniā nō accipe: nec calciatos incedē: ſed ſandalijs vel ſoleis vti: apoſtolicos nuncupant ⁊ vt chriſti diſcipulos venerantur. Monachi etiam indie: ſicut ille retulit mihi qui vidit: calciamentis nō vtunt̄: nudis pedib⁹ incedentes. Hec aūt ſcripſi tue pitie vt de cetero contra tot ⁊ tanta teſtimonia chriſtum ⁊ eius perfectiſſimos diſcipulos nō infames. ⁊ euāgelice veritatis regulam vt lux clariſſimam expoſitione tua myſtica non obſcures. Nam ſm̄ quādā glo. ſup Math. prau⁹ eſt auditor qui manifeſta vult obſcure intelligi. Innuit etiā Gre. in moralibus in proemio trifarie ſcripture modum. Sunt enim q̄ hiſtorice vel ad litteraꝫ intelligi nequnt. vt illud iob Suſpendium elegit aīa mea. Et illud. Pereat dies in qua natus ſum. Quedam hiſtorice moraliter ⁊ allegorice intelliguntur. Quedaꝫ in quibus qui ſenſum littere negligit: oblatuꝫ veritatis ſibi lumen abſcondit. Certuꝫ ē aūt ex predictis triuꝫ euāgeliſtarū ſentētias ſupius allegatas non in primo genere ſed in ſecūdo ⁊ tertio contineri. Ceterū q̄ q̄tuor euangeliſte Johānis baptiſte humilitatem admirabilem p̄dicantes introducūt ipſuꝫ dicenteꝫ q̄ non ſit dignus ſoluē corrigiam calciamentoꝝ chriſti ſiue ipſius calciamenta portare. Q, ſpūaliter intelligendum ſit ex gloſis ſanctorum annotatis ibidē clari⁹ innoteſcit. Dicitur Joh. i. Non ſum dignus vt ſoluā eius corrigiam calciamenti. Glo. Non ait: nō ſoluam. ſoluit enim qn̄ ipſum manifeſtauit: ⁊ de diuinitate ⁊ humanitate ipſius multa apuit. ſed non ſum dignus. ſ. ait. q: ad hoc agenduꝫ ſe indignum putauit. Itē Lu. iij. Nō ſum dignus ſoluē corrigiam calciamentorum eius. Glo. Non ſum dignus myſteriū ſoluere incarnatōis. vl̄ nomen ſpōſi nō mihi vſurpo. nec ſponſus credi: ſed amicus ſponſi volo. Item marci. i. Nō ſum dign⁹ pcūbēs ſoluere corrigiā calciamentoꝝ eius. Hiero. i. icarnationis myſteriū qn̄ verbū caro factum ē. Item Math. iij. Nō ſum dign⁹ calciamenta ei⁹ portare. Glo. Intēdebat hic oſtendere excellentiam chriſti ⁊ ſui humilitatē. Et in eadem glo. exponit̄ allegorice vt pri⁹. Forte aūt Johānes baptiſta in verbis p̄poſitis ad lr̄aꝫ intellectis non chriſtū calciatū dicere intendit ſed iuxta predictam glo. intendebāt ⁊c̄. maieſtatem chriſti magnificās: ⁊ ſuā humilitatē predicās. vſitatum modū loquendi tenuit. ſicut de homine valde nobili non lauante ma

nuo ſuas poſſet dicere paup humilis. nō ſuȝ dignus aquam effundere ſuper manus eius Niſi forte quiſpiā verba propoſita volēs exponere dicat q̄ chriſtus eo t̄pe quo Joh̄es baptiſta ſententias protulit antedictas. nondum publice predicabat. nondum regulā ediderat. nondum in deſerto exemplū dās penitentie ieiunauerat. Qd̄ vtiqȝ verū eſt. Et iō vult dicere q̄ calciamentis tunc t̄pis vtebaꝛ. Quod vtiqȝ videtur a gosis omnib⁹ ⁊ ſanctos expoſitorib⁹ alios. Sine alia hoc fuera ſine neceſſitate manifeſte cōcludit q̄ poſt inſtitutionem apl'ice regule chriſt⁹ ſuiqȝ diſcipuli tunc calciamentis ad litteram inceſſerunt. Nam ſm̄ Hiero. chriſtus non potuit quod non habenduȝ docuit. qui primo cepit facē q̄ȝ docē. Idcirco periculoſum eſt valde īmo ridiculoſum aſſerere aliter chriſtum: aliter apoſtolos vixiſſe. ⁊ chriſtum regulam nō ſeruaſſet. ⁊ apoſtolos aliud q̄ȝ chriſtum habuiſſe perfectionis exemplum. cum diſcipulum eſſe perfectum ſi ſit ſicut magiſter ſuus. ⁊ ſeruum non eſſe domino ſuo maiorem euāgelica veritas conteſtetur. ⁊ vt ſimus imitatores domini ſicut ⁊ ipſe chriſti nos Paulus apl's exhortetur. Tu igitur qui euangelij doctor es ⁊ ſectator: ſi huius euangelice perfectionis apicem non attingis vſu. attingas ſaltem affectu pio: affatu veridico: ⁊ catholico intellectu. ⁊ noli euangelij candidiſſimaȝ margaritam tortis expoſitionibus conculcare: noli contra euangelicorum pedum nuditatem pelles mortuas defenſare. Si enim cōtra ſententias euangelij calciamenta defenderis: timendum eſt ne duas tunicas ⁊ cum pera pecuniam defendere contendas. Doceat ergo te vnctio veritatem: vt ſi quid incautius contra euangelium predicaſti ſtudeas reuocare. Ne contemptum te reputes: q̄ in hac epiſtola tecum ſingulariter ſim locutus. hoc enim mihi amor charitatis priuate ſuaſit. preſertim q̄ malui conſuetudinem imitari doctorꝫ illuſtrium ⁊ ſanctorum: q̄ȝ vulgarem facetiam populorum. Vale in domino.

¶ Epiſtola ſancti Bonauenture. in q̄ mandat vt fratres ſui ordinis caueant a frequentia diſcurſuum. ab importunitate queſtuum. a ſumptuoſitate edificiorum: librorum: veſtiū ac ciborum. a predicatione cōtra prelatos coram laicis. ⁊ a litigioſa inuaſione ſepulturarum ⁊ teſtamentorum.

In chriſto ſibi chariſſimo fratri. B. iaucelis ꝓuincie miniſtro. frater Bonauentura ordinis fratrū minorū miniſter generalis ⁊ ſeru⁹. Salutē ⁊ pacem in domino ſempiternā. Quoniā ad hoc potiſſimū inuigilare debet ſollicita cura rectoris: vt in cōmiſſo ſibi grege meritum virtutis accreſcat: claudaꝛ via vicijs. ⁊ detur moribus diſciplina. diligenti deliberatione prehabita viſum eſt taȝ mihi q̄ȝ diffinitoribus capituli generalis: vt miniſtris ſingulis aliqua ibidem examinata ⁊ diſcuſſa litteratorie demādarē. ipſoſqȝ ſollicitos redderēꝫ ad eos potiſſimuꝫ abuſus tollendos de medio. quibus ſinceritas religionis inficiꝛ: perfectiōis celſitudo deprimiꝛ: ⁊ ſanctitas: claritas offuſcatur. Sane cum euangelici culminis obſeruata perfectio hacten⁹ ſpectabiles ⁊ amabiles nos mundo reddiderit: omniqȝ fauore ac reuerentia dignos. ecce iam nunc multitudine in procliua tendente: ⁊ remiſſius agentibus his q̄ ꝑſunt. viciorum quedā ſentes cernunꝛ ſuccreſcere. que dum ſacrū hoc venerandūqȝ collegiū deſpicabile ⁊ onerosum reddunt. ꝑplis conuertunt in ſcandalū: qd̄ cunctis eſſe debuerat in exemplū. Nam frequentia diſcurſuū ⁊ importunitas queſtuū: viles nos ⁊ graues efficiūt. pro eo videlicet q̄ dum paruis nolumus eē contenti. ⁊ edificia ſumptuoſa conamur erigere: vilia ſummo ſtudio querētes: nobilia per incuriam perdimus: cuꝫ murorū curioſa conſtructio deſtructionē pariat aiaꝝ. Perhorreo quorundā ꝓcaciū audaciā: qua cōtra patris nri doctrinā cōram laicis p̄dicando in eccleſia contra prelatos ipſos q̄ acua ſagittas

 230

do conſurgũt:non niſi ſcādala:iurgia:⁊ odia ſeminãt.⁊ non ſolum ipſorum: verumetiam dei prouocant iram.cum diuina conſtet lege ſancitum:ne quis maledicat ſurdo:nec ponat offendiculum coram ceco. Sed ⁊ ſepulturarum ac teſtamentoꝝ litigioſa ⁊ auida quedã inuaſio:cum excluſione illoꝝ ad quos aliarũ cura ſpectare dinoſcitur:non modicũ nos dero toti fecit exoſos:ſicut experientia docente percepimus.⁊ ipſe ſanctiſſimus pater pontifex ſummus domin⁹ clemens fratres omnes ad cauendũ hm̃oi pia prouidentia per me voluit cōmouere. [illegible] omnia hec pa[illegible] potiſſimũ rationẽ ⁊ cauſam q̄ ea que pro[illegible] ſiua cura per toti⁹ ordinis prouidentiã in generali capitulo ſtatuunt.paruipenduntur a fratribus:⁊ habentur pro nihilo.nec tñ trāſgreſſores hm̃oi diſciplina debita caſtigantur. Sicq̄ʒ fit diuini permiſſione iudicij. vt ſpernentes modica in maxima decidant. Nam dum diſciplina negligitur:inſolentie creſcunt.ac per hec interior negligentia circa exercitationem virtutũ:exterius procedit in ſcandalũ per eoꝝ patentẽ ruinam qui ſtare videbantur in oculis aliorum. Ex quo fit vt ſancte religionis ſplendor preſulgidus in palloꝛem degeneret.ſanctitatiſq̄ʒ pulcritudo ſordeſcat.bone opinionis odor corrumpitur:⁊ nomen domini blaſphematur. Ne igitur ſanguis animaꝝ non ſolũ noſtre ſollicitudini cōmiſſarum.ſed etiam omniũ q̄ ad lumen ſancte religionis per viam ſalutis incedunt de noſtris manib⁹ requiratur. charitatis tue zelum q̄ʒto poſſum efficacioꝛi mandato duxi preſenti ⁹ excitandũ:adiurans te p aſperſionẽ ſanguinis crucifixi:⁊ per ſtigmata paſ[illegible] in ſacro patris noſtri corpore [illegible] charitate [illegible] vt ſicut [illegible] ſeruus fidelis ⁊ prudens:ad predictarum extirpationem peſtiũ toto te animi vigore ſuccingas:tota mentis attentiõe inuigiles:totoq̄ʒ feruore ſpiritus ſuccēdaris. Et primum quidem ad ſancte orationis ſtudiũ fratres tue cure cōmiſſos efficaciter incitans:ad regule pmiſſe obſeruantiam ſincerã inducas pariter ⁊ compellas.peſtiferos ⁊ inſolentes nullius ferendo faciẽ euellēs ⁊ deſtruens:diſſipās ⁊ diſperdens:vel carcerali mancipando cuſtodie:vel a cōmunitate ſacri collegij expellēdo iuxta q̄d pietatis ⁊ iuſticie lex expoſcit.ne duʒ crudeli miſericordia vni membro putrido parcitur:in totius corporis ſoſpitatem putreo corruptio diffundatur. Et quoniam paupertas eſt noſtre religionis prerogatiua ſublimis. ne nobilis hec Margarita conculcāda porcis viliter exponatur:diſcurſuũ cauſam ⁊ que [illegible] vel [illegible] ac [illegible] ſeſſionis [illegible] ſcoꝛdet. Fedum eſt enĩ ꝓphanũq̄ʒ mendaciũ ſumme paupertatis voluntariũ profeſſorem ſe aſſerere:⁊ reꝝ penuriã pati nolle.interius diuitum inſtar affluere:⁊ exterius more pauperum mendicare. Inhibeas etiam fratrib⁹ firmiter ⁊ diſtricte:q: tam diuino q̄ʒ canonico ꝓhibetur imperio:ne p̄latoꝝ vitaʒ corã populo carpãt.ſʒ poti⁹ reuerentiã exhibeãt.nõ tñ bonis ⁊ modeſtis:verũetiã diſcolis.q: etiam hoc exigit ſacrum myſterium chriſtifice vnctionis. Mandes etiã fratrib⁹ vniuerſis vt pacem clericorum omniũ tã in teſtamētis q̄ʒ in ſepulturis q̄ʒtũ in eis eſt ſic ſtudeãt obſeruare:vt nullam habeant contra nos occaſionem iuſte q̄rele.ſimulq̄ʒ ſeculo toti clareſcat:q: non cōmoda reꝝ:ſed lucra q̄rim⁹ aĩarum. Deniq̄ʒ q: his ⁊ alijs deoꝛdinationib⁹ innumeris per ſtatuta ordinis via precluditur. volo vt p loca fratrũ ea ſic diligẽter cōſcribi legi facias ⁊ ſeruari:vt ſicut ꝓfeſſiõe virtutum [illegible] credimur.nequaq̄ʒ [illegible] poſſeſſione [illegible]. [illegible] igitur charissime frater tam efficaci ſtudio [illegible] ceſſes intendere q̄d deus gratum habeat.⁊ ego tue obedientie promptitudinẽ ⁊ ſollicitudinis vigilantiam zelumq̄ʒ ordinis ſacri poſſim non immerito cõmendare. Et vt hoc melius fiat volo vt preſens ſeries omnibus fratribus tue prouincie per te vel per cuſtodes quotiens oportunuʒ fuerit explicetur.

nequaq[uam] ... ſāctus ... quantum ... cum ... ſpiri ... ha[...]

¶ Epiſtola ſancti Bonauēture ad miniſtros ꝓuinciales ꝛ cuſtodes de reformandis fratribus ſui ordinis.

In chriſto ſibi chariſſimis miniſtris: ꝓuincialibus et cuſtodibus vniuerſ. Frater Bonauētura ordinis eorūdem generalis miniſter ꝛ ſeruus. Salutē ꝛ pacē q̄ exuperat oēm ſenſum. Licet inſufficientiā meā ad ferendū onus impoſitū cognoſcerē manifeſte: ꝓpter debilitatē corporis imꝑfectōem mentis: inexꝑientiā actōis: ꝛ repugnātiā volūtatis. q: tñ durū eſt ꝯ ſtimulum calcitrare tāte ꝯgregatōis ꝛ ſūmi pontificis: ac ꝑ hoc ꝛ altiſſimi dei volūtati ꝑtinaciter reſiſtēdo. ſarcine graui ꝛ quaſi importabili humeros ſuppoſui imbecilles: ſperans de adiutorio ꝟtutis oipotētis: ꝛ ꝯfidens de amminiculo veſtre ſollicitudinis in idipm̄. Nā etſi ſit impoſſibile homini quantūcunq3 forti induſtrio ꝛ expto totā tanti oneris ſarcinā ſuis humeris baiulare. ſi tñ diuiſa in partes: ꝛ humeris impoſita diuerſoꝝ viriliter a quolibꝫ ſportet: nō eſt quantūcunq3 debili capiti horrore quodam rei inſolite deſperandū. Quoniam igit de veſtra pſumo induſtria ſollicitudine ꝛ zeli viuacitate: q ꝓmpti ſitis ad extirpanda mala: ꝓmouēda bona: refouēda debilia. ꝛ fortia ꝯſeruanda. videns me ſpeculatorem datū domini iſrael. ne ſanguis animaꝝ de manibus meis reqrat. cogitaui quedam vobis breuit ſcribere: que ꝟbotenus ſi in capitulo generali fuiſſem: libentius enodaſſē. Nūc aūt q: pericula tpm̄ vrgent: ꝛ leſiones ꝯſciētiaꝝ: necnō ꝛ ſcādala mūdanoꝝ: qbꝰ cū ordo deberet eſſe ſanctitatis totius ſpeculū i diuerſ orbis ptibus in tediū ꝟtit ꝛ ꝯtēptū. que mihi de ꝯſilio diſcretoꝝ viſa ſunt corrigenda. nec penitus tacens: nec oino exprimēs nec noua ſtatuens. nec vincula ſup inducens. nec onera grauia alligans aliis ꝛ imponēs. ſed tanq3 annūciator veritatis breuiter explico. videns illa nullatenus reticēda. Sane ꝑquirenti mihi cauſas cur ſplēdor noſtri ordinis quodāmodo obſcurat: ordo exterius inficit ꝛ nitor ꝯſcientiaꝝ interius defedat: occurrit negocioꝝ multiplicitas q̄ pecunia nr̄i ordinis pauptati ſup oīa inimica auide petit: incaute recipit: ꝛ incautius ꝯtrectat. Occurrit quorūdam fratrū ocioſitas: que ſentina eſt oium viciorꝝ: qua plurimi ꝯſopiti monſtruoſū quendam ſtatū inter ꝯtēplatiuā ꝛ actiuā eligētes: nō iam carnaliter q3 crudelit ſanguinē comedunt animaꝝ. Occurrit euagatio plurimoꝝ q ꝓpter ſolaciū ſuoꝝ corpoꝝ grauando eos ꝑ quos trāſeūt: nō exēpla poſt ſe relinquunt vite: ſꝫ ſcādala potius animaꝝ. Occurrit importuna petitio q̄ oēs trāſeuntes ꝑ fras adeo abhorrēt fratꝝ occurſum: vt eis timeant q̄ſi ꝑdonibus obuiare. Occurrit edificioꝝ conſtructio ſumptuoſa ꝛ curioſa: que pacē fratꝝ inqetat: amicos grauat. ꝛ hoīm ꝑuerſis iudiciis multipliciter nos exponit. Occurrit multiplicatio familiaritatū quā regula nr̄a ꝓhibet: ex q̄ ſuſpitiones: infamatōes ꝛ ſcandala plurima oriūtur. Occurrit improuida ꝯmiſſio officioꝝ. quia fratribus nōdū vſq3quaq3 ꝓbatis. nec carne maceratis: nec ſpū roboratis imponūtur officia vix portāda. Occurrit etiā ſepulturaꝝ ꝛ teſtamētoꝝ auida q̄dā inuaſio: nō ſine magna turbatōe cleri: ꝛ maxime ſacerdotū. Occurrit mutatio locoꝝ frequens ꝛ ſumptuoſa: cū quadā violētia ꝛ perturbatione terraꝝ: cum nota inconſtātie: non ſine preiudicio pauptatis. Occurrit tandē ſūptuoſitas expenſaꝝ. Nam cū frēs paucis nolint eſſe ꝯtenti: ꝛ charitas hoīum refriguerit: facti ſumus omnibus oneroſi: magiſq3 fiemus in poſterū. niſi remediū celeriter apponat. Licet aūt plurimi repiant qui non ſunt culpabiles in aliquo ꝑdictoꝝ: tñ omnes inuoluit hec malediccio: niſi a nō facientibus his qui faciunt reſiſtat. cū luce clarius oia ſupradicta in maximū ꝛ nullomodo diſſimulādū vergant nr̄i ordinis detrimentū. licet tepidis ꝛ indeuotis ꝛ ſcđm carnem ſapientibus conſiderantibus conſuetudinem ꝛ allegātibꝰ mul.

titudinem: q̄ñ facilia ⁊ excuſabilia: etiam irremediabilia videantur. Excitetur ergo cordis noſtri deuotio ⁊ feruor ad zelum. ⁊ eiectis negociatoribus de domo patris celeſtis. fratres omnes ad orationis ⁊ deuotõis ſtudiũ accẽdatis: reſtringatis receptionem multitudis. q: modis omnibus volo q̄ cõſtitutio de receptione ſtricte ſeruet. Prauas predictorũ viciorũ conſuetudines ⁊ reſecetis. q: licet videatur fratribus graue. requirit tamen hoc perfectio profeſſionis noſtre. requirit tribulationis incurſus. reqrit mundus. Clamat hꝰ beatus franciſcꝰ. ⁊ ſanguis chriſti aſperſus. ⁊ dominꝰ de excelſis. Ocioſos ſtimuletis ad laborem. vagãtes compeſcatis ad quietem. importune petentibus imponatis ſilentium. intentos exaltandis domibus profundius deprimatis. familiaritates querentes arceatis ad ſolitudinem. Officia p̄dicatiõis ⁊ confeſſionis cum multo examine imponatis. Conſtitutionem de teſtamentis olim factam ⁊ denuo de ſepulturis faciatis artius obſeruari. Locorum vero mutationẽ nullatenꝰ concedatis alicui ante capitulum generale. Nam de conſilio diſcretorũ propter ſcãdala vitanda iuxta predeceſſoris mei mãdatum hoc mihi reſeruo diſtricte per obedientiã iubendo. vt nullus deinceps locum mutet ſine mea licentia ſpeciali. Diſcant etiam fratres modicis eſſe contenti: quia vehementer a ſapientibus ⁊ rationabiliter formidat̄ q̄ oportebit eos modicis eſſe contentos velint nolint. Si igit̄ obedientes fueritis verbo per epiſtolam. ⁊ hoc per viſitatores intellerero: quos volo ſuper p̄dictis corrigendis tam in capitibus q̄ in membris diligentiusꝰ vigilare: gratias agam omnium conditori ⁊ vobis. Si aliter quod abſit acciderit: indubitanter ſciatis: q̄ nullatenus pateretur conſcientia mea predicta ſub ſilentio pertranſire. Licet enim non ſit mei propoſiti nouis vos vinculis innodare: oportet me tamenꝰ conſcientia compellente totis viribus extirpationi intendere predictorum: quatenus vitatis ſcandalis: vt tenemur regule quam vouimus: ſine cuius obſeruatione ſaluari non poſſumus: veritatem perſpicaciter videamus: ⁊ impleamus profeſſionem. ⁊ totis viribus puritatem cuſtodiamus: que impugnatur euidẽter ex omnibus ſupradictis. Datum pariſius ⁊c. Hãc autem litteram legi in ſingulis conuentibus veſtre prouincie faciatis.

Finiunt epiſtole.

¶ Incipit liber ſancti bonauenture de tribꝰ ternarijs peccatorum infamibus.

Res ſunt ternarij peccatorum infames. In primo eſt petm̄ originale: mortale: ⁊ veniale. ad q̄ oĩa alia peccata reducunt̄. In ſcđo eſt peccatũ cordis: oris ⁊ opis. Et his tribus modis oĩa peccata cõmittuntur. In tertio eſt concupiſcentia carnis: concupiſcentia oculorum: ⁊ ſuperbia vite. Et ab his tribus omnia peccata oriunt̄. Quantum autem ad primũ nota: q̄ illa tria poſſũt diſtingui ſm̄ naturam corporalis ĩfirmitat̄. Eſt enim quedam infirmitas que cũ natura producitur: ſicut podagara. Eſt quedam per quam tota vita deſtruit̄: ſicut febris cõtinua. Et eſt quedam p̄ quã nã debilitat̄ ſic̄ febris diſcraſia. Scđm hũc modũ iſta tria peccata diſtinguunt̄. Naꝫ petm̄ originale eſt illud qđ cũ nã traducit̄. Et ideo dr̄ ad Ephe. ij. Om̄s naſcimur filij ire. Peccatũ mortale eſt illud p̄ qđ tota vita ſpũal' deſtruit̄ vel ↄſumit̄. De quo Ezech. xviij. Aia q̄ peccauerit ipſa morietur. Peccatũ veniale eſt illud p̄ qđ natura debilitat̄. Et iſta duo ſic differunt. Nã peccatũ veniale eſt in aĩa: ſicut punctura pulicis in corpore que modicũ ledit. Sed petm̄ mortale eſt in aĩa ſicut morſus ſerpentis ĩ corpore: qui veneno hoĩem interficit. Vel aliter poteſt patere ſub tali exemplo. Peccatum mortale opponitur charitati. ſed veniale op-

ponit̄ feruori charitatꝫ. Unde ſicut homo q̄ꝫ proijcit in ollam feruentē modicū aq̄ frigide impedit feruorē: ſꝫ non tollit caliditatem: ita peccatū veniale impedit feruorem charitas q: ex hoc efficit̄ homo tepidus. ſed non tollit charitatem. q: compatiunt̄ ſe adinuicem in eodem ſubiecto. Sed mortale deſtruit totū. Sicut ſi homo ꝓijceret in ollā feruentem aquam frigidā in maxima copia: τ feruorem impediret τ caliditatem extingueret. Sic ergo differunt mortale τ veniale.

¶ De originali peccato.

Circa originale nota q̄ ab alijs in q̄tuor diſtinguit̄ q: habet vnitatem cōmunitatem equalitatem τ differentem q̄litatē. Primo vnitatē: hꝫ q: eſt vnū in omnib⁹. Nam in vno hoie eſt vnum numero: in oīb⁹ eſt vnū ꝓportiōe reſpectu ad vnū principiū. Alia aūt peccata ſunt varia τ diuerſa. Q, autē peccatū originale ſit vnum: patet ex ipſa natura cū qua traducit̄. q: ſicut humana natura eſt vna. ita infectio nature eſt vna. Et hoc poteſt patere mult̄ exēplis. Videmus enim q̄ arbor vnius nature multa folia habet: τ tamen omnia folia eandem figuram habent. Et arbor vna multos fructus producit: q̄ ſilēm ſaporem hn̄t. Silr̄ eſt in propoſito. q: ab vno hoīe oēs homīes producunt̄. Et q: ipſe prim⁹ hō peccatum originale cōmiſit: ideo in omnes poſteros tranſmiſit. Ideo dr̄ ad Roma. v. c. Sicut per vnū hominē pctm̄ intrauit in hūc mūdū. Secundo habet cōmunitatem: qđ de alijs nō cōtingit. Peccatum. n. mortale non eſt in oīb⁹. q: non fuit in Iohāne baptiſta. Hieremia: τ multis alijs. τ etiam veniale: q: nō fuit i beata virgine. Aug. Cum de peccatis agitur: nolo de virgine fieri mentionem. Sed originale oīb⁹ eſt cōmune: q̄ per carnalē originē deſcenderūt. Et q: chriſtus nō deſcēdit ab adā per originē carnalē vel ſeminalē. ideo pctm̄ originale non contraxit. Et ideo dicit Augu. q̄ eſſe ſine pctō ſolius eſt redēptoris qui fuit ſine pctō ɔ̄tcō τ cōmiſſo. Et ſi aliquis aliꝰ miraculoſe ex carne hūana formaret̄: pctm̄ originale non haberet. q: ab adam ſm̄ legem cōmunem. ſ. ɔcupiſcētie nō deſcēderet. Cum autem omnes ab eo ſm̄ legem predictā deſcendant. id eſt ſm̄ ſeminalem rationem omnes contrahunt originale peccatum. cuius ſignum eſt mors: que eſt ſtipendium originalis. Unde Roma. vi. Stipendia peccati mors. Unde ſicut omnes morimur. ita omnes originale contrahimus. ſed ſi aliquis non contraheret: redemptione facta per chriſtū non indigeret. quod eſt hereticum. τ a fide catholica alienum. Tertio habet equalitatem. In alijs peccatis magna diuerſitas eſt. quia homicidium eſt maius peccatum q̄ furtum τ adulterium q̄ fornicatio. τ ſic de alijs. Et in venialibus ſunt etiam gradus penes illa tria que dicit apoſtolus. i. ad Chorinth. iij. lignum: fenum: ſtipulam. Sed peccatum originale equale eſt in omnibus: quia eſt a principio nature: que equaliter eſt in omnibus.

Quarto habet differentem qualitatem. q: reliqua peccata ideo ſunt peccata: q: voluntaria. et ſi non eſſent voluntaria nō eſſent peccata. Sed peccatum originale non eſt voluntarium voluntate contrahentis. ſed tantū voluntate primi originantis. Alia etiam peccata non traducunt̄ in filios a parentibus: ſed originale traducitur. Et ratio huius eſt. q: in quolibet homine duo ſunt. natura τ perſona. Ea que ſunt perſone non traducuntur a parentibus in filios. Non enim pater traducit in filios virtutes τ ſcientias quas proprio ſtudio acquiſiuit. nec peccata que proprio actu cōmiſit. ſed ea que pertinent ad naturam ſpeciei a parentibus in filios traducuntur: niſi aliquod eueniat impedimentum. Unde oculatus generat oculatum. Et ſic cum originale peccatū ſit nature: a parentibus in filios traducitur. Sed peccatum mortale: cum ſit peccatum perſone: in filios non traducitur. Huius exemplum. ſ. peccati originalis in rebus ſenſibilibus apparet. Si aliquis vellet hauri re de fonte aquam que eſſet turbida τ corru

pta: hauriendo aquam hauriret corruptionem. Simile eſt in propoſito. qꝛ cum tota natura ſit corrupta per peccatum originale: quicunqꝫ recipit naturam: ſimul recipit ⁊ peccatum. Item alio modo. Omnes homines qui naſcunt̃ ex adam poſſunt conſiderari vt vnus homo inquantũ conueniũt in natura quam a primo parente accipiunt. ⁊ ſic multi homines ab adam deriuati ſunt tanq̃ꝫ multa membra vnius corporis. Actus autem membri corporalis: non eſt voluntarius voluntate ipſius manus. ſed voluntate ipſius anime: que primo mouet mẽbra. Unde homicidiũ quod manus cõmittit: non imputatur manui ad peccatum ſm̃ ſe vt diuiſa a corpore. ſed imputat̃ ei inquantum eſt hominis aliquid per quod mouet̃. qꝛ a principio hominis eſt motio. Sed inordinatio que eſt in homine iſto: non eſt voluntaria voluntate. ſ. ipſius hominis: ſed voluntate primi parentis. Unde inordinatio ade in qua omnes originaliter fuimus: redundat in omnes. Sic caleſactio epatis redundat in faciem. Uidemus enim q̄ illi qui habent epar caleſactum: habent vultũ croceum propter colligationem membrorũ ad vnum principiũ.

n Unc aũt videndũ eſt quid ſit originale peccatum. Circa qđ ſciendum q̄ ſicut quilibet artifex opus ſuum ordinat ⁊ diſponit: vt poſſit conſequi debitũ finem. ita deus hominem ordinauit vt poſſit peruenire ad vltimum finem. Cuꝫ igit̃ finis humane nature omnis nature facultatem excedat. non poterat homo ad p̄dictum finẽ p̄uenire. ⁊ ideo deus addidit humane nature donum iuſticie naturalis. que quidem iuſticia in hoc conſiſtebat: q̄ q̄ꝫdiu fuit aĩa deo ſubiecta: ipſi aĩe ſubijciebant̃ omnes vires corporis: ⁊ ipſũ corpus. ita q̄ nullus motus poterat eẽ in corp̄e ſine imperio ratiõis: Un̄ in elementis ex quibus corpus componitur nõ fuiſſet aliqua pugna. nec in humoribꝰ aliqua diſcraſia: ſi anima deo perfecte ſubiecta fuiſſet. In viribus etiam corporis ⁊ anime non fuiſſet motus contra imperiũ rõnis. qꝛ nec concupiſcentia tetendiſſet effrenate i delectabile preter regulas ratõis: potentias anime ⁊ vires corporis regulantes quantum ad obiecta ⁊ actus earum. Et ideo ſtatim amoto primo ordine: etiam ſecundus ordo eſt rationabiliter mutatus. qꝛ q̄ꝫcito anima fuit inobediens deo: ⁊ corpus fuit inobediens aĩe De qua inobedientia dicit̃ Roma. vij. Uideo aliam legẽ in membris meis repugnantem legi mentis mee ⁊c̄. Illud ergo qđ hũc ordinem priuat dicit̃ peccatũ originale. id ẽ priuans originalis iuſticie. Qđ tali patet exẽplo. Corpus in ſtatu inocentie erat ſicut equꝰ frenatus qui ducitur ſm̃ voluntatem ſeſſoris. ſed poſtq̃ꝫ frenum deponitur inordinate mouetur. Ita enim deus in primo ſtatuꝰ frenabat corpus q̄ moueri non poterat: niſi ſm̃ regimen rõnis. ſed poſtq̃ꝫ homo peccauit: deus frenũ depoſuit ⁊ ſubtraxit. ⁊ ſic effrenate effertur contra imperiũ rationis Hoc eſt qđ dicit̃ Gala. v. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Ex iſto peccato multi defectus ſunt in homine. ſicut ex graui infirmitate corporali relinquunt̃ reliquie infirmitatis preterite. ſ. debilitas in operando. alteratio guſtus in appetendo: viſus in reſpiciendo: greſſus in ambulando. Sic ex originali pctõ quedam reliquie relinquunt̃: q̄ vulnera appellant̃. Qđ ſic patet. Quãdiu fuit anima deo ſubiecta: nihil inordinatum cõtingebat in carne nec in viribꝰ anime. Nam deſideriũ ordinate ferebat̃ in ſuũ delectabile: ⁊ animꝰ in aggreſſibile: ⁊ intellectꝰ in intelligibile: ⁊ volũtas in appetibile. Ex quo aũt anima receſſit a dei imperio: ſtatim inordinatio ⁊ p̄dictio in oĩbus acceſſit. Et ſic deſiderium vulneratũ concupiſcentia: animũ diſcraſia: intellectum ignorantia: voluntatem malicia habuit. Sunt ergo iſta quattuor vulnera ex primo peccato inflicta. Quorum primum. ſ. concupiſcentia eſt quaſi vulnus inſatiabile. vnde miro mõ inimicatur anime. Ideo aſſimilatur cuidaꝫ animali quod vocat̃ hydrus: qđ mirabiliter in-

imicat cocodrillo. Cũ.n.ſit aial venenoſum inuoluit ſe in herba: quã cocodrillus deglutiens ex veneno morit: ⁊ hydr⁹ de vẽtre ei⁹ exit illeſus. Sic ↄcupiſcĩa inuoluit ſe delectatõib⁹: ⁊ hõ deglutiẽs mũdi delectabilia: deglutit ↄcupiſciaꝫ: q̃ aĩa veneñat ⁊ priuat vita grẽ. Hec ẽ ꝑ plaga iſanabil: q̃ q̃nto magis ꝯ guſtat: tãto magis deguſtãs famelic⁹ reddit vel efficit. Et iõ dr̃ in ꝓuer. ⁊ hĩ. vij. ethi. Quid opꝫ bibẽ eũ quẽ aqua ſuffocat. Qua ſi diceret. Sic aqua ſuffocat nõ ſatiat. ita ↄcupiſcẽtie deditũ nihil ẽ qð ſatiet. Hec ẽ plaga q̃ oẽ bonũ eradicat ſpũale. Jõ dixit daniel ſeni q̃ in ↄcupiſciaꝫ ſuſanne exarſerat. Cõcupiſcẽtia ſubuertit cor tuũ. A corde ſiqdẽ procedũt ſenſus ⁊ mot⁹ ⁊ corpales act⁹. Vñ deſtructo corde oĩa illã deſtruunt. Et ſic ↄcupiſcĩa cũ cor ſubuertit oĩa alia bona ↄſumit. Secũda plaga ẽ ignorãtia: q̃ vulnerat itellectu. Pſal. Lumẽ oculoꝝ meoꝝ: ⁊ ipſuꝫ nõ ẽ mecũ. Sꝫ amiſſo viſu: amittit oẽ gaudiũ. ꝫ illð Thob. v. Quale gaudiũ mihi erit q̃ in tenebris ſedeo: ⁊ lumẽ celi nõ video. Et ħ iõ. Qa dulce lumẽ ⁊ delectabile ẽ oculis vidẽ ſolẽ. Et rõ hui⁹ ẽ. q: vt dĩ ſapiẽs. īter oẽs ſenſus viſus ẽ diligibilior. Sꝫ ſi hoc ẽ de viſu corpali: mlto magis de viſu ſpũali. Hec ꝑ plaga ex ꝑmo pctõ ẽ. q: oẽs inuoluimur tenebris vt dr̃ in Job. Tertia plaga ẽ paſſiõis vł ipotẽtie diſcraſia. q̃ põt dici īfirmitas in aĩa ad ſiſitudinẽ īfirmitatꝫ corpalis. Dr̃ aũt corp⁹ īfirmũ q̃n debilitat vł in executõe ꝓprie opationis: vł ipedit ꝓpter aliquã iordinationẽ partiũ corpis: ita humores ⁊ mẽbra nõ ſubdunt ꝟtuti regitiue corpis. Sic oculus dr̃ īfirmus q̃n nõ põt clare vidẽ. Sic īfirmitas aĩe dr̃ q̃n ipſa ipedit in ꝓpria opatõe. eo ꝙ ptes ei⁹ nõ ſubdunt regimini rõis. Vñ. phs i ꝑmo ethi corꝑ cõparat icõtinẽtẽ palytico: cui⁹ ptes mouent in ↄ̃rium ei⁹ qð ipſe diſpõit. Jõ clamat aplus. Ro. vij. Nõ qð volo bonũ hoc ago: ſed qð odi malũ illð facio. Inter. oẽs aũt paſſiões que debilitãt aiaꝫ: nulla ita debilitat vt amor carnalis. Vñ aĩa ꝓpter amorẽ lãguet. Lãguor aũt eſt īfirmitas aĩe vt dicit Tull⁹. Et rõ hui⁹ eſt. q: tũc aĩa īfirmat ⁊ lãguet q̃n a ꝓpria ⁊ nãli forma diſcedit. ħ aũt fac amor q̃ trãſformat amãtẽ in amatũ. ita ꝙ amãs iã nõ agit ꝫm ſuã formã: ſꝫ ꝫm formã amati. Jõ dicebat ſpõſa in Cãticis. v. Nũciate dilecto meo ꝙ amore lãgueo. Qñ aũt paſſio amoris nimiũ icedit: amittit rõnis vſum. q: nimij ꝓpt abũdãtiã amoris ꝯſi ſũt in iſaniã. Amor aũt nihil aliud ẽ q̃ꝫ cõplacẽtia alicui⁹ rei ↄueniẽtis accepte p ſenſus. Et ex hoc amore ꝓcedit cõcupiſcẽtia q̃ tẽdit in reꝫ amatã. nec põt q̃etari donec ꝑueniat. ⁊ cũ ꝑuenerit delectat. q: delectatio nihil aliud ẽ q̃ꝫ q̃etatio in re adepta. Hic plura dicta ſũt q̃ pñt ↄuenire ꝑmo vulneri. Quarta plaga ẽ malicia q̃ vulnerat volũtatẽ. Sꝫ videt ꝙ volũtas nullũ peccatũ cõmittit ex ꝓpria malicia. q: ſic dĩc dionyſi⁹ in li. de di. no. Nullus ad malũ reſpiciens opat. Ad qð dicẽdũ ꝙ malũ nõ põt eſſe ꝫm ſe itẽtũ. ſic vſurari⁹ extorquẽdo vſuram nõ itẽdit offenſaꝫ diuinã. ſꝫ itẽdit multiplicare pecuniã. Vñ biũ vellet ſi poſſet abſqꝫ offenſa dei hr̃e pecuniã. Sꝫ duob⁹ ꝓpoſitꝭ offenſam dei negligit: ⁊ acquirit pecuniam. Et ſic eſt de omnibus alijs.

De mortali peccato.

o Jcto de originali pctõ: dicendũ ẽ de mortali. Et q̃rit. Utrũ aliqd poſſit eẽ mortale pctm̃. Et videt ꝙ nõ. q: mortale dr̃ qð mortẽ īfert. ſꝫ nõ põt īferri aĩe mors: cũ ſit imortal. ergo nullũ pctm̃ ẽ mortale. Jtẽ mors ꝓpria opatõe hoĩeꝫ ꝑuat. vñ hõ mortu⁹ nihil põt opari. ſꝫ pctõres i pctõ exiſtẽs mlta ſtrẽnue opant: ⁊ ꝑſpicue itelligũt. ⁊ ſic videt ꝙ nullũ ſit pctm̃ mortale. Et dicendũ ꝙ mlta ſũt pctã mortalia. ⁊ ꝟe aliqđo act⁹ hũan⁹ hꝫ rõeꝫ pctĩ mortal. Eſt.n. pctm̃ mortale qð corrũpit vitã: tollit efficaciã: diminuit viã: ⁊ obligat ad gehẽnã. Uita aũt ſpũal cõſiſtit in calore: ſic vita corpalis. Vñ defect⁹ caloris ẽ defect⁹ vite. Sic videm⁹ in morientibus ꝙ paulatim calor deficit i extremitatib⁹ corpis: q̃ pri⁹ īfrigidant. ⁊ calor ad pncipium

vite:idest ad cor recoligitur. qui cum ex toto defi cit ibidem. vita totaliter perit. Huius exemplum videmus in lucerna. in qua quamdiu est calor vel humor: vel liquor: tamdiu est ibi splendor lu minis. et deficiente calore deficit lumen. Sic vita spiritualis non est aliud nisi quidam calor. i. amor diuinus. qui quidem duplicem faciens hz ſm duplicem aſpectum. vnam que reſpicit deum. aliam que reſpicit proximum. quia charitas nihil aliud eſt quam dilectio qua diligitur deus propter ſe: et proximus propter deum. Illud ergo quod iuſtum amorem corrumpit eſt peccatum mor tale: ſicut blaſphemia: piurium: hereſis: et hu iuſmodi. que charitatem corrumpunt quam habe mus ad deum. falſum teſtimonium: furtum et huiuſmodi: que contrariantur charitati quam habe mus ad proximum. et omnia que preceptis de calogi prohibentur: peccata mortalia iudican tur. Secundo tollit virtutis efficaciam. Ex quo enim homo in mortale ſe precipitauit: iam non poteſt per ſe reſurgere: niſi gratia ſalua toris mediante. Ideo dicitur in pſal. quod homo eſt ſpiritus vadens et non rediens. i. per ſe in pec catum vadens: ſed non per ſe reſurgens. Si cut per ſe poteſt ſe proicere in profundum lacuz vel lutum: ſed non poteſt per ſe exire. Et ideo per ſe homo ad mortem vadit: ſed non per ſe re dit: niſi miraculoſe. quia non eſt regreſſus de pri uatione ad habitum ſm naturam. Tertio di mittit viam. Omnis eniz via ducit ad aliquem finem: ſicut omnes vie contra ciuitatem du cunt ad ciuitatem. Ultimus autem finis omnium eſt vnus. ſcilicet deus. Nam ſicut ipſe est vnuz principium et vniuerſale: ita eſt vnus finis et vl timus omnium. Quando autem alius conſti tuitur diligitur et eligitur: receditur ab hoc fi ne vltimo. Et cum finis ſit maxime diligibilis: ille finis conſtitutus diligitur plus quam deus qui eſt vltimus finis. Hoc autem non poteſt ſine mortali accidere: ſicut patet in guloſis qui ven trem pro deo colunt. De quibus Philip. iij. Quorum deus venter eſt. Et hoc ſic patet. Si pponatur guloſo deus ex vna parte: et cibus delectabilis ex alia parte: ipſe ſpreto deo inco mutabili bono per amorem cibo inheret tamquam vltimo fini. Et ſi luxurioſo ex vna parte pro ponatur adulterium prout eſt delectabile: et ex alia parte deus prohibens: contemnit dei prohi bitionem: et ſe adulterine delectationi imer git: et deuiat a fine. Et hec eſt differentia pec cati mortalis a veniali. Quia mortale totali ter elongat a via: et retrorſum graditur. et ideo quanto magis a via deuiat: tanto magis a fi ne recedit et elongatur. Pſal. Longe a pec catoribus ſalus. Ueniale autem a via non ab ducit: nec ab vltimo fine ſeparat. Quar to obligat ad gehennam. quod non contingit de veniali vel originali. Sed videtur incon ueniens quod pro modica delectatione quis ad iudicetur eterne damnationi. Eſt dicendum quod pena commenſuratur ſm conditionem illius in quem peccatur. Unde magis peccat qui per cutit militem: quam qui ruſticum. et magis qui regem offendit: quam qui militem: et ſic de alijs ſm gradum nobilitatis. Qui ergo offendit deum: qui eſt infinitum bonum: merito pe nam incurrit infinitam: propter contemptuz maieſtatis diuine: et infinitati culpe reſpondet infinitas pene in damnatione. Unde pena dam natorum eſt infinita: et eſt finita. Finita eſt in acer bitate: et hoc reſpondet delectationi que fuit in actu peccati. Infinita eſt in duratione: et hoc propter contemptum dei qui eſt infinitus. Ad illud quod obijcitur quod anima non poteſt inferri mors. Dicendum eſt quod duplex eſt mors. ſ. nature et culpe. Quo ad mortem nature anima dicitur immortalis. ſed quo ad mortem culpe moritur. Nam ſicut dicit Auguſtinus in libro de mendacio. Sicut corpus viuit ex anima: ita anima viuit ex deo: ſed anima ſeparata a corpore moritur cor pus. ergo cum deus ſeparatur ab anima: moritur anima. ſed non ſeparatur niſi per peccatum mortale. ergo etc. Ad aliud quod mors priuat ab operatione Dicendum quod quicquid peccator operatur mor tuum dicitur. nec tamen debet ceſſare a bonis operibus. Sicut infirmus: ſi vtatur malis cibis leuiter moritur. ſi autem bonis: paulatim ad ſani tatem reducitur.

### De veniali peccato.

P Ost mortale ⁊ originale dicendum est de veniali. Circa qđ quattuor q̄renda sunt. scilicet de ipsius essentia efficacia: sufficientia ⁊ indulgētia. Quantum ad primum peccatum veniale dicitur tripliciter. s. ab euentu: a causa: ⁊ a sua natura. Ab euentu: q: omne mortale dicitur veniale per penitētiam vt dicit Ambro. A causa q̄n in natura sua habet vt veniam mereatur. sicut peccatum qđ fit ex infirmitate vel ignorantia habet in se causaꝫ venie. Nam qui ex infirmitate frangit ieiuniū non incurrit peccatum. Et si ex ignorantia aliquis faciat qđ non credat peccatum: veniam meretur. A sua natura ⁊ a suo genere: vt verbum ociosum: ridere ⁊ huiusmodi. Quo ad sufficientiā licet peccata venialia non sint determinata in aliquo modo: possunt tamen reduci ad certum numeꝝ: scilicet ad ternarium. scꝫ lignum: fenum: ⁊ stipulā. Et ratio huius est. Quia veniale dicitur qđ de facili purgatur ⁊ consumitur. ⁊ ideo per hec tria designatᷣ. quia ab igne de facili comburuntur. Per lignum quidem peccata venialia grauiora designantur. per stipulā leuiora per fenum mediocria designantur. Et huius ratio est: quia omnia ternario consistunt. Unde quelibet creatura habet suū ternariū. scilicet essentiaꝫ: virtutem: ⁊ operationē. Et quelibet operatō consistit in ternario. s. in principio medio ⁊ fine. Et anima in sua natura habet ternariū. scilicet memoriā intellectum ⁊ voluntatem. Item peccata mortalia per tria distinguūtᷣ. sicut dicit glo. super epistolam. i. ad Chorin. iij. s. per ferꝝ: es: ⁊ plumbū. Quo ad efficientiam nota q̄ homo pōtest esse sine peccato mortali: sed non veniali. Et ratio huius. quia homo dū vnū veniale vitat: aliud incurrit. Unde dicunt doctores q̄ homo potest vitare qđlibet veniale in particulari: sed non in vniuersali. Et est exemplum de naui: in qua sunt multa foramina. quorū qđlibet in particulari nauta oppilare potest: sed non omnia simul. Et ideo sine veniali vir homo esse potest. q: si dixerimus q: peccatū nō habemus: ipsi nos seducimus ⁊ veritas in nobis nō ē.

Quo ad indulgentiā nota q̄ sicut veniale multipliciter incurritur. ita multipliciter purgatur. Modi autem purgationis his versibus ꝯponentur. Confiteor: tundo: cōspergor: ꝯteror: oro. Signor: edo: dono: per hec venialia pono. i. depono ⁊ tollo. Remittentur ergo per generalem ꝯfessionem. per pectoris tunsionem. per aque benedicte aspersionem. per cordis ꝯtritionem. per dñicā orōeꝫ. per ꝯfirmatōem ac per episcopalē bñdictionem. eucharistie sumptōem. offense ꝯdonatōem. extremā vnctōem. leuē penitentiā: cōpassionē fraternā. vt patet ī hoc ꝟsiculo. Unctio: pena leuis: ꝯpassio que fit egenis.

¶ Finit liber sancti Bonauēture de tribus ternarijs peccatorum infamibus.

¶ Incipit tractatus sancti Bonauēture de septem gradibus ꝯtemplationis.

Non aſſumes nomē dei tui in uanū ⁊c̄. Sicut in primo mandato ꝑcipit humilis adoratio ſumme maieſtatis. Sic in iſto mādato ſecundo precipit fidelis confeſſio ſumme veritatis: ⁊ ꝓhibet abnegatio veritatis. Jn Mattheo dicit. Qui iurat: in noīe dei iuret: ⁊ non piuret. Periurare idem eſt ꝙ peierare: ⁊ hoc eſt nomen dei invanū aſſumere. Miere. iiij. Jurabis i noīe dn̄i in veritate iudicio ⁊ iuſticia. Et dicit ibi glo. ꝙ iuramentum debet habere tres comites: veritatem: iudiciū: ⁊ iuſticiā. ¶ Primo dico ꝙ dꝫ fieri iuramentum in veritate. Vn̄ dicit. Non aſſumes nomē dei tui īvanū hoc est ſine veritate. Jn dicendo autē est ꝙ est duplex iuramentū. ſ. aſſertorium ⁊ promiſſorium. ita ꝙ eſt in teſtimoniū: ⁊ in promiſſuꝫ. Fac iuramentum aſſertoriū ſic. Hoc tibi iuro: aſſero ⁊ teſtificor per teſtimōiū diuīe veritatis. Jllud autē iuramentū primo dꝫ habere veritatem. Veritas aūt eſt in iuramento vt hō non neget verum: non affirmet falſum. ⁊ nō aſſerat ſciēter dubiū. q: ſermo eſt indicatiuꝰ coꝝ q̄ ſunt in corde. Sed ſcitis qd eſt: qn̄ homo aliqđ falſum teſtificat per teſtimoniū falſitatis. hec eſt dicere ꝙ mentit ⁊ diuina vitas mentit ſecū. Et hic eſt primꝰ modus aſſumendi nomen dei invanū qn̄ negamus veritateꝫ. ¶ Scđo debet fieri iuramētum aſſertoriū cū iuſticia. Fit aūt cuꝫ iuſticia qn̄ non fit ꝯ mandatū diuine legis: neqꝫ ꝯtra preceptū ſancte mr̄is eccleſie. nec in diſpēdium ſalutis proprie vl̄ aliene. Et qui ꝯtra iſta tria iurat dupliciter peccat. ⁊ q: iurat: ⁊ quia ſeruat. ¶ Tertio oportet in iuramēto aſſertorio: vt concomitet iudiciū ꝙ ſit in mēte diſcretio veritatis ⁊ iuſticie. ſ. vtrum iuramētū ſit verum vel falſum: iuſtū vel iniuſtū: fructuoſum vel infructuoſum. Et ſi iuro abſqꝫ iudicio non diſcernēs inter iſta tria: temerarie iuro. Jſti tres comites debēt eſſe in iuramēto aſſertorio. Sed manichei inſultant nobis ⁊ dicunt. ꝙ non debemus iurare omnino. q. dicitur in nouo teſtamento. ſ. in Mattheo. Ego aūt dico vobis: non iurare omnino. Sit aūt ſermo veſter: eſt eſt: non non. Certe dico ꝙ ex certis cauſis bene licet iurare. Heretici non bn̄ attendūt vim vocabuloꝝ. Differt dicere: non iurare omnino: ⁊ oīno nō iurare Sicut differe dicere. Quidā homo nō currit ⁊ nō quidā hō currit. Oīno nō iurare eſt nullo modo iurare. ⁊ non omnino iurare: ē non omnibus modis iurare ſed ex certis cauſis. ¶ Secūdo debet nomen dei aſſumi nō invanū in iuramento promiſſorio. Fit autem iuramentū promiſſoriū tribꝰ modis. ſ. ad ꝓmouendū bonū. ad conſeruādū fidelitatem. ⁊ ad ineundū mutuā pacē. Primo modo iurant inferiores ſuperioribꝰ. Scđo mō pares paribus. Tertio mō ſuperiores inferioribꝰ. De primo dicit aplus. Teſtis mihi deus eſt. Scđo modo iurauit laban fidelitatē iacob. Tertio modo iurant ſuperiores pplo. Ex primo iuramento relinquitur triplex vtilitas. fides in intellectu. amor in affectu. ⁊ pax in effectu. Jſtis tribus modis fit iuramentum ad promouendum bonū. ¶ Scđo modo fit iuramentū ad conſeruandū fidelitatē. ⁊ hoc fit ad compeſcendū maliciā. ad ſedandū cōtrouerſiam: ⁊ ad expurgandū infamiam. Primo dico fit ad compeſcēdū maliciā: vt hō nō neget veritatem: nec affirmet falſitatē: ⁊ hec eſt ratio vtilitatis iuramenti. Scđo modo fit ad ſedandū controuerſiā. Vn̄ aplus. Ois cōtrouerſie finis eſt iuramentuꝫ. Tertio modo fit ad expurgandū infamiam. Vn̄ in leui. dicit ꝙ maiores debebāt ſe expurgare ꝑ iuramētum qn̄ inueniebat cadauer mortuum. Jſtis tribus de cauſis fit iuramentum ad ꝯſeruandū fidelitatē. ¶ Tertio mō fit iuramentū ad ineundū mutuā pacē. ⁊ in hoc intelligit cohibitio pctōꝝ mortalium. q: oīs iuratio vera eſt periculoſa. falſa eſt pernicioſa. nulla aūt eſt ſecura. Et ꝓpter hoc dicit in Eccō. Juramentum nō aſſueſcat os tuū. Jſte eſt intellectus litteralis. ¶ Spūalis vō intellectus dicē eſt. Non aſſumes nomen dei tui invanū ⁊c̄. Notanduꝫ eſt ꝙ aſſuminꝰ nomē dei nō in-

uanum trib⁹ modis. s. ad efficiēdū ad pmit/
tēdū ⁊ ad exprimēdū. Primo dico. q assu/
mit nomē dei nō iuanū ad efficiēdū: vt i sa/
cramētis. sic dr in baptismo. Ego baptizo te
in noīe pris ⁊ filij ⁊ spūssci. Secūdo mō fit
iuramētū ad pmittēdū. sicut pmitto ire ad
scm̄ iacobū: vl' itrare religionē p iuramētū.
Tertio assumim⁹ nomē dei nō inuanū ad ex
pmēdū. sic qn̄ loqmur cū iuramēto. ¶ Ecō
tra accipim⁹ nomē dei inuanū p frustratio/
nē [illegible] suscepti p fractionē voti ⁊ p platio
nē sermōis blasphemi. ¶ Primo dico assu
mim⁹ nomē dei inuanū p frustratione sacri
suscepti. Et scm h est triplex modus assumē
di nomē dei inuanū. Prio mō qn̄ qs nō cre
dit. sic heretic⁹. Scdo mō qn̄ credit: ⁊ se nō
[illegible] vsurari⁹. Tertio mō qn̄ grāz in sa
cramēto susceptā nō custodit sic ille q postea
peccat. Audi qn̄ tu es isignit⁹ in noīe dei: tuc
character tibi ip:imit p vtutē nois dei: ⁊ qn̄
hō postea peccat: euacuat vtutē sacri. De ta
lib⁹ dic aplš ad titū. Cōfitent se nosse deū:
factis aūt negāt. Et sic pculcas ⁊ pollutū du/
cis sanguinē xpi. ¶ Scdo modus assumēdi
nomē dei iuanū ē p fractōez voti emissi. Et
h fit trib⁹ modis. Prio p dilationē irratio/
nabilē. sic pmitto ire ad scm̄ iacobū: ⁊ non
assigno mihi certū tpo: ⁊ sic sp pcrastino.
Scdo fit voti fractio p volūtatē ꝯriā. sic qn̄
qs pmittit aliqd deo: ⁊ postea penitet. Con
tra tales dr i deutero. Si qd pcesserit de la/
bijs tuis nō facies irritum. Tertio fit fractio
voti p apostaticā rebellionē. sic hō aposta/
tat a religiōe. Prim⁹ modus est malus. scdo
peior. terti⁹ pessim⁹. Q: dr. hō apostata vir
inutilis. Vn̄ ecc. v. Si qd vouisti deo nō mo
reris reddē. displicet. n. deo stulta ⁊ ifidelis p
missio. Tps dies ⁊ hora iterpellabit. Patz
mō quō trib⁹ modis i fractōe voti assumi/
mus nomē dei iuanū. ¶ Tertio mō assumi
mus nomē dei inuanū p plationē sermonis
blasphemi. ⁊ h fit trib⁹ modis. Prio qn̄ ali
qs loqns de deo vtit locutiōe maledica. sic
qn̄ maledicit deo. Scdo modus est p locutio
nem mēdacē. sicut qn̄ qs negat vep: vel af/
firmat falsum. Q: dicit Aug. q ois ꝯdictio
nis nobilio: p deo est attribuēda. Tertius
modus est p locutōez pbrosanā: sic qn̄ qs lo
qtur de membris xpi iterioib⁹: blasphemat
pessime: etiā si vep dicat. ⁊ xpm despicit i eo
q hūilis fuit. Et tales diuino iudicio sunt ex
terminādi. Narrat. n. Gre. q qdā puer sex
annop ꝯsuet⁹ fuit blasphemare. Quadā die
cū blasphemaret: ⁊ eēt in sinu pris sui. rapt⁹
[illegible] a demōib⁹: ⁊ portat⁹ in isernū. Propter
qs dr [illegible] uit. Quicūqz blasphēauerit: mo/
te morietr. Patet mō qbus modis assumi/
mus nomen dei inuanum.

M Emento vt diē sabbati sanctifices.
Psal. Misericordia dn̄i ab eterno
⁊ vsqz in eternū sup timētes eum. ⁊
iusticia ill⁹ in filios filiop hijs q [illegible]
ei⁹. Indigem⁹ diuina mīa [illegible]
nr̄as. ⁊ diuina iusticia: recōpēsante merita n̄r
stra. Sz timor dei facit iuenire mīaz: ⁊ obser
uātia mādatop iusticiā. Cōsideratio aūt ma
gnificētie dei iducit ad timēdū. Cōsideratio
diuine legis inducit ad obseruātiā mādatop.
Et pp̄ter h iniūit nobis vt sp cogitem⁹ diui
nā legē. Vn̄ iudei die sabbati ꝯsueuerūt sem
p disputare de lege dei. qr h est opus dei. Et
vt pfecte possim⁹ loq ď lege dei. iō rogem⁹
deū in pncipio ⁊c. ¶ Memēto ⁊c. Dicet
bā vobis q in tabula pma ꝯtinent tria mā
data nos ordināta ad deū: scm tria approp
ta trib⁹ psonis diuinis. In pmo mādato pci
pit hūilis adoratio diuine maiestatis. In scdo
fidelis ꝯfessio sūme veritatis. In tertio since
ra dilectio sūme bonitatis. ⁊ h tertiū pceptū
est. Et ē sūma vbop. Memēto vt diē sabba
ti sctifices. Sequit. Sex diebus opaberis. ⁊
facies oē op⁹ tuū. septima vo die nō facies
oē op⁹ tuū. tu ⁊ fili⁹ tu⁹ ⁊ filia seru⁹ ⁊ ancil
la: iumētū ⁊ aduena q est intra portas tuas.
Sex. n. dieb⁹ fecit de⁹ celum ⁊ terrā mare ⁊
oia q in eis sunt: ⁊ septima die requieuit. Jō
bn̄dixit ⁊ scificauit illū. Videte q in his ver
bis spūsscūs scripsit tabulas. q: spūsscūs p

digitū dei intelligit̄. q: oīa ꝑcepta ſcripſit cū ſumma diligentia. hec ſcripſit inſinuās mandati integritatē ⁊ ꝯſummatōem. In hoc autē mandato aliquid ꝑcipit. aliquid ꝯcedit: ⁊ aliquid interdicit. Precipit ſctificare diē ſabbati. ibi. Memēto vt diē ſabbati ſanctifices. Sanctificatio enim eſt ꝯuertēs aīam ad deū ſanctū. ad deū verū. ⁊ ad deum ſumme diligendū. Aliquid concedit in iſto mādato. ibi ſex diebus operaberis ⁊ facies omne opus tuum. Aliqd vero interdicit. ſ. opus ſuile. ibi. Nullū opus facies in eo ⁊c̄. Hec eſt pfecta vacatio: que habet adiūctam bonā opatōem ⁊ ꝓhibitā ſeruilē: Rō precepti ſubiūgit̄ ibi. Sex diebus fecit deus celū ⁊ terrā: mare et oīa que in eis ſunt: ⁊ ſeptimo die requieuit. Ideo bn̄dixit ⁊ ſanctificauit illū. Sed quare cepit vacare. Certe q: benedixit ⁊ ſctificauit illū. Ideo ⁊ tu creatura que es chriſti imitatrix debes hoc facere. Modo iudei inſultant nobis ⁊ dixunt. Uos tenetis decalogū: ⁊ decalogꝰ nō habuit niſi ꝑcepta moralia. Morale aūt neceſſitatē habuit pro omni tēpore. Septima aūt dies in qua nō licet operari: a prima die in qua licet operari: eſt. dies ſabbati: q̄ dicitur dies ſaturni: ⁊ vos vacatis die dn̄ico pro die ſaturni. Itē dicit̄. omne opus nō facies in die illa. ⁊ vos facitis multa opa: ⁊ ita totū diſſipatis. Uidete chariſſimi. ¶ Intelligendum eſt ita q̄ preceptū illud habet aliqd qđ eſt mere morale: ⁊ habet aliquid qđ ē mere cerimoniale: ⁊ hꝫ aliquid mixtū ex morali ⁊ cerimoniali. Qꝫ precipit dn̄s ſctificatōem. ideſt vacatōem ad amandū: hoc eſt vere preceptum. Unde dicit beatus petrus q̄ quilibet tenet̄ dn̄m ſanctificare i. corde ſuo. i. amare. Ille ſanctificat ſiue ſabbatiſmū facit q̄ deū ſuper oīa diligit ꝓpter ſe ⁊ non ꝓpter aliud. Item eſt in precepto aliqd figurale. ſicut diei ſeptime feriatio. Dies ſeptima ſignificat q̄etem aīaꝝ. ⁊ quietē dn̄i in ſepulcro. ⁊ ceſſationem ab opere ſeruili cū vacatōe ⁊ deprecatione. Deus enim ſex diebus opatus eſt oīa. nō q: nō potuiſſet feciſſe vna die: ſed intelligendū eſt ſꝫ q̄ mundus aliquid habet i arte eterna. ſ. eſſe eternū: qđ eſt eternitas vite et poſſeſſio vna in quo nihil eſt prius nec poſterius. ⁊ hoc impreſſit deus mentibus angelicis. Itē habet mūdus aliqđ in intelligentia creata. ſcꝫ prius ⁊ poſterius: natura ſimul ſm durationem: non ſm naturā. ſm q̄ ē in materia nō ꝓpter defectū operantis: ſed ꝓpter ꝯdeſcenſiōem ipſius vt coaptaret oīa. ⁊ omnia i primis opibus deſignaret. Et ſicut oīm operationū in primis opibus produxit. ſic ⁊ ſeminaria omniū opeꝝ ⁊ quietatōem plene produxit. Et q: ſeptimo die requieuit: ⁊ intellectualē ad eſſe creaturā reuocauit. ⁊ ſeptimo die aīas in ſepulcro reduxit ad quietem paradiſi. Significatio igit̄ diei ſeptime eſt figuralis quietis animoꝝ. Sic igitur in mandato illo ꝯtinet̄ aliquid qđ eſt morale. ſ. vt deus ſuper omnia diligat̄. ⁊ aliquid qđ eſt cerimoniale: vt figuratio diei ſeptime. Item continetur aliquid qđ eſt partim morale: ⁊ partim cerimoniale. vt ceſſatio ab opibus. ⁊ hoc in quibuſdā generaliter eſt intelligendū. ī quibuſdam ſpēaliter. Si intelligamus ſicut iudei q̄ dicunt q̄ debet fieri vniuerſalis ceſſatio ab omni opere ſeruili. ſic inſinuat̄ chriſtiano q̄ debet abſtinere ab omni peccato. ⁊ ſic eſt figurale. Si intelligamus q̄ ab aliquibus debemus abſtinere. ſic eſt morale. nō ſicut in ꝑcepto ſed ſicut in bene eſſe. ⁊ remanſit ſicut in eccleſiaſtica inſtitutōe eſt preceptū. Dico opa ſeruilia opa mechanica. que ſunt ſeptē. ſcilicꝫ agricultura: que comprehendit omnem modum colēdi terrā. Lanificiū qđ conſiſtit in oī genere veſtimētoꝝ. Fabricatio ſiue ſit in materia ferrea: ſiue lapidea: ſiue metallica: ſiue lignea. Uenatio que cōprehendit equorū et venatorum opus: ⁊ omnē modum piſtorum. coquorum ⁊ omnē modū preparandi cibos. Medicina que ꝯſiſtit in arte ꝯficiendi pigmenta vel ſyrupos ⁊ hmōi. Nauigatio que comprehendit omne opus nautarū in mari: ſiue omne opus mercatōis. Et theatrica: que comprehendit omnem modum ludi vel io-

cunditatis. Modo dico ꝙ in omnibus iſtis ſunt quedã mere ſeruilitatis. quedam cõmunes neceſſitatis. quedam mere iocunditatis. Illa que ſunt mere ſeruilitatis prohibent̄ ab ecclesia. Illa autem que ſunt communes neceſſitatis: ſicut illa que ſunt ad conſeruationem vite vel ſanitatis concedunt̄ inquantũ ſunt neceſſitatis: ꝛ prohibent̄ inquantũ ſunt ſeruilitatis. Illa vero que ſunt mere iocunditatis ſunt pmiſſa: non prohibita: quia propter paruitatẽ noſtram permittunt̄ ab eccleſia. Et ſic poterimus reſpondere. Sed diceꝯ. quare confudit ꝛ miſcuit moralia ꝛ cerimonialia ſimul. Dico ꝙ hoc preceptum. Memento vt diẽ ſabbati ſanctifices ꝛc̃. eſt de charitate. ꝛ quicquid patet ꝛ latet in alijs. in iſto mandato cõſummatur. ꝛ ideo miſcuit ſimul moralia et cerimonialia. vt melius ad memoriã reducerem̄. ne ſi ſpecialiter poneret grauaretur memoria noſtra. Sunt autem tria que requiruntur ad perfectã dilectionẽ. Primũ eſt diuina vacatio conuertens animã in deũ. Secundum imitatio chriſti in bonis operibus. Tertiũ eſt ceſſatio ab omni opere ſeruili. que cor reddit purũ et mundũ. Conuerſio autem in deũ eſt ſm ſeptem opa: quibus aĩa cõuertitur ad pfectã vacatõem in deũ. quorum tria ſunt intrinſeca: que fiunt meditando: orã do: ꝛ exultando. Ex iſtis tribus fit cõtẽplatio. Alia ſunt extrinſeca: que fiunt: legendo: pſallendo: ſacrificiũ offerendo: diuinã legeꝫ adimplendo. Et hoc fit: ſiue audiendo: ſiue docendo: ſiue cũ alijs conferendo. Hoc ẽ qð dicit. Memẽto vt diẽ ſabbati ſcĩfices ꝛc̃. Mandat igit̄ dñs primo ↄuertentẽ animaꝫ in ipm. Secundo mandat ſui imitatõem. cũ dicit. Sex diebus opaberis. De iſta imitatione dicit apoſtolꝰ. Imitatores mei eſtote ſicut filij chariſſimi. Et in Luca. Eſtote miſericordes ſicut ꝛ pater veſter miſericors eſt. Sex autem ſunt opera miſericordie. ſ. paſcere eſurientes. potare ſitientes. veſtire nudos. colligere hoſpites. viſitare infirmos. ꝛ redimere captiuos. Aliter enim impoſſibile eſt

eſſe opus virtutis: niſi creatura in iſtis ↄformetur chriſto. Ad opus autem virtutis requiruntur ſex correſpondentia ſex operibus virtutis. que ſunt: circunſpectio prouida: intẽtio recta: affectio pura: electio recta ſiue iuſta: proſecutio vigoroſa: ꝛ informatio charitatiua. Primũ intelligitur in opere prime diei. qñ dixit deus. Fiat lux: ꝛ facta eſt lux. Hoc ẽ circunſpectio prouida. Secundo oportet ꝙ homo ponat ſibi rectũ finem in deum: ꝛ hoc notatur cum dicitur. Fiat firmamentũ in medio aquaꝝ. ꝛ vocauit deus firmamentũ celum. Oportet ꝙ homo agatur ſurſum: ꝛ habeat rectã intentionẽ ad deum. Tertio requiritur affectio pura: ꝛ hoc intelligitur in tertio opere. Diuiſit deus terram ab aquis. ideſt affectões ſeculares a diuinis. Quarto requiritur electio iuſta ſiue recta vt ordinate faciat que debet facere. ꝛ hoc notatur i quarto opere cũ dicit. Fiant luminaria i firmamento celi. i. ſint opera noſtra ordinata. Quinto requiritur proſecutio vigoroſa. quod notat̄ in quinto ope qñ deus produxit aiam viuã: in aquis natatilia. in aere volatilia. Sexto fecit deus integra opera ſuperſtita omnibus circũſtantijs: ſm ꝙ exigit lex diuine charitatis. Charitas autem eſt forma perfectiua omniũ: ꝛ ille qui habet charitatẽ habet omnia iſta ſex. Sextũ igitur opus virtutis eſt informatio charitatiua. qð notatur cum dicit̄. Fecit deus hoiem ad imaginem ꝛ ſimilitudinẽ ſuã. Qñ hois opus integratur ex iſtis ſex: tunc dicitur recte viuere. Sed nõ ſufficit facere ꝟtutis opus: niſi homo caueat ab opere vicioſo. ꝛ hoc tangitur cum dicit. Nullũ opus facies in eo. Quinqꝫ modis pt homo facere peccatũ. Primo quando peccatũ perpetrat. Secundo qñ ad peccandum aliũ incitat. Tertio qñ peccantem defenſat. Quarto qñ peccantẽ acceptat. Quinto qñ peccantem diſſimulat. nec arguit nec punit: ꝛ hoc eſt maximũ periculũ qñ quis aliũ caſtigare negligit. Primũ peccatum tangitur cũ dicit̄. Nullũ opus facies in eo. ideſt tu nullũ

nota ab initio colune hujus usque ad finem valde

perpetrabis peccatū. Secundū peccatū tangitur cū dicit. Nec filius nec filia. idest non eris pater peccati instigando aliū ad peccatum. verbo vel opere vel exemplo. Tertiū peccatum tangit cū dicitur. Nec seruus tu9 nec ancilla tua. Ille qui facit peccatū seruus est peccati. sed ille qui defensat peccatū dominus est peccati. i. illi prebendo patrociniū q facit peccatum. Quartū peccatū est qñ aliquis peccantē acceptat. qđ notatur ibi. Nec iumētum tuū. Iumentū cum fuit ligatum non ducebatur ad opus: nisi acceptaret domino. et ista acceptatio est religatio. Quintum peccatum est quando aliquis aliū castigare negligit. qđ tangitur cū dicit. Non aduena qui est intra portas tuas. Aduenam quis reputat hoiem. qñ dicit ad aliū quid ad me de peccato suo. Et sic quando homo nō punit peccatum alterius: efficitur particeps peccati illi9. Alijs etiam multis modis efficitur hō particeps peccati alterius. Et pp̄ter hoc dicit ps. Ab occultis meis munda me dñe: ꝛ ab alienis parce seruo tuo.

b Honora patrē tuū ꝛ matrē tuam. vt sis longeuus sup terrā. quam dñs deus daturus est tibi. Ecclesiastici. iij. Que pcepit tibi deus cogita illa semp. ꝛ in plurimis operibus eius ne fueris curiosus. Uerba vltima specialiter dicuntur litteratis. In quibus docet ecclesiasticus cogitare vtilia. ꝛ vitare curiosa. Utilia aūt dirigūt nos in viam salutis. sed curiosa distrahunt nos a via salutis ꝛ dissipant intelligentiā nostram. Magna pars intelligentie perditur propter curiositatem: ꝛ tamen nihil est preciosius intelligentia in nobis. Dolemus cū perdimus aurū. multo plus dolere debem9 si amittamus intelligentiam. quia nihil est ita charum sicut actus intelligentie. Sumus dicturi de preceptis: ꝛ indigemus q dominus illustret intelligentiā nostrā. Ideo rogemus deū in principio ꝛc. ¶ Honora patrem tuū ꝛc. Dicebam q sicut anima rationalis ordinari habet ad creatorem ꝛ ad creaturam. ſm hoc est duplex tabula in qua lex dei est scripta. In prima tabula ɔtinentur tria mādata: ſm tria appropriata tribus personis diuinis: et ſm triplicem operatiōem aīe in primo mandato precipitur humilis adoratio sūme maiestatis. In scđo fidelis confessio summe veritatis. In tertio sincera dilectio diuine bonitatis. Ista tria mandata sunt fundamentū omnium preceptoꝝ legis. Et propter hec tria ois timoratus: verax ꝛ deo deuotus tenetur ista principaliter custodire. Modo dico q in secunda tabula continentur septem precepta. Unū est affirmatiuum: ꝛ sex sunt negatiua. Ratio distinctionis est hec. Qꝛ oia mandata reducunt a duo. Hoc facias alij quod tibi vis fieri. Non facias alij qđ tibi non vis fieri. Et iuxta hoc accipiuntur duo precepta. Primū est innocentie. scđm est beneficentie. que sunt due partes iusticie. Modo dico vlterius q precepta ordinantur ſm ipsoꝝ nobilitatem. ꝛ beneficentia melior est q̄ꝫ innocentia. ideo mandato innocentie preponitur mandatū beneficentie. ꝛ est synodochice tra ditum iudeis. sicut: honora patrem tuū ꝛ matrem tuam ꝛc̄. Et ponitur hic primo forma mandati. cū dicit honora ꝛc̄. Secundo subditur promissio: cum dicitur. vt sis longeu9 ꝛc̄. Intellige ſm litteralem intelligentiam. Pater nominat personam generātis: personam instruentis. ꝛ psonam educātis. qꝛ pater habens filiū generat ipm: istruit ipꝫ: ꝛ nutrit. ꝛ ipsius est filio legare bona sua. Et sic pater tenet rationem originis. rōnem regiminis. et rōnem benefactoris. Et ſm hoc debetur ei triplex honor. Honor reuerentie. honor obedientie: ꝛ honor beneficentie. Primo dico patri inquantū tenet rationem originis debetur honor reuerentie. Unde in eccl. Qui timet deū honorabit prēm suū ꝛ matrē suam. ꝛ quasi dñis seruiet eis qui se genuerunt. Secundo patri rōne regiminis debetur honor obedientie. Ephe. vi. Filij obedite pentibus vestris. hoc enim iustum est. Honora prēm tuū ꝛ matrē tuā: quod est mandatū primum.

in promiſſione vt bene ſit tibi. et ſis longeuus ſuper terram. Tertio honor debet patri. quia rationem tenet benefactoris. honor .ſ. beneficentie. Unde eccleſiaſtici. Fili ſuſcipe ſenectā patris tui. et non contriſtes eum in vita illius. Precipit igit ꝙ triplex honor impendatur parentibus. ſcʒ honor reuerētie: obediētie: et beneficentie. Et hoc eſt primū mandatū qd̄ debes cuſtodire ꝓpter ꝓmiſſionē. ſcilicet vt bene ſit tibi et ſis longeuus ſuper terram. Et tangitur primo mandatū ibi. Honora pr̄em tuū et mr̄em tuā. Secundo addit promiſſuʒ ibi. Et ſis longeuus ſuper ter. et cetera. Sed numquid verum eſt ſemꝑ ꝙ diutius viuant. Uidemus hoc falli quandoqʒ ergo deus fallax erit in ſuo promiſſo. Dico ꝙ longeuitas non ſolum attendit ſm longitudinē dierum currentium: ſed ſm valorē. Et ſm ꝙ eſt triplex honor cui exhibetur parentibus. ſic reſpondet huic triplici honori triplex ꝓmiū. Honoranti patrē honore reuerentie debetur vita glorioſa ſiue honorifica. Honoranti patrem honore obediētie debetur vita iocunda. Honoranti patrem honore beneficentie: conceditur vita opulenta. Primo dico honoranti patrem honore reuerentie conceditur vita glorioſa ſiue honorifica. Unde Eccleſiaſtici. iij. Gloria hoīs ex honore patris ſui. Jtē eccleſiaſtici .iij. Ne glorieris in contumelia patris tui. nō enim eſt tibi honor ſed confuſio. Naturale enim eſt ꝙ filius vehementiſſime diligit patrē: et indignat qn̄ aliquis iniuriat pr̄i. Secundo honoranti pr̄em honore obedientie concedit vita iocunda. Unde eccleſiaſtici iij. Qui honorat pr̄em ſuū iocūdabit ī filijs et in diebus oratōis ſue exaudiet. Qui honorat patrē ſuū vita viuet longiore. et qui obedit patri ſuo refrigerat matrē ſuā. Summa iocunditas eſt ꝙ homo nō ſit rebellis ſuperiori ſuo. quia qui rebellis eſt ſuperiori inueniet rebellem inferiorē. et contēptor ſuperiorꝝ poteſtatū contemnet ab inferioribus. Sicut adaʒ quando fuit inobediens ſuperiori ſuo omnia inferiora ſua que ſibi fuerāt ſubiecta habuit contraria. Tertio honoranti patrem honore beneficentie concedit vita opulenta. Unde eccleſiaſtici. iij. Honora pr̄em tuū et matrem tuam: et ſuperueniet tibi benedictio. et benedictio tua in nouiſſimo manebit. Benedictio iſta vocat multiplicatio bonorū: Ecce preceptum et ecce promiſſio. Obligamur ad obediendū parentibus quādiu viuimus ipſorꝝ bonis. et debemus eis obtēperare in exercitatiōe actuū virtuoſorꝝ ſiue ſalubriū. in diſpenſationibus temporaliū: et ſubminiſtratione obſequiorꝝ. Debemus etiā viuere ſm eorum cōſiliū: et expendere ſm eorū imperiū: et quando exegerit neceſſitas ſubminiſtrare eis obſequium. Si tamen parentes aliquid velint vel dicant vel imperent nobis qd̄ ſit ꝯ profectum ſalutis noſtre: nō eſt ipſis in illis pietas exhibenda. Et hoc eſt quod dicit dn̄s in euāgelio. Qui nō odit patrē ſuū aut filios ꝓpter me: nō poteſt meus eſſe diſcipulus. Uult dominus ꝙ ex affectu paterno nō dimittat homo facere qd̄ pertinet ad ſalutē ſuam. Et hoc eſt quod dicit dominus. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. tu autem vade et annuncia regnū dei. Et Hieron. dicit. Si pater in limine iaceat. ſi mater vbera quibus te lactauit oſtendat. per calcatū perge patrem. per calcatam perge matrē: et ad vexillum crucis euola. ſolum enim genus pietatis eſt in hoc eē crudelem. Ecce intellectus verborū ſm ſenſum literalem. Uidete latiorem intellectum. Precipitur beneficentia ad omnē genus hominū. Pater nominat perſonā in qua eſt precipua ratio auctoritatis: antiquitatis: et amicabilitatis. Primo dico in patre eſt auctoritas. Et in iſto mandato datur preceptū ꝙ obediatur patri qui habet auctoritatem. Auctoritatem autem habet omnis qui preeſt reipublice: vel rei polytice. vel rei monaſtice. Primo dico ꝙ ille qui preeſt reipublice. eſt pater ratione auctoritatis: vt princeps: baro: comes: vel dux. Et dicitur pater tutela vel defenſione. Et eum debemus honorare. Unde beatus petrus. Deum timete. principes honori-

ſiaſtice. ¶ Secundo habet auctoritatē ille qui preeſt rei polytice ſiue eccleſiaſtice. ⁊ ipſm̄ debemus honorare: ſm̄ ꝙ exigit diſpoſitio eccleſiaſtica. ⁊ debet ei obedire vulgus. Unde apoſtolus ad hebre. Obedite prepoſitis veſtris ⁊ ſubiacete eis. ipſi enim vigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.

¶ Tertio auctoritatē habet ille qui p̄eſt rei monaſtice. ⁊ illum debemus honorare ⁊ ei obedire ſm̄ qđ regula ⁊ promiſſio facta eſt. Unde hiero. Prepoſitū monaſterij diligite vt patrem: timete vt dominū. audite vt magiſtruꝫ. credite vt ſalubre quicquid ipſe vobis dixerit. Modo dico ꝙ iſtis debemus obedire ſm̄ ꝙ exigit ordo vel auctoritas. Scđo in patre intelligitur antiquitas: ⁊ ex hoc intelligitur debilitas. Senes enim debilitant. Et qui patrem honorat ratione antiquitatis et debilitatis: honorat omnem hoīem qui indiget [illegible] vel qui caret ſenſu: vel ſoſtentatione vel infeſtatur ab alio. Propter hoc debemus alium iuuare per documenta: vel ſuſtentamenta: ⁊ per patrocinia. Et ad hoc ſpecialiter ſunt prelati. Si homo caret ſenſu: debent ipſum iuuare per documenta. Si caret [illegible] debent ipſum iuuare per ſuſtentamenta. Si infeſtatur ab alio: debent ipſum adiuuare per patrocinia. Tertio in patre intelligitur ratio amicabilitatis. Et in hoc intelligimus ꝙ ratione originis amabilis ⁊ amicabilis eſt omnis homo. ⁊ tenetur quilibet homo alium honorare. Unde apoſtolus. Honore inuicem preuenientes. Et iterum. Reddite omnibus debita. cui honorem: honorē. Nemini quicꝗ̄ debeatis niſi vt inuicem diligatis. Debet homo alium diligere beneuolendo cuilibet: quantum ad effectum: quantum ad effectum: ⁊ quantum ad ſignū. Habet autem iſta dilectio ordinem. Quia debemus diligere ſm̄ rationem proximitatis ſm̄ rationem ſimilitudinis. ⁊ ſm̄ rationem obligationis. ¶ Primo dico debemus diligere ſm̄ rationem proximitatis. Et ſm̄ hoc maiorem amorem debemus domeſticis ꝗ̄ extraneis. ⁊ amicis plus ꝗ̄ inimicis. ¶ Secundo habet dilectio ordinem ſm̄ rationem ſimilitudinis. quia aliquibus debemus ratione ſimilitudinis maiorē dilectionē ꝗ̄ alijs. Sic tenemur rōne ſimilitudinis in forma ſpecifica diligere hominē. ſm̄ ſimilitudinē ratione conuenientie in fide debemus plus diligere chriſtianum ꝗ̄ iudeū vel gentilē. ⁊ ſm̄ rōem ſimilitudinis in profeſſione maxime debemus diligere. ſicut religioſus fratrem ſuum: ⁊ vnus canonicus canonicū ſuū. ¶ Tertio rōne obligationis debemus diligere ⁊ tenemur obedire. Et ſic aliquibus plus tenemur ꝗ̄ alijs. Teneor enim aliū diligere ⁊ eum honorare ratione precepti tantū. teneor plus ratione p̄cepti ⁊ beneficij. ⁊ teneor maxime ratiōe precepti: beneficij: ⁊ promiſſi. ideſt illum de quo eſt mihi preceptū: ⁊ recepi beneficiū: ⁊ feci p̄miſſum debeo plus diligere ⁊ honorare. Patet modo ꝙ in verbis illis. Honora ⁊c. tangitur preceptū. Et quod ſcđo redditur promiſſum ibi. Ut ſis longeuus ⁊c. Deinde dictum eſt quō intelliguntur ſm̄ intelligentiam litteralem: ⁊ quō ſm̄ ſpiritualē. Et vt melius teneatis in mente: dicam vobis duo exēpla. Unum bonum de illo qui matrem honorauit. Et aliud malum ⁊ crudele de illo qui patrem non honorauit. Dicam primum de bono. ¶ Fuit quidam magiſter magnus ⁊ famoſus pariſius: ⁊ a multis notus ⁊ dilectus. Hoc audiens mater ſua paupercula. cogitauit ire ad filium ſuū. Accepit baculum: et in tunicella de burello venit pariſius. ⁊ queſiuit a quibuſdam dominabus pro tali magiſtro. Dixerūt ille matrone. Quid vultis ei? Reſpondit. Ego ſum mater ſua. Tunc ille matrone duxerunt eam in domum ſuam et refocillauerunt eam. Poſtea cogitauerūt ꝙ ille bonus homo verecundaretur ſi videret eam in tali ſtatu. ⁊ induerunt ipſam [illegible] [illegible] ⁊ duxerunt ſecum ad magiſtrum. Tunc illa dixit. Ego ſum mater tua. Reſpondit magiſter. Uere ego nō credo: quia mater mea eſt paupercula. ⁊ ꝯſue-

tuit habere ſolum tunicellam de burello. Et cum nullo modo vellet acquieſcere verbis eius: reduxerunt eam in domum ſuam. ⁊ reddiderunt ei tunicellam eius ⁊ baculum. Tūc illa acceſſit ad filium ſuum in congregatione multorū. Et cum videret matrem ſuam in tali habitu venientem: depoſuit caputium ſuū ⁊ amplexatus eſt eam: ⁊ dixit. Modo ſcio ꝙ es tu mater mea. Hoc fuit diuulgatum per villam: ⁊ reputatum eſt ei pro magno bono. Et poſtea factus eſt epiſcopus pariſienſis.

¶ Aliud exemplum dicam malum: de eo q̄ non honorauit patrem ſuum. ⁊ vidi illū qui nouit illum cui hoc accidit. Fuit quidā homo pauper: qui per induſtriam ſuam multa bona acquiſierat. ⁊ habebat vnicum filium. Et videntes quidam nobiles: fecerunt ꝙ contraxit filius cum filia cuiuſdam nobilis. Et tunc illa que fuit pulcra ⁊ nobilis: incepit abominari patrem: ⁊ fecit tantum cum marito ſuo ꝙ hodio habuit patrem ſuum: ⁊ ꝙ pater nō habebat quid comedere niſi fabas malas: ⁊ ſemper in conuiuio expellabatur a domo. Quadam die fuit famelicus: ⁊ venit ad domum filij: ⁊ petijt cibum. ⁊ date ſunt ei fabe male: ⁊ expulſus eſt a domo. Tunc illa dixit marito ſuo. Modo poſſumus comedere in pace. Uade ad arcam: ⁊ accipe caponem coctum. Et cū aperuit arcam: mutatus eſt capo in bufonem. Qui ſubito ſaliens ad faciē ei⁹ ponebat duos pedes ad mentum: ⁊ duos ad frontem: ⁊ operuit totam faciem eius. Et nō fuit medicus qui ſciret eum amouere. Tandem venit qdā q̄ fecit tencllas q̄ſdā: ⁊ dixit ꝙ eū amoueret. Tūc buſo aſperit eū tā horribili vultu ꝙ ille cecidit in terrā: ⁊ amplius non audebat aliqd facere. Et null⁹ fuit qui ſciret apponere ꝯſiliū: ſed mala morte mortuus ē. Patet mō ꝓceptū ⁊ ꝓmiſſū quod ꝓmittit.

Non occides. Nō mechaberis. Nō
n. furtum facies. Pō. Tunc non confundar cum perſpexero in omnib⁹ mandatis tuis. Jacobus dicit. Qui totam legem ſeruauerit: offendit autem in vno: fact⁹ eſt omniū reus. Non ꝙ pro vna tranſgreſſione tantū punietur pena ſenſus: ſicut ꝓ tranſgreſſione oīum. ſed punietur tantū pena dāni: non tamen ita acriter pro vno ſicut ꝓ omnibus. Ideo ſi quis vult pertingere ad vitam eternam: oportet ꝙ perſpiciat in omnibus mandatis dei corde ⁊ opere. Et ideo dixit pſal. Cum perſpexero. i. perfecte inſpexero ⁊ conſiderauero. Et iuxta hoc ego non timebo confundi. Non eſt magnum confundi in preſenti. ſed confundi eternaliter. hoc debemus abhorrere. Sed tamen non poſſumus euadere iſtam confuſionem: niſi perſpiciamus in omnibus mandatis dei. Ideo deum rogem⁹ in principio ⁊c. Non occides ⁊c.

Dicebam vobis ꝙ mandata dei diſtinguebantur in duas tabulas. In prima continentur mandata ſm legē iuſticie: ordinantia nos ad trinitatem. qua continentur tria mandata: ſm tria appropriata tribus perſonis. In ſecunda tabula continentur mandata ordinantia nos ad proximum. ⁊ hoc ſm duplicē partem iuſticie. ſcilicet innocentie ⁊ beneficentie. Reducitur autem tota iuſticia ad tria. Quia deo debemus exhibere debitam reuerentiā per orationem: confeſſionem ⁊ ſatiſfactionē. Patri debemus exhibere beneficentiam: ⁊ omnibus alijs innocentiam. Dictum eſt de tribus mandatis que nos ordinant ad deum. Dictum eſt etiam de quarto mādato: qd̄ ꝑcipitur penes partem iuſticie que eſt beneficentia. in quo precipitur ꝙ debemus exhibere honorem patri ⁊ matri. Sequitur de ſex alijs mandatis que pertinent ad innocentiā. Nocet autem quis proximo ſuo tripliciter. ſ. peruerſitate operis. falſitate ſermonis: ⁊ improbitate voluntatis. Et propter hoc legiſlator primo prohibet nocumentum quod prouenit ex peruerſitate operis. Peruerſitas autem operis qua quis iniuriatur alij eſt triplex. Aut enim quis iniuriatur alij in propria perſona. aut in coniuncta perſona: aut in temporali ſubſtantia. Et ſm hec ſunt tria mandata que pertinent ad innocentiam. In primo

prohibetur nocumentum in propria perſona ibi. Non occides. In ſecundo prohibet nocumentum in perſona coniuncta. ibi. Nō mechaberis. In tertio prohibetur nocumentū in ſubſtantia temporali. ibi nō furtum facies. Primo dico cum dicitur: non occides: prohibetur ira prorumpens in iniurias peremptiuas vite naturalis ſiue ſubſtantialis: ꝛ vite incolumis: ꝛ vite honorabilis. Natura. n. appetit quod melius eſt. ꝛ ideo non ſufficit ſibi ꝙ habeat vitam ſubſiſtentem: imo cū hoc vult vitā ſalubrem ꝛ incolumē. Ergo in iſto mandato: non occides: legiſlator ꝓhibet primo iras prorumpentes in iniurias peremptiuas vite naturalis. Secundo prohibet iras prorumpentes in iniurias vite incolumis. ſcilicet quando fit iniuria per verbera vel vulnera. Tertio prohibet iras prorumpentes in iniurias vite honorabilis. ſicut ē iniuria que eſt in contumeliam apertam vel occultam. ſicut illa que fit per ſignum. Unde dictum ē in euangelio. Audiſtis quia dictum eſt antiquis. Non occides. Ego autem dico ꝙ omnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio. Qui aūt dixerit fri ſuo racha reus erit ꝯcilio. Qui aūt dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Ergo planum eſt ꝙ tribus modis facit homo contra illud mandatum. ſcꝫ quādo quis iraſcitur fratri ſuo. vel qn̄ dicit racha. vel quando dicit fatue. Et quando hoc facit ex deliberatione animi: tunc dicit ꝙ reus eſt gehenne ignis. Et quia vita naturalis fundamentū eſt reſpectu aliarꝫ. ideo ſub iſto modo. nō occides: legiſlator expreſſit mandatum.

Manichei autem obijciunt nobis ꝛ dicunt ꝙ contradicit ſibi legiſlator. Dicit enim. Nō occides. Et alibi dicit. Maleficos non patieris viuere. Et hoc eſt contra principes i. chriſtiana lege. qui per ſententiā iudiciariā alios occidunt. Item obijciunt ꝙ dn̄s dicit. Omnes qui acceperint gladiū gladio peribunt. Ergo non licet gladium accipere. Et ſimilit̄ dicunt ꝙ non licet ſacerdotem eſſe occiſorē. Et hoc eſt contra eccleſiam ꝛ eccleſiaſticas perſonas: qui exequendo iudicium ꝛ imperando accipiunt gladium. Item obijciūt qđ dicitur. Ego autem dico vobis non reſiſtere malo. Et hoc eſt contra legiſlatorem. Intelligere debemus ꝙ ꝓhibetur hꝭ occiſio hominis: non beſtiarum vel virgultorꝫ. ſicut dicebant antiqui manichei: qui nolebant cōmedere de fructibus arborum. Occiſio autem hominis poteſt eſſe a lege: aut ab homine. in veritate aut interpretatiue. Occiſio autem hominis ab homine ſicut ab homine: non vt a lege prohibetur. Sed deus qui conditor eſt nature ꝛ conſeruator nature ꝛ legis pōt hominē priuare vita qn̄ vult. Lex autē occidit hoīem qn̄ miniſter legis occidit. ꝛ hoc ſeruato iuſto ordine: iuſta cauſa: ꝛ iuſto aīo. Oportet ꝙ aſſit iuſtus ordo ꝛ iuſta cauſa. i. ꝙ ex iuſta cauſa occidat. q: lex dicit. Iuſte qđ iuſtū eſt exequeris. Item oportet habere animum iuſtū: vt homo qui eſt miniſter legis ex lege hoīem occidat. nō libidine vindicte: ſed amore iuſticie. Unde apoſtolus romanos loquens ad principes dicit. ꝙ princeps nō ſine cauſa gladium portat: dei miniſter eſt vindex in irā ei qui male agit. Qđ igit̄ dominus dicit petro. omnes qui acceperint gladium: gladio peribūt. non refertur niſi ad hoc: ꝙ ille qui non eſt miniſter legis: nō debet occidere. Et ꝙ dicit. Non licet ſacerdotē eſſe occiſorem: hoc non refert ad principes. Tertiū qđ dicit dominus. ego autem dico vobis: non reſiſtere malo. verꝫ eſt vltionis libidine: ſed amore iuſticie bene licet reſiſtere malo. Patet modo ꝙ lex occidit hominem. Item occiditur homo ab homine tripliciter. aut caſu. aut neceſſitate: aut volūtate. Si homo occidit hominem. caſu aut adhibet operam rei licite: ꝛ adhibet debitam diligentiam: excuſat a tanto ꝛ a toto. Si autē ſit homicidiū caſuale. ꝛ homo adhibet operam rei illicite: nec adhibet debitam diligentiam: nec excuſatur a tanto nec a toto. Si aūt fuerit homicida ex neceſſitate: hoc eſt dupliciter: aut ex neceſſitate ineuitabili: aut euitabili. Neceſſitas

euitabilis eſt. ſi poſſum effugere: ſed dimitto propter verecundiam vel aliā cauſam. ꝛ in iſto caſu excuſatur a tanto ꝛ non a toto. quia melius eſſet quod fugeret. Si autem ſit neceſſitas ineuitabilis. vt homo occidat alium hominem: non amore vindicte ſed amore conſeruationis vite ꝛ anime. vt non interficiat ipſum: ex crudelitate: ſed vt impediat ipſum ne perdat ſuā vitam ꝛ animam: ꝛ fiat hoc cum moderamine tutele. hoc conceſſum eſt perſonis etiā perfectis: nō ſolū imperfectis. ꝛ hoc dicit Augu. de libero arbitrio: ꝛ excuſatur a tanto ꝛ a toto. Tertio modo fit homicidium ab homine voluntate: ꝛ hoc dupliciter. Aut libidine vindicte. ſicut quando aliquis interfecit patrē alterius. Aut animi crudelitate: ſicut latrones vel iracundi interficiunt aliquos. Et vtrūque iſtorum eſt prohibitum. ꝛ eſt primū grauius quam ſecūdum. Item fit homicidium interpretatiue in animo. ꝛ hoc tripliciter. Primo fit homicidium interpretatiue obmittendo in facto. Unde. Paſce fame morientem: ſi non paueris occidiſti. Secundo modo fit quando aliquis occidit alium conſulendo: vel accuſando: vel detrahēdo. quando hoc facit ex malignitate animi. Tertio modo fit homicidium interpretatiue in animo odiēdo. Unde canonica Joh. Qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Dico ergo quod ſecundum principalem intellectum prohibet hic occiſio: non que eſt ſecundum legem: ſed que eſt ſecundum hominē. ꝛ illa que fit voluntate aut interpretatiue. Et hoc eſt quod dicit Non occides. Sequitur. Non mechaberis. Hic prohibetur quod vxorē proximi tui nō violes. Et dicit Aug. quod hic prohibetur omnis illicitus vſus membrorum genitalium. q fit ad procurationē libidinis ꝛ impugnationem caſtitatis. Et hoc fit ſeptem modis. per adulterium: fornicationem: meretricium: ſtuprum: ſacrilegium: inceſtum: ꝛ peccatū cōtra naturā. Notandum quod eſt pudicitia cōiugalis. cōmunis: ꝛ priuilegiata. Secundum hoc dico quod aliquis eſt impugnator pudicitie coniugalis. ſic hoc fit adulterium. ꝛ hoc fit cum peccat cum coniugata. Aut eſt impugnator caſtitatis cōmunis: ꝛ hoc fit cum peccat cum ſoluta ſimpliciter: ꝛ vocatur ſimplex fornicatio. vel cum peccat cum vagabunda ꝛ proſtituta: licet ſit ſoluta: tunc vocatur meretricium. Si autem ſit impugnator pudicitie priuilegiate. idē virginitatis. hoc eſt dupliciter. Aut fit cum conditione adiuncta: que eſt defloratio: ꝛ ſic vocatur ſtuprum. Aut fit cum domina deo conſecrata. ꝛ ſic dicitur ſacrilegium. hoc eſt quādo aliquis domino conſecratam violat. Si autem ſit contra fundamentum omnium iſtorum: ſic dicitur peccatum contra naturam. Et hoc eſt dupliciter. Aut fit contra dictamē naturalis rationis. ſ. contra hoc quod omnia animalia natura docuit. ſic dicitur peccatum contra naturam proprie. Aut fit contra inſtinctum nature: ꝛ hoc modo eſt inceſtus. quando quis peccat cum perſona ſibi coniuncta. Peccatum contra naturam ſceleſtiſſimum eſt ꝛ ſuper omnia fugiendum. Et de hoc crimine accuſauit ioſeph fratres ſuos apud patrem ſuum crimine peſſimo. Dicit igitur. Nō mechaberis. Hic prohibetur omnis mecha cum vxore proximi. ꝛ ſecundum Auguſtinum omnis illicitus vſus membrorum generationis. qui fit ad procurationem libidinis. cum impugnationem caſtitatis. Patet modo ſecundum quid accipiuntur tranſgreſſiōes huius peccati. ꝛ peccatum contra naturam ſuper omnia eſt fugiendum. ¶ Sed de peccato contra naturam narrat Petrus Damianus: quod erāt duo in deſerto: qui aſperrimā faciebant penitentiā. Et vnus fuit idiota: ꝛ ſuis peccatis exigentibus illuſus eſt a diabolo. qui dixit ei quod peccatum pollutionis contra naturam non [illegible] eſſet peccatū. [illegible] homo mucilaginem proiceret a naſo ſuo. Tunc ille penitus exercuit illam impudicitiam. In morte autem portauit animam ſuam diabolus. Mirat⁹ eſt ali⁹ quod ille qui fuit tantarum vigiliarū ꝛ laborū fuit perditus. Et aſtitit angelus dñi qui dixit illi quod totum ſe fedauerat per illud peccatū. Dico igitur actus qui eſt in experientia libidinis: qualitercumque modo fiat eſt prohibit⁹. niſi fiat in ſo-

ma matris eccleſie. In ſomnio patitur ho
mo q̄nq3 pollutiones abſq3 cauſa ⁊ abſq3 cul
pa. Sed quidam ſtultus preſbyter cuidā cō
fitenti de pollutione nocturna dixit. Non po
tes habere denarium ad explendam libidi-
nem tuā. Patet modo quō prohibetˀ hō oīs
illicitus vſus corporis ⁊ mēbrorū peccat° ex
tra formam matrimonij. ⁊ hoc tāgitˀ cū dicit
Non mechaberis. Sequitˀ. Non furtum
facies. Furtum eſt attrectatio rei aliene inui
to domino ſi fiat ex cupiditate. Sed ſi nō fiat
ex cupiditate non eſt furtum. ſicut filij iſrl' ex
dn̄i precepto portauerunt ſecū ex egypto va-
ſa argentea ⁊ aurea. Uel qui alij aufert gladi
um ne faciat malū: tūc non dicitˀ furtū. Fur-
tū aūt diuiditˀ per partes. q: furtū eſt contre
ctatio aliene rei inuito dn̄o ⁊c̄. ⁊ hoc fit aut
per meram fraudem. aut p̄ violentiā. aut per
circūuētionē. Primo mō cū fit p̄ merā frau
dem ⁊ furtiue. ſic dicitˀ furtū. Si fiat per vio
lentiā. hoc eſt dupliciter. aut eſt aperta. ⁊ ſic
dicitˀ rapina. aut eſt occulta. ⁊ ſic dicitur latro
cinium. Si vero fiat attrectatio rei aliene per
circūuentionem. hoc poteſt fieri cum pactio-
ne adiuncta. ⁊ hoc tripliciter. Aut cum pacti
one fraudulenta: aut iniqua: aut prophana.
Si fit cū pactione fraudulenta. ſic fit in nego
ciationib°. Hoc aūt fit tripliciter. aut in pon-
dere. aut in numero. aut in mēſura. ⁊ de hoc
rariſſime euadūt mercatores. Si autem fiat
cum pactione iniqua. ſic eſt vſura. in qua id
quod venditˀ eſt cōmune. ſ. tp̄s. Si autem fi-
at cū pactione prophana: in q̄ illud qđ vēditˀ
eſt propriū: ſic dˀ ſymonia. Sed q̄ritˀ ſi accō-
modo tibi veſtem vel equū: vel domū: ⁊ ac-
cipio denarios: non eſt vſura. ſicut de pecu-
nia. Dico q̄ in veſte vel equo vel domo tra
hitˀ vſus ex re: non ex perſona. ⁊ ideo nō dˀ
vſura. Aliqui credūt q̄ vſura ſit mala q: pro
hibita. ſed certe eſt prohibita quia mala. Itē
in mutuo meum fit tuū. ⁊ ſi tu aliquid acqui-
ris per induſtriam tuā ex illo mutuo. ⁊ ego
aliquid ex illo repeto. vendo tp̄us qđ eſt cō-
mune. qđ non eſt licitū vēdere. Sed in accō
modato non tranſit mea res in tuam. In mu
tuo pecunia mea fit tua: ⁊ non minoratˀ pecu
nia nec peioratˀ. Sed in accommodato do-
mus mea: veſtis mea non fit tua: ⁊ minoratˀ
⁊ peioratˀ domus vel veſtis. ⁊ tu elicis ex ea
vtilitatem tuā non ſicut ex tuo: ſ3 ſicut ex re
mea: ⁊ diminuitˀ ⁊ peioratur. Pecuniā aūt
mutuatam totam ⁊ integrā op3 q̄ mihi red-
das: ⁊ ideo non excuſor cum peto aliquid de
mutuo. ⁊ eſt ibi peruerſio ordinis. ⁊ appro-
priatio cōmunitatis. Et debet quilibet ſibi ca
uere de hoc. Et ſic ſi fit circūuentio cum pa-
ctione iniqua dicitur vſura. Si autem fiat cir-
cūuentio cum pactione prophana: ſic dˀ ſy-
monia. in qua qui vendit nihil acq̄rit. ⁊ ille q̄
emit nihil habet. ſed ſolum rem alienā cōtre
ctant. ⁊ hoc eſt cū res ſpiritalis venditur tan
q̄3 res vilis. Contra iſtos dicit dn̄s. Nolite
domum patris mei facere domum negocia-
tionis. Sed quidā faciūt eam ſpelūcā latro-
num. Unde dn̄s per prophetā. Principes
ei° in munerib° iudicabāt. ⁊ ſacerdotes ei° in
mercede docebant: ⁊ p̄phete ei° in pecunia
diuinabant. Rogem° ḡ dn̄m ieſū xp̄m ⁊c̄.

n ON loquaris contra proximū tuum
falſum teſtimoniū. Non cōcupiſces
rem proximi tui. Nec deſiderabis
vxorem eius. Deut. xxx. Conſidera q̄ pro-
poſuerim in cōſpectu tuo vitā ⁊ bonū. ⁊ ecō-
trario mortem ⁊ malū: vt diligas dominum
deum tuum: ⁊ ambules in vijs eius. ⁊ cuſto-
dias mandata illius. In p̄ncipio rogemus
deum ⁊c̄. In deutero. loquitur moyſes de
decem mandatis: que deus eternus p̄ ipſius
os propoſuit. vt nō diſpicerent ea iudei. ⁊ oñ
dit q̄ in obſeruantia mandatorum eſt vita ⁊
bonum: ⁊ oportet q̄ omnia ſeruētur ad hoc
q̄ in illorum obſeruantia ſit vita ⁊ bonum.
Oſtendit etiam q̄ in ipſorum tranſgreſſio-
ne eſt mors ⁊ malum. ⁊ q̄ in tranſgreſſione
vnius neceſſe eſt intelligere trangreſſionem
omnium: quo ad damnum: non quo ad pe-
nam. Dicebam alias q̄ prima diſtinctio mā
datorum eſt ſm̄ duplicem partem iuſticie. q̄

nos ordinat ad deum ⁊ ad proximum. ⁊ ſm hoc due tabule date ſunt moyſi. In p̄ma cō tinentur mandata quibus ordinamur ad de-um. ⁊ ſunt tria. In ſecunda continentur man data qbꝰ ordinamur ad proximum. ⁊ ſunt ſe ptem. Dicebā etiaȝ ꝙ in ſcda tabula eſt vnū mandatum affirmatiuū: ⁊ ſex negatiua. De affirmatiuo ⁊ tribꝰ alijs negatiuis habitum eſt. Seq̄tur modo de alijs. quoꝝ primū eſt. Nō loq̄ris ꝯ proximū tuū falſuȝ teſtimoniū. In iſto mandato negatiuo prohibet̄ men-daciū qđ nociuū eſt proximo. Et ſm genera lem intellectū prohibet̄ hic omne mendaciū pniciosū. Et dat̄ intelligi ꝙ omne mendaciū eſt malū Aug. aūt diſtinguit mendaciū: ⁊ dic̄ ꝙ eſt mendaciū officioſuȝ: iocoſū: ⁊ pnicioſū Mendaciū officioſum eſt qđ nulli obeſt: ⁊ alicui prodeſt. Mēdaciū iocoſum ē qđ non fit cauſa nocendi: ſȝ mētiendi libidine. ⁊ hoc nulli prodeſt: ⁊ nulli obeſt. Mendacium pni cioſū eſt qđ fit intentione mentiēdi: ⁊ vt no-ceat. ⁊ hoc ſemp obeſt: ⁊ nulli prodeſt. Et dic̄ Aug. In primo mēdacio eſt minima culpa. in ſcdo mediocris. in tertio eſt culpa grauis. Mēdaciū officioſum fit tripliciter. aut p de fendenda re alicuiꝰ tpali. aut pro tuēda vita. aut pro ſeruāda caſtitate. Mendacium ioco ſum fit duobꝰ modis. aut ſola mētiēdi libidi-ne: aut cā placēdi. ⁊ hoc eſt mediocris culpe. Mēdaciū aūt pnicioſum tripliciter fit. aliqñ in doctrina religiōis ꝯ ſacrā ſcripturā. aliqñ in impoſitione falſi criminis. ⁊ iſtis duobus modis nulli prodeſt ſed oibꝰ obeſt. Aliqñ fit mendaciū pernicioſū: in cā alicuiꝰ. ⁊ ſic alicui prodeſt ⁊ alicui obeſt. Sic igit̄ ſunt octo gene ra mendacij. Et dicit Aug. ꝙ deꝰ poteſt face re ꝙ furtū non ſit peccatū. ſed non poteſt fa-cere ꝙ mētiri non ſit peccatū. Et hoc eſt pro pter nobilitatē veritatis. qr mendaciū eſt fal ſa vocis prolatio cū intentōe fallēdi. ⁊ deꝰ nō pōt recedē a veritate. qr eſt ipſa ꝟitas. ſȝ pōt diſpēſare ꝙ furtū non ſit peccatū. Inter oīa que diſponūt hominem neceſſariū eſt ꝙ ſer uet fidem: ⁊ habeat veritatē in ſermōe. Un de ſene. Qui p̄dit fidē non habet ampliꝰ qđ perdat. Patet modo de iſto mandato. Non loq̄ris ꝯtra proximū tuū: falſum teſtimoniū.

Poſtca ſubiūgit duo precepta. Non ꝯcu piſces rem proximi tui. nec deſiderabis vxo rem eiꝰ. In quibꝰ duplicē concupiſcentiam [illegible] oculoꝝ ⁊ carnis prohibet. que [illegible] omniū malorū. qr vis concupiſcibilis infecta ⁊ corrupta corrupit omnes alias anime vi-res. Superiꝰ prohibet̄ actꝰ illicitus exterior contra proximū: cū dicit̄. Non occides. Nō mechaberis. Non furtū facies. Non loqua ris ꝯ proximū tuū falſum teſtimonium. Hic autem prohibet̄ actus illicitꝰ interior. cum di cit̄. Non cōcupiſces rem proximi tui. nec de ſiderabis vxorem eiꝰ. Concupiſcentia ocu-loꝝ ſiue cupiditas radix eſt omniū malorum concupiſcētia carnis eſt fomes omniū pec-catorū. Et per iſtam duplicē concupiſcētiam fit tranſfuſio omniū maloꝝ ⁊ peccatoꝝ. Et ideo lex diuina ipſam prohibet. ⁊ in hoc oīa mala ⁊ omnia pctā prohibet. Hec eſt febris q̄ oēs filij adā ſebricitant. ⁊ generat oīa ma-la. In h̄ igit̄. nō occides. non mechaberis. nō furtū facies. non loq̄ris cōtra ꝓximū tuū fal ſum teſtimoniū: p̄cipit̄ inocentia in actu exte riori. in alijs. non ꝯcupiſces rem proximi tui. nec deſiderabis vxorē eiꝰ. precipit̄ inocētia in animo. Et ſic patet que ſunt decem p̄cepta In tribꝰ primis precipit̄ recta ordinatio ad deū. in quarto recta ordinatio ad parētes. in ſex alijs precipit̄ recta ordinatio ad proximū.

Reſumamꝰ in ſumma iſta decem p̄cepta q̄ ſunt. Non habebis deos alienos corā me Non aſſumes nomē dei tui inuanū. Me-mento vt diē ſabbati ſctificces. Honora patrē tuū ⁊ matrē. ⁊c̄. Intelligē debemus q̄ȝ q̄ȝ di cant̄ quedam p̄cepta affirmatiua: ⁊ quedam [illegible] vno mandato: precipit contrariū. ⁊ econuer-ſo qñ aliquid p̄cipit prohibet contrariū eius. In primo enī mandato precipit̄ hūilis ado-ratio diuine maieſtatis: ⁊ prohibet̄ idolatria.

bus pateat. ſemp ⁊ a quolibet ineunda eſt fu
ga. Quis enim nō naturaliter timet morteȝ.

Quis nõ debet ſe humiliare. Quis nõ debet prudenter cauere periculũ. Quis miſereri non debet perſequentiũ proximorum. Si igit he vie fugarum ſemite ſunt pfectionũ qbus itur ad chriſtum. non iam ad exhortationem apoſtolice tube currendũ eſt ad nobis ppoſitũ paſſionũ certamẽ. ſz potius qrendũ eſt per aliquam dictarum viarum fuge preſidium: quo celerius tanqz per compendioſas perfectionis ſemitas pueniat ad chriſtũ. Q, ſi huiuſmõi exhortationis imo dehortationis clamorem: quo bellatorum corda terrentur: procul a caſtris bellantiũ abeſſe conſueuerunt duces in pugna ſeculi: quanto magis hoc obſeruare cõuenit in pugna ieſu chriſti. vbi res agitur non pro vitandis diſpendijs rerum aut fugiendis periculis corporũ. ſed pro declinanda inuiſibili morte animarum. Nec hoc dicimus quin competere poſſit perfectio in caſu fugere eo mõ quo ſuperius oſtẽſum eſt. ſed vt fuge laudes ſuperfluas vanas et falſas tanqz pernicioſas et virtutibus perfectio contrarias oſtendamus eſſe fugiendas. Quia cum falſitas vbiqz et ſemper vitanda ſit: ibi tamen et tunc potiſſimũ declinanda eſt. cum ſub fallaci ſpecie ſanctitatis a virtutũ culmine reuocat et inclinat ad ima.

¶ Secunde reſponſionis ſecunda particula quintũqz capitulum. in quo abſtinentie laus et perfectio declaratur. et eiuſdem impugnatio calũnioſa reuellitur.

Q[uam]uiqz certũ ſit omnibus in chriſtiano exercitatis agone: abſtinentie ſctẽ rigorẽ pnecẽſſariũ eſſe his q pfectõem adipiſci et defenſare conant. qz tamẽ noue adinuentionis dogma pverſuz ſubintroductũ ẽ ad pbandũ contrarium: roborãda ẽ hmõi ſtatas tã p exẽpla qz p documẽta ſanctorum.

¶ Et primũ quidẽ euãgelice pfectõis precurſor adducat in mediũqz ppter abſtinentiam eminẽtẽ magnus pdicat angelica voce. ſicut refert lucas angelũ dixiſſe ad zachariã. Erit. n. magnus corã dño: vinũ et ſicerã non bibet. Ubi glo. Sicera interptat ebrietas: quo nomine ſignat oẽ poculũ de qcũqz materia factũ qd inebriare poſſet. Decet itaqz vas celeſti grẽ mãcipatũ a ſeculi illecebris abſtinere. Hoc ipm vas electõis aplus in ſeipo commẽdat ad Chorin. ſcribẽs. Caſtigo corpus meũ et in ſuitutẽ redigo. ne forte cũ alijs pdicauerim ipſe reprobus efficiar. Et ad hoc agoniſtarũ exemplo cũctos puocat chriſti milites cum premittit. Qis qui in agone cõtẽdit ab oibus ſe abſtinet. et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiãt. nos aũt incorruptam. Ad hoc facit qd aũ Ambro. hexameron. iij. li. Ab initio ſeculi ſimplice cibũ et naturalẽ debuit vel reliquis cibis anteferre. qm̃ iſte eſt ſobrietatis cibus. reliqui voluptatis. In hoc daf nobis frugalitatis exemplum et parſimonie magiſterium: vt herbis et ſimplicis oleris victu aut pomis contenti ſimus. quem natura obtulit: quem liberalitas dei primo donauit. In eccleſiaſtica vero hiſtoria li. ij. refert euſebius q inter ſanctos egyptios. quos euangeliſta Marcus multipliciter inſtituit: vinum nemo nec guſtu contingit. nec aliquam carnem. ſed aqua eſt eis potus: et panis cum ſale et iſopo eſt eis cibus. De anachoretis autem quorum vita conſtat fuiſſe perfectionis exẽplar, Hieronymus ad euſtochium cum vitam cõmendaſſet cenobitarum dicens. q inter eos viuitur pane et leguminibus et oleribus. que ſale ſolo cõdiuntur: quibuſdã interpoſitis ſubdit. Ad tertium genus veniã quos anachoretas vocant. qui de cenobijs exeuntes excepto pane et ſale amplius ad deſerta nil proferũt. Huius vite auctor paulus: illuſtrator antonius. et vt ad ſuperiora conſcendam princeps Johãnes baptiſta fuit. Hucuſqz Hieronymus. Qui et hunc quem hmõi vite aſſerit auctorem paulũ talibus extollit abſtinẽtie laudibus: eius vitam deſcribens. Omnẽ in oratione in ſolitudine duxit etatem. cibum et veſtimentũ ei palma prebebat. Nõ ne cui incredibile videat. ieſum teſtor et ſanctos angelos: vidiſſe me monachos: e quibus vnus per xxx. annos pane ordeaceo et aqua lutu-

lenta vixit. Beatus quoqꝫ Baſilius mona-
chis orientalibus: qui ad perfectōis culmen
nitebanť aſcendere: carnium eſum inhibuit.
Sanctus etiā Martinus: vt de ipſo narrat
ſulpitius: in ſuo monaſterio ſecū degentibus
mōachis: vini potū ꝯcedere noluit. Et ſacer
vir bn̄dictus ſanis monachis eſum carnium
interdixit. His ⁊ ſimilibus quaſi innumeris
vniuerſis ſanctoꝝ exemplis indubitanter col-
ligitur. q̄ abſtinētie rigor: opus ſit perfecte
virtutis. Et ne quid ad certitudinem deſit:
alijs ſanctoꝝ auctoribus ꝓbādum eſt. quibꝰ
aſſerunt q̄ abſtinere a vino ⁊ carnibus ſit ꝑ-
fectum. Ait enim Hieronymus ad demetria
dem. Conceduntur quidem nuptie: carnium
eſus: vſus vini. ſed hoꝝ abſtinentia conſilio
perfectoꝝ ſuadetur. Idē quoqꝫ contra Io-
uinianū. Si vis perfectus eſſe: bonū eſt vi-
num nō bibere ⁊ carnes nō mādūcare. Nā
ſi vis perfectus eſſe melius eſt ſaginare ani-
mā q̄ꝫ carnē. Aug. etiā de fide ad petrum ſic
ait. Humiles ſerui chriſti qui cupiūt domis
abſqꝫ impedimēto ſeruire: coniugia non ap-
petunt: a vino ⁊ carnibus abſtinent quan-
tum corpis valitudo ꝑmittit. nō q̄ peccatum
ſit: aut ꝯiugē habere: aut carnes vinūqꝫ perci-
pere. Hec Aug. Ad hoc idem facit qđ dicit
Gre. iij. lib. moꝛa. Nullus palmā ſpūalis cer
taminis apprehendit qui nō prius in ſeipſo ꝑ-
afflictam ꝯcupiſcentiā carnis incentiua deui
cerit. Neqꝫ enim ad ꝯflictū ſpūalis certami
nis ꝯſurgitur: ſi non prius intra noſmetipſos
hoſtis mentis poſitus: gule videlicet appeti-
tus edomatur. Colligiť itaqꝫ q̄ abſtinētia ſit
opus maxime cōpetens viris ꝑfectis quoꝝ
eſt ſathane bellis victorioſe reſiſtere: ⁊ ſapiē-
tie ſtudijs quiete vacare. Propter quod hie
rony. cōtra Iouinianū. Si quis eſtimat abū
dantia ciboꝝ atqꝫ potuū ſe perfrui. ⁊ vacare
ſe poſſe ſapientie. hoc eſt: verſari inter delici
as: ⁊ deliciaꝝ vicijs nō teneri: ſeipſum deci-
pit. Et poſt. Quomodo nuptijs virginitates.
ita ſaturitati ⁊ carnibus ieiunia ſpiritūqꝫ ꝑfe
rimus. Si igitur vacare ſapientie perfectoꝝ

eſt. ⁊ virginitas preferatur coniugio: ſicut ꝑ-
fectuꝫ imperfecto: reſtat q̄ denegare operis
abſtinere a carnibus alijſqꝫ delicatis cibarijs
actum dicit ꝯſonū perfectioni. ⁊ econtra: his
vti imperfectōem quandam importat: quan-
tum eſt de ſui generis natura. niſi ad perfecti
onem reducať per circunſtantiam ſuperadie
ctam vtpote cū quis habet plenam abſtinen
di voluntatē. ⁊ tñ huiuſmodi cibarijs p loco
⁊ tpe ſobrie vtitur. vel q: requirit neceſſitas
ſuſtentationis ꝓprie ꝓpter egritudinē ſeu de
bilitatem. vel vtilitas fraterne edificatōnis ꝑ
charitatiuam condeſcenſiōem. Primū qdeꝫ
exemplū ex vita ſumitur perfectoꝝ cenobi-
tarum: quā deſcribens Hieronymus ad eu
ſtochium ait: loquens de ſanis. Viuitur pa-
ne: leguminibus ⁊ oleribus que ſale ſolo cō-
diuntur. Dehinc pro debilibus ſubdit. Vi-
num niſi ſenes accipiunt: quibus ⁊ paruulis
ſepe fit prandiū: vt aliorū feſſa ſuſteteť etas
⁊ aliorum non frangatur incipiens. Poſt h̄
de infirmitatibus ait. Si quis vero ceperit
egrotare: transfertur ad exedrā latiorem. et
tanto ſenū miniſterio confoueť: vt nec delici
as vrbiū: nec matris querat affectū. Hec hie
rony. Porro exemplū ſecundi manifeſte re
fulget in chriſto. de quo chryſo. ſup Math.
omē. xxvij. Vide quanta eſt chriſti in conde
ſcenſione diligentia: ſicut cū comedat ⁊ bibat
cum videať ex aduerſo Iohāni faciens: et h̄
iudeoꝝ gratia ſalutis facit: magis autē orbis
terraꝝ vniuerſi. ſimulqꝫ hereticoꝝ obſtruēs
ora. Magiſter naqꝫ perfectionis omnimo-
de ieſus chriſtus: ⁊ ſupportator imperfectōis
noſtre: vtrūqꝫ debuit in ſua vita monſtrare:
cum tñ Iohānes totam peregerit vitam ſꝫ ar
tiſſimam abſtinentie legem. Et quāqꝫ actus
abſtinendi perfectior ſit ex proprio genere: ꝑ-
fectius tñ egit chriſtus q̄ꝫ Iohānes. q: ⁊ pu-
riori modo in ſeipſo abſtinuit: ⁊ alijs ex perfe
ctiore charitate condeſcendit. Unde ⁊ perfe
ctionis precipuus ſectator apoſtolus non ſo-
lum imitabilē ſe prebet in auſteritate vite. ve
rūetiam pia ad ꝓximos condeſcenſione: ad

Choꝛinth. dicens. Factus ſum infirmis infirmus: vt infirmos lucrifacerē. oībus omnia factus ſum: vt omnes facerem ſaluos. Hanc ꝯdeſcēſionis edificatoꝛie formā diſcipulis ad pꝛedicandū miſſis dñs dedit: cū ait. In eadē domo manete: edentes ⁊ bibentes que apud illos ſunt. Et ratio a mattheo reddit̃. Eſt enī dignus operarius cibo ſuo. Quia enim diſcipuli pauperes erant. ⁊ laborioſis pꝛedicationis exponebant̃ diſcurſib⁹. ne ꝑ penuria ⁊ difficultate laboris in ſeipſis deficerent. vel ꝑ difformitate victus oneroſi redderentur ſuſcipientibus ipſos. hmōi fuit eis a domino viuendi forma pꝛeſcripta. tam pie q̄ꝫ ꝓuide. vt ⁊ alijs ꝯdeſcenderent: ⁊ iniunctū ſibi laborem viriliter tolerare valerent. Ex pꝛedictis igitur eluceſcit ꝙ tam abſtinere a carnibus ⁊ vino q̄ꝫ his vti: pōt fieri perfecte ⁊ impfecte. ſed vnū ſcꝫ abſtinere ſit pfecte ex pꝛopꝛio genere. alterū vero rōne circuſtantie adiuncte. cum ex ſe magis declinet ad impfectōēꝫ. Hec aūt nō idcirco dicimus. q̄ cibus in culpa ſit. cū dicat apoſtolus ad Choꝛi. eſca nos nō cōmendat deo. glo. ſumpta vel non ſumpta. Et aug⁹. iij. libꝛo de doctrina chꝛiſtiana. Quid locis ⁊ tpi ⁊ perſonis ꝯueniat diligenter attendendū eſt. ne temere flagitia repꝛehendamus. Fieri enim poteſt vt ſine aliquo vicio cupidinis vel voꝛacitatis ꝓcioſiſſimo cibo ſapiens vtat̃. inſipiens aūt fediſſime gule flāma in viliſſimū ardeſcat. ⁊ ſanius q̇ſq̄ꝫ maluerit moꝛe dn̄i piſce veſci: q̄ꝫ lēticula moꝛe eſau: aut oꝛdeo moꝛe iumētoꝝ. Hec aug⁹. Ad qḋ etiā facit qḋ dicit Grego. iij. li. moꝛa. Non cibus ſed appetitus in vicio eſt. Unde lautioꝛes cibos pleruq̄ꝫ ſine culpa ſumimus: ⁊ abiectioꝛes non ſine reatu ꝯſcientie deguſtamus. Hinc eſau pꝛimatū per lenticulā ꝑdidit. ⁊ helias in heremo carnes edendo virtutem coꝛpoꝛis ſeruauit. Unde ⁊ antiquus hoſtis pꝛimū ſibi hoīem nō carne. ſed pomo ſubdidit. ⁊ ſecūdum nō carne ſed pane temptauit. Patet igitur ꝙ delicatis vti pꝛo loco et tēpoꝛe poſſumus abſq̄ꝫ peccato. q̄ tn̄ ꝑ excitationem ꝯcupiſcentie dant occaſionē peccandi. ab hmōi abſtinere ſalutare eſt. Ac per hoc cū ſit difficile ⁊ arduū ⁊ ſuperogatoꝛiū de natura ſui generis colligit̃ eſſe perfectum tanq̄ꝫ ad pfectōnem pꝛeparans ⁊ ipm ꝓmouens ⁊ ꝯſeruans. Unde hiero. contra Iouinianū. Fac eſum carniū cunctis nationibus eſſe ꝯmunē: ⁊ paſſim licere qḋ paſſim gignitur. quid ad nos quoꝝ ꝯuerſatio in celis eſt: qui ſuper pythagoꝛā ⁊ empedoclem ⁊ oēs ſapientie ſectatoꝛes nō ei debemur cui naſcimur ſed cui renaſcimur. qui repugnantē carnem ⁊ ad libidinū incentiua rapientē inedia ſubiugamus. Hec hiero. Quibus oſtēdit abſtinentiam viris perfectis ⁊ celeſtibus cōpetere ad perfecte cauendā libidinē ⁊ edomandam carnem. Cōpetit etiā eis quia ꝓmouet ad perfectā virtutem. ¶ Ualet enim pꝛimo ad ſeruandū pudicitie ſancte nitoꝛem. Unde Hierony. ad euſtochiū. Sollicite pꝛouidendum eſt: vt quos ſaturitas de paradiſo expulit: eſuries reducat. Non ꝙ deus vniuerſitatis creatoꝛ ⁊ dn̄s inteſtinoꝛū noſtroꝝ rugitu ⁊ inanitate ventris: pulmonūq̄ꝫ delectet̃ ardoꝛe. ſed ꝙ aliter pudicitia tuta eſſe non poſſit. Ualet ſecundo ad cuſtodiā paupertatꝭ altiſſime. Iuxta qḋ idem hiero. ad ſaluinā ſcribit dicens. Ubi vile oluſculum cribꝛari⁹ panis ⁊ cibus potuſq̄ꝫ moderatus. ibi diuitie ſuperuacue. Idem quoq̄ꝫ cōtra Iouinianū. Si vis perfectus eſſe: bonum eſt vinū non bibere: ⁊ carnes non manducare. Et poſt. Grandis aīe exultatio eſt. cū paruo ꝯtentus fueris. mundū hr̄e ſub pedibus: ⁊ oēm eius pompā ⁊ epulas ac libidines ꝓpter q̄ diuitie ꝯquirunt̃ vilibus cōmutare cibis. Ualet etiā tertio ad ꝯquirendā animi foꝛtitudinē. ſm illud Bern̄. Quō ipm coꝛpus nr̄m quotidie creſcit ⁊ decreſcit: ſic neceſſe eſt ſpūm ſp ꝓficere aut deficere. ſed inter eſt oꝛdis. Naꝫ ſemꝑ in robuſto ⁊ vegeto coꝛpe animu⁹ mollioꝛ atq̄ꝫ tepidioꝛ eſt. ⁊ rurſum ī coꝛpe debili ⁊ ifirmo foꝛtioꝛ viget ꝓmptioꝛq̄ꝫ ſpūs. Quō ſe expertū teſtat̃ aplus dicēs. Qn̄ infirmoꝛ

tunc potēs ſum. Sicut igitur ꝑ abſtinentiam vigoꝛ attenuatur in coꝛpe. ſic ⁊ augmentatur virtus in aīo. qḋ maxime locū habet in viro ꝑfecto. Valet nihilominus quarto ad obtinēdam mentis ſerenitatē. iuxta ſentētiā Senece in quadā epl'a. Nō eſt inquit iocūda res aq̄ ⁊ pulmenta aut fruſtū oꝛdeacei panis. ſed ſumma voluptas eſt ex his poſſe capere voluptatem. ⁊ ad id ſe deduxiſſe qḋ eripere nulla foꝛtune iniquitas poſſit. Si igitur hec mentis tranquillitas: quā varij euentus foꝛtune non auferunt perfectioni atteſtatur: aperte colligitur ꝙ ſic abſtinere ſit perfectoꝝ.

b His ꝑallegatis ꝓ veritatis parte. facile iā eſt ⁊ ꝑfectionis abſtinētie ſublimitatē defendere: ⁊ hoſtis aduerſus eā erecta machinamenta diſſipare. Nam ab impoſitōe falſi criminis ſumēs exoꝛdiū: primū quidē ſe fundat ſup falſam aſſertiōe. eū cōtra quē ſcribit dixiſſe: ꝙ carniū eſus ſit a perfectiōe receſſus. qḋ nunq̄ꝫ dixit. inſuper ⁊ ꝙ de numero ſit illoꝝ de quibus dicit apl's ꝙ in nouiſſimis diebus diſcedēt quidā a fide attendētes ſpiritibus erroꝛis. Qḋ crimē illi impingit. q: ſaturitati abſtinētiam ꝓtulit. Quante igitur malignitatis ſit ⁊ fraudis. ꝓ abſtinentie cōmendatōe viro fideli erroꝛem manicheoꝝ impīgere. is qui legit aduertat. Hoc enim nihil aliud eſt aſtruere niſi ꝙ abſtinentia cōmendari nō poſſit ſine preiudicio fidei ⁊ ſane doctrine. Qḋ ſi verū eſt errauerunt viri clariſſimi: qui magna ⁊ mira fuerunt abſtinentia prediti. Errat ⁊ nunc ſancta mater eccleſia: que in ieiunijs ab ipſa inſtitutis iubet abſtinere a carnibus: ⁊ ab his que ſementinā inde trahunt oꝛiginē. Errare probatur ⁊ ipſe: qui aut morē ſequitur eccleſie: ⁊ tunc ſm̄ ſuā ſententiā eſt manicheus. aut morem hunc ſacrū impugnat: ⁊ tunc eſt Iouiniani diſcipulus. Audiat igitur nō nos ſꝫ auguſtinū ꝯ adamantinū manicheū de diſcipulis illius ſecte loquentem. Iſtos inquit ſignificauit futuros apl's in tpibus nouiſſimis ꝓhibētes nubere. ⁊ abſtinere a cibis quos de' creauit. Nos enim ꝓprie deſignat: qui ſe non ꝓpterea temperant a cibis talibus vt aut ꝯcupiſcentiam ſuā refrenent: aut infirmitati alterius parcant. Audiat etiā Hieronymū ꝯtra Iouinianū. Reprobat inquit apoſtolus eos qui ꝓhibebant nubere: ⁊ iubebāt a cibis abſtinere. ſed martianū deſignat ⁊ ceteros hereticos qui abundantiā inducūt perpetuam ad deſtruenda ⁊ cōtemnenda ⁊ abhominanda opera creatoꝛis. Nos aūt omnē creaturā laudamus: ⁊ maciem ſagine abſtinentiam luxurie: ieiunia pferimus ſaturitati: ⁊ a diebus Iohānis baptiſte ieiunatoꝛis ⁊ virginis regnum celoꝛū vim patitur. In his ſatis Hieronymus Iouiniani ⁊ noui ſectatoꝛis ipſi' os obſtruit: ne inſtar ſepulcri patentis ſuoꝝ carnalitate ſermonū tanq̄ꝫ exhalationibus fetidis fidelium mentes ſobrias ⁊ pudicas inficiat: moreſq; coꝛrumpat. Nam vt ait apoſtolus. coꝛrūpunt bonos moꝛes colloquia praua. Sane quia ſtudium eſſe conſueuit errantium teſtimonijs veritatis peruerſe intellectis aduerſus ipſam veritatem confligere. ideo conſequēter munire ſe nititur auctoꝛitate ſcripturarum: primo allegans illud apoſtoli. Omnis creatura dei bona. Et iterum. Omnia munda mundis. Cui etiam interpoſitis quibuſdam ſubnectit euangelicum illud. Nō quod intrat in os coinquinat hominē. Quibus etiam interponit auctoꝛitatem Auguſtini de ciui. dei. q̄ dicit: ꝙ ꝯſuetudo victus nō impedit religionē. Ex quibus conatur aſtruere ꝙ abſtinentia ciboꝝ nihil facit ad perfectionē. nec ipſoꝛum vſus vel ſumptio ad imperfectionem. Unde ⁊ dicit. imperfectionem non facit dei creatura: ſed mens infirma: ⁊ neſciens vti ea. idcirco magis ei abſtinentia q̄ꝫ perfecte menti eſt neceſſaria. Hoc ſi verum eſt: ⁊ huiuſmodi ratio aliquid roboꝛis habet: cum bona tēpoꝛalia ſint creature dei: ⁊ mulier foꝛmata a deo: ⁊ coniugium qḋ pl' eſt ſit domini ſacramentū. ⁊ libertas pꝛopꝛie voluntatis ſit donum diuinum. nihil hoꝛum ad imꝑfectōem facit. magiſq; cōpetunt hec ꝑ

ſectio q̄ȝ imperfecti tanq̄ȝ meli⁹ ſciētib⁹ vti.
Magis igr̄ ſm hanc indoctam doctrinam
pfectio competit diuitias poſſidē q̄ȝ ſpernē.
magis nubē q̄ȝ continē: magis agi voluntate
propria q̄ȝ gubernari aliena. Ex quibus etiā
illud infertur q̄ doctrina chriſti fuerit perfe
ctioni contraria. Ad quod quidem inconue-
niens aurib⁹ pijs horrendum nequaq̄ȝ de-
uteniſſet: ſi earum quas allegat auctoritatum
catholicū habuiſſet intellectum. Nam aucto
ritas apli quaȝ proponit hereticoꝝ reprobat
impietatem: euangelicū verbū phariſeoꝝ ſu
pſtitōeȝ. ſed Aug. in verbo propoſito aduer-
ſat̄ vtriſqȝ. Q enim chriſtus phariſeos de
ſupſtitōe notauit: ⁊ textus euangelicus aperte
declarat: ⁊ glo. exponit que ſup illud Mat.
non qd̄ intrat in os coinquinat hominē ȝ ait.
Uno ſermone omnis ſuperſtitio obſeruatio
num elidit̄: dum in diſcernendis cibis religio
putat̄. Q̄ď de ea diſcretione intelligendū ē:
que ſm phariſeoꝝ ſententiam in cibus cōſti
tuit immūdicie cauſam. Nam diſcernē inter
cibaria delicata ⁊ aſpera: p̄cioſa ⁊ vilia abſti
nentiū more: non repugnat ſed conſonat re-
ligioni chriſtiane. Quod autē dicit Aug. q̄
victus non impedit religionē intelligēdū eſt
de religione chriſtiane fidei que cōmunis eſt
pfectis ⁊ imperfectis. de qua Aug. ibidem.
Ipſos quoqȝ phōs qui chriſtiani fiunt: non
habitū ⁊ conſuetudinē victus: ſed falſa dog-
mata mutare compellit. Quod quidē ītelli
gi non poteſt de religione diſcipline regula-
ris. in qua habitus nouus aſſumit̄: ⁊ mutat̄
conſuetudo viuendi quantū etiā ad diſcretio
nem ciboꝝ. Un̄ Hiero. cōtra iouinianū. Au
di inquit ſucos ⁊ apros ⁊ ceruos ⁊ hmōi reli-
quos animantes eſſe creatos: vt athlete, mi-
lites ⁊ naute metallorumqȝ foſſores ⁊ ceteri
hmōi operibus mancipati cibos haberent.
quibus fortitudinē corporum ſibi neceſſariaȝ
ſuſtentarent. Ceterū noſtra religio nō athle-
tam erudit: non foſſorem vel remigē: ſȝ ſapi-
entie ſectatorem: qui ſe dei cultui mācipauit.
Deniqȝ verbum apli qd̄ primo ꝓponit ma

nicheorum impietatem impugnat. non abſti
nentiam perfectorum. Unde Hierony. ad ſal
uiam. Scimus ab aplo dictum. omnis crea-
tura dei bona. ⁊ nihil reijciendum quod cum
gratiarum actōe pcipit̄. ſed idē loquit̄. bonū
eſt non manducare carnem: ⁊ non bibere vi
num. Comedant carnes que carnib⁹ ſeruiūt
quaꝝ ſeruor deſpumat in coitum. que alliga
te maritꝰ generationi ⁊ liberis dant operam.
Quaꝝ vteri portant fetus: earuȝ ītestina car
nibus impleantur. tu vero que in tumulo ma
riti ſepeliſti omnes pariter voluptates. nihil
habes neceſſe aliud niſi perſeuerare ieiunio.
His aperte colligit̄ q̄ omnis creatura bona
⁊ munda eſt. ⁊ q̄ ſanctum eſt ab aliquib⁹ ab
ſtinere. q̄ȝ etſi non ſint immūde formaliter vl
cauſaliter: tamen occaſionaliter ex earū vſu
vt frequenter immundicia contrahit̄: dum
concupiſcentia excitat̄, ſicut idē Hierony. ad
euſtochiū ait. Si q̄d in me poteſt eē conſilij:
ſi experto credit̄: hoc primum āmoneo. hoc
obteſtor: vt virgo chriſti vinum fugiat pro ve
neno. Quid oleum flāme adijcimus. quid ar
denti corpuſculo fomenta igniū miniſtram⁹.
Hec Hierony. Q ſi forte quis dicat hanc
ruinam iuuenib⁹ ⁊ imperfectis: non perfecti
eſſe timendam. obuiat idē Hierony. in eadē
epiſtola dicens. Quamdiu in hoc fragili cor
pore detinemur: q̄ȝdiu habemus theſauruȝ
iſtum in vaſis fictilib⁹: ⁊ concupiſcit caro ad
uerſus ſpiritum: ⁊ ſpirit⁹ aduerſus carnem:
nulla eſt certa victoria. Et paulo poſt. Si apo
ſtolus vas electionis ⁊ p̄paratus in euange
lium chriſti ob carnis aculeos ⁊ incentiua vi
ciorum: reprimit corpus ſuum ⁊ ſeruituti ſub
ijcit: ne alijs predicans ipſe reprobus inueniā
tur. etſi poſt nuditatem: ieiunia: famem: flagel
la: ſupplicia in ſemetipſuȝ reuerſus exclamat.
Infelix ego homo quis me liberabit de cor
pore mortis huius. tu te putas ſecurum eſſe
debere. Caue igitur ne de te aliquando di
cat deus. Uirgo iſrael cecidit: ⁊ non eſt qui
ſuſcitet eam. Hec hieronymi verba ſi vera
ſunt: imo quia vera ſunt: non parui periculi

rēs eſt abſtinentie perfectioni detrahere. ac per hoc animos perfecte virtuti ſtudentium ab ea reuocare. Ut autem ab hoc efficacius poſſit inducere: ſanctoꝛum conſequenter ſe minuit exemplis. noe. ſ. Helie ⁊ Johannis baptiſte. Quoꝛum primus vt dicit omne genus carnis accepit in vſum. ſecundus fuit carnium cibo refectus. tertius vero locuſtarum eſu non fuit pollutus. Ex quibus arguit ꝙ cū omnis imperfectio ſit pollutio anime. carnium eſus nihil facit ad imperfectionem: quin potius ad perfectionem. cum dicat apoſtolus: ſcio abundare ⁊ penuriam pati. nec eſſet perfectioꝛ eſuriens q̄ȝ abundans. vtrumqꝫ enim poterat virtute diuina. Ueruꝫ hec que pꝛepoſuit viroꝛum perfectoꝛum exempla: ſi ad hoc introducit ꝙ talibus veſci ſit de ſe licitum. ex ratione pꝛocedit: ⁊ Auguſtini ſententiam ſequitur in libꝛo confeſſionum. vbi ex ꝑdictis ſanctoꝛum exemplis oſtendit ꝙ non cibus ſed appetitus inoꝛdinatus introducit peccatum. Si autem per hoc conatur aſtruere: ꝙ cibis hmōi vti pꝛo loco ⁊ tpe: non ſit perfectioni contrarium ſed compoſſibile. veruꝫ adhuc dicit: ſed fruſtra laboꝛat. q: hoc nullus catholicus negat. Si vero perſuadere conatur ꝙ his veſci ⁊ ab his abſtinere ſit eque ꝑfectum: errat non modicū. Pꝛimum quideꝫ q: hoc falſum eſt ⁊ abſurdum. ſicut ꝑallegata ſanctoꝝ teſtimonia ⁊ exempla declarāt. Scđo q: non vera ſed ſophiſtica ratiōe ꝓcedit: cum arguit: ꝙ ſi viri perfecti aliqd egerūt ꝙ hoc illud ſit de pꝛopꝛia rōne ꝑfectum. hoc enī plurimas hꝫ inſtantias: ſicut oſtenſum fuit in ꝑcedēti particula. Nam ſimiliter argui poſſet de ꝯiugio noe: ⁊ de pꝛopꝛietate poſſeſſionū: ⁊ de plantatione vinee vt taceamus de vini potatiōe. Tertio ꝟo: q: exēplis hmōi pꝛimo pꝛopoſitis falſam ſubnectit aſſūptionem: cū dicit: ꝙ imperfectio eſt aīe q̇daꝫ pollutio. hoc ſuperius multipliciter eſt ipꝛobatum tanq̄ȝ erroneum. ⁊ ad qđ multa incōuenientia ſequunꝭ. Tūc enim nouiter baptizatus aut non eſſet imperfect⁹: aut pcti labe pollutus: quoꝝ vtrūqꝫ eſt abſurdum. Inſuper ſi eſſet pollutio: aut eſſet moꝛtalis: ⁊ tunc omnis imperfectus charitate careret: aut venialis. ⁊ tunc oīs venialiter peccans a ꝑfectione decideret. nulluſqꝫ in veniali exiſtens ad perfectionē ꝑueniret. idēqꝫ foꝛet perfectuꝫ ⁊ impollutū: qđ quidem vel eſt iuſtoꝝ omniū in ſtatu vie: vel omnino nulloꝝ niſi dei hominis: ⁊ virgīs marie. Quarto auteꝫ q: ꝑlata exempla magis ad oppoſitū valent q̄ȝ ꝓpoſitū: ſicut a ſacris doctoꝛib⁹ inducunꝭ. Unde Hieronym⁹ ad cuſtochiū. Noe vinū bibit ⁊ inebꝛieatus eſt. ⁊ poſt ebꝛietatē nudatio femorum ſubſecuta eſt. Helias cū iezabel fugeret ⁊ ſub quercu iaceret. adueniente ad ſe angelo ſuſcitaꝭ: ⁊ ecce ad caput eius panis ſubcinericius ⁊ vas aque. Reuera poterat ei conditum merū mittē ⁊ electos cibos ⁊ carnes confuſione mutatas. Heliſe⁹ filios ꝓphetaꝝ inuitat ad pꝛandium: ⁊ herbis agreſtib⁹ eos alens conſonū pꝛandentiū audit clamoꝛem. moꝛs in olla vir dei. non eſt iratus cocis: lautioꝛis enī menſe conſuetudinē non habebat. Potuit ⁊ Danieli de regijs ferculis opulētioꝛ menſa transferri. ſed abacuch ei meſſoꝝ pꝛādium poꝛtat. arbitroꝛ ruſticanū. Ideoqꝫ ibi vir deſiderioꝛum appellat⁹ eſt. q: panem deſiderij non manducauit: ⁊ vinū ꝯcupiſcentie non bibit. Ecce quot exempla patrū veteris teſtamēti introducit ad abſtinētie laudeꝫ. q̇ is tanq̄ȝ carnaliter ſapiens trahē nitiꝭ ad carnem. Sentiens aūt ex his q̇ iam dixerat acutis eiuſdem Hieronymi iaculis: vt iouiniani diſcipulū ſe poſſe tranſfigi q̄ſi clypeuꝫ defenſionis obijciēdo ꝟſute ſubiungit. Nec me clames iouinianū. q: non dico vt ipſe ꝙ non differat ſimpliciter abſtinere: vl' carnes ⁊ vinum guloſe comedē: ſed infirmis qui neſciūt his recte vti valde neceſſarium iudico abſtinentiam. ꝑfecti ꝟo nullam contrahūt immundiciam. Hec verba ipſius quib⁹ vt excuſet erroꝛē pꝛopꝛiū exaggerat alienū. Nunq̄ȝ enī iouinian⁹ q̄ȝq̄ȝ ſit oīno deteſtandus in hanc quā hic fugit dementiam incidit: vt gu

loſitatem eq̄ret abſtinentie: ſicut nec luxuriã continentie coequit. ſed pudicitiã ꝯiugalem ⁊ virginitatẽ: vſum ciboꝝ ⁊ abſtinentiã equalis apud deũ meriti cenſuit. Q̄d idẽ Hiero. reprobat vt dogma ꝓphanũ. Hic aũt longe amplius deſipit q̄z ille iouinian⁹: tanq̄z ꝑficiens in erroris doctrina diſcipulus. Nam ſobrietatem in vſu ciboꝝ dicit competẽ ꝑfectis: abſtinẽtiam imꝑfectis. q̄ ꝑfecti nullam ex hoc imũdiciã contrahũt. ⁊ imꝑfecti indigent illo remedio ad edomationẽ ꝯcupiſcentiaꝝ. Conſtat aũt q̄ ꝑfecti ꝑferunt̃ imꝑfectis. ⁊ que illis ⁊ his competũt ꝑ ſe loquẽdo conſilẽm hñt comparationẽ. igit̃ ẽm ipſum ꝑfert̃ hoꝝ ciboꝝ vſus moderat⁹ ⁊ ſobrius abſtinentie ab eiſdẽ. Q̄ ſi cauſet̃. falſum ſibi crimen imponit: dicat igitur ipſe q̄d ſentit. Aut eni ꝑfert abſtinentiã moderato mõ veſcendi: aut equat: aut poſtponit. Si ꝑfert vt q̄d tot ſupuacua v̄ba contra propriam ſententiam protulit. Conceſſo eni q̄ abſtinẽ ꝑfecti⁹ ſit. iam nulla reſtat cauſa aduerſus aliquem diſputandi. Si vero equat: in errorẽ iouiniani turpiter incidit. Si autem poſtponit: damnate ⁊ reprobate iam hereſi ſuperaddit. Q̄ autem hui⁹ vltime ſententie fuerit ex conſeq̄ntib⁹ apte clareſcit. Quaſi enim ei q̄d dixerat abſtinentiam imꝑfectis competẽ: ex aduerſo aliqs reſiſteret ex alteri⁹ ꝑſona ſubiungit. Sz dices. Quid igit̃ dñs ſacerdotib⁹ veteris teſtamenti cũ miniſtrarẽt prohibuit vinũ. Quid q̄ nazareis inhibuerit. Quid q̄ filij rechab ex hoc laudant̃. ⁊ tandem Iohãnes baptiſta vinũ ⁊ ſiceram non guſtauit. Et addit. Qualiter igit̃ non erit ꝑfectius a vino ⁊ a carnib⁹ abſtinẽ q̄z his vti. Et ad hec tanq̄z ad ꝓbandum falſum inducta reſpondit: dicens q̄ ſacerdotib⁹ veteris legis inhibet̃ vinũ: velut adhuc neſcientib⁹ vti. ⁊ q̄ abſtinentia nazareorum figuralis nõ moralis fuit. ⁊ q̄ filij rechab magis de obedientia q̄z de abſtinentia laudati ſunt. ⁊ q̄ Iohãni baptiſte abſtinentia competebat q̄ adoleſcens erat: addens q̄ ſicut abſq̄z diminutione perfectiõis carnes comedit. ſic etiã ſi voluiſſet potuiſſet bibẽ vinum: cũ ad ei⁹ oppoſitũ nulla lege teneretur.

Ex quib⁹ apte colligit̃ q̄ ad iouiniani ſuperaddit errorem. Cũ eni ſupra probauerit q̄ ꝑfectis competit vino ⁊ carnib⁹ vti exemplo Noe Helie ⁊ Iohãnis baptiſte. ⁊ nũc ꝓ inconuenienti habeat q̄ ꝑfectis viris abſtinentia induci: manifeſte conuincit̃ ei⁹ eẽ ſententie qua ciboꝝ vſus abſtinentie non poſtponit̃: ſed ꝑfert̃. Pro hui⁹ quoq̄z erroris defenſatore ꝑfidia: plurima dicit abſurda. Nam q̄ aſſerit vinũ interdici ſacerdotib⁹ tanq̄z neſcientib⁹ vti: aperte contrariat̃ veritati. cũ ſup illud leuitici. vinũ ⁊ omne q̄d inebriare põt ⁊c. dicat glo. Filijs aaron tanq̄z ſublimiora adeptis tradit̃ hoc mandatũ. Inſup contra viros ſanctos blaſphemare conuincit̃. quoꝝ nonnulli ſacerdotalis generis ſanctitatis priuilegio ⁊ prophetie ſpũ claruerunt. Mira certe vl' potius monſtruoſa doctrina. Cũ eni ſupra premiſerit q̄ viris ꝑfectis competebat coniugium in veteri lege: ⁊ ſcdõ addiderit: q̄ aaron tanq̄z vir ꝑfectus fugit. qua fronte nũc ſubiũgẽ poteſt q̄ tanq̄z imꝑfect⁹ abſtinuit. quaſi coniugij nexus vel fuge ꝑſidiũ ſacerdotib⁹ ꝑfectiõis gloriam tribuat ⁊ ſanctitas abſtinentie tollat. Magna etiam abſurditate non caret q̄ principalem cauſam abſtinentie ꝑcurſoris etatem aſſerit fuiſſe iuuenilem. ſ. propter adoleſcentiam caſtigandam. ac ſi abſtinentia ſenib⁹ ⁊ perfectis non competat. Quid igit̃ ſancti ſenes ⁊ ꝑfecti paulus heremita: Antoni⁹: hilarion ⁊ clariſſimi illi cenobiorum patres abſtinuerũt vſq̄z ad decrepitam ſenectutem. Quid illi nobiles cenobite de qb⁹ dic̃ Hierony. ad euſtochium. De cibis vero ⁊ potu taceo. cũ etiam languentes monachi aq̄ frigida vtantur: ⁊ coctum aliqd accepiſſe luxuria ſit. Quid illa ſanctiſſima paula de qua idem Hiero. Nulla iuuenũ puellarum ſano ⁊ vegeto corpore tante ſe dedit abſtinẽtie q̄n ipſa fracto ⁊ ſenili debilitatoq̄z corpuſculo. Quid etiam venerabilis illa tarſilla de qua Grego. iiij. dyal. Tarſilla inqt amita mea in

ter duas alias ſorores ſuas virtute. continue orationis. grauitate vite: ſingularitate abſtinentie ad culmen perfectionis exercuerat. Quid tandē apl'o: de quo Hiero. ꝯ iouinianū Paulus apl'us poſt famem ꝛ ſitim ꝛ ceteros labores ſuos: ꝛ picula latronū ꝛ ſolitudinis: crebra ieiunia enumerat. ꝛ diſcipl'o thimotheo dolenti ſtomachum: ꝛ infirmitates plurimas ſuſtinenti ſuadet vini modicam potionē. qđ non concederet niſi crebre ifirmitates ꝛ dolor ſtomachi poſtulaſſent. Innumera quoqꝫ ad hec exēpla ſuppetūt viroꝝ illuſtriū: non ſolū in chriſtū credentiū: verūetiaꝫ gentiliū philoſophorum. ſicut ex varijs hiſtorijs colligi poteſt. ꝛ precipue de ti. Hieronymi ꝯ iouinianū. ꝛ ex eo quē conſcripſit Ambroſius de vita brachmanaꝝ. Nec horꝫ cōtemnenda exempla. cū Hieronym⁹ ad alciam dicat ꝙ iudaica ſuperſtitio ex parte facit in reiectōe quorūdam animaliū atqꝫ eſcarū. qđ indoꝝ brachmane ꝛ egyptiorum gymnoſophiſte in polenta ꝛ oriza ꝛ pomorum ſolo obſeruant cibo. cur virgo chriſti non faciat i toto. Si tanti vitrum: q̄re ꝛ non maioris ſit margaritū. Hec autem non idcirco diximus vt abſtinentie laudemus exceſſum. vel vt noſtri tpis homines de imperfectōe notemus. Fieri eniꝫ poteſt vt pro debilitate corpoꝝ excuſenť nōnulli. iuxta qđ diſ. xxiiij. dr. Deficcus hominū nrī tpis qb⁹ non ſolū membra ſed etiā corpora ipſa defecerunt non patiť diſtrictōis illi⁹ manē cenſuram. Fieri etiaꝫ poteſt vt ad aliq̄ pietatis officia ſeipſos exerceant: que diſtrictionē illā vel in toto vel i parte recompenſent. Hoc tamē pcipua cura ſeruandū. vt qui tantū vite rigorem ſequi non valent. vel forſitan nolūt. non preſumptuoſe vilipendant. ſꝫ religioſe venerētur. q̄tenus ſi qđ in eis pro carnis debilitate ſubtrahiť: ex mentis humilitate ſuppleať. Hanc piam reuerētie formam ſi is cui reſpondeť obſeruare voluiſſet. nequaq̄ humane carnalitaţ vicium per carnes quas dicit a pcurſore comeſtas temeraria p̄ſumptione foueret. Cui aperte contrariať euangelic⁹ textus ꝛ Auguſtin⁹ contra fauſtū. vbi ſic ait. Unde dictus eſt iohannes non manducās neqꝫ bibens: niſi qꝛ illo victu quo iudei vtebanť ipſe non vtebatur. Conſtat aūt ꝙ iudei carnib⁹ veſcebanť. niſi forte quis ita deſipiat: vt dicat Johānez carnes mādcaſſe in lege prohibitas. Hier. etiā contra iouinianū. Precurſor dn̄i ꝛ pco locuſtis aliter ꝛ ſiluestri melle: non carnibus. Et Raban⁹ ſup illud Math. Eſca ei⁹ locuſte ꝛc. Habitatori ſolitudinis ꝯgruū erat vt non delicias ciboꝝ ſed neceſſitatem humane carnis expeteret. Unū refert arnulphus galliaꝝ epus: minimū genus locuſtaꝝ fuiſſe in deſerto iudee quo paſtus eſt Johānes baptiſta. ꝛ vſqꝫ hodie ibi apparere. que corpuſculis in modum digiti manus exilib⁹ in herbis facile capiunť. coctecqꝫ in oleo pauperes prebent victum. His itaqꝫ diligenter perſpectis quis tam impudēs erit vt p vitam Johannis auſteram ꝛ pauperē: ſuam vl' alienā defendē audeat carnalitatē. Ceterū qꝛ ſuperfluū eſt his immorari diuti⁹. ad ea veniendūꝫ eſt que in queſtiōis hui⁹ diffinitione ſubiungit. Dicit namqꝫ ꝙ viri perfecti ad vinum ꝛ carnes ſe relaxauerūt propter carnis ifirmitatē propter ſeruandā conſuetudinē cōmunis vite: ꝛ ꝓpter ſcādali vitationē. Que q̄uis v̄a ſint ꝛ a ſanctis accepta. multa tamē falſa vt aſſolet in eoꝝ explicatione p̄miſcet. Dicit eni in explicatiōe primi membri ꝙ imꝑfectio eſt damnū virtutis. qđ ſuperi⁹ tanq̄ erroneū eſt multipliciter improbatum. Addit etiam ꝙ Helias propter ifirmitatē carnis carnib⁹ paſtus fuit. quam etiā infirmitatē chriſt⁹ accepit. Hoc ſi de ſpeciali carnis infirmitate intelligať. nō ſine temeritate multa aſſeriť. tuꝫ qꝛ illud ſcriptura non docet ſed eius contrarium. tum qꝛ erroneum eſt aſſerē ꝙ chriſtus aſſumpſerit infirmitates niſi illas que communiter reſpiciunt ſtatum humane nature. Qꝫ ſi de infirmitate que cōmunis eſt oībus loquitur: ſm hoc exēplo chriſti ꝛ Helie quilibet pfectus carnes comedere debꝫ. Sane

ꝙ in explicatione ſecūdi modi introducit au
ctoritatē Auguſtini de li. queſtionū euāgelij.
ꝙ nō intereſt quid alimentoꝝ vel quantum
quis accipiat: dūmodo id agat ꝓ congruētia
hominū cū quibus viuit. ſi generaliter accipi
atur ſicut hic ex peruerſitate intellectus inſi
nuat. oēm abſtinentie rigorē eneruat ſm du
plicem abſtinentie modū a qualibus videli
cet ⁊ a quanto. Attendendū eſt igit̄ ꝙ verbū
illud intelligi debet: ꝙ non multū intereſt q̄n
tum ad rationem liciti vel illiciti contra id
quod aſſerit manicheus: multum tñ intereſt
quantū ad edomatōem carnis: exercitatōem
virtutis: ⁊ ſatiſfactōem pro culpis cōmiſſis.
Unde grego. in regi. Duobus modis viri
ſancti a licitis abſtinere ſolent. aliquando vt
merita ſibi apud omnipotentē deum auge
ant. aliq̄n vt antecacte vite culpas detergant.
Sed etiā pari nō caret peruerſitate ꝙ ibidē
ſubiūgit. ꝙ ſi quis diſtrictius vult viuere q̄z
hi cum quibus cōmuniter viuit. aut inpans
eſt ⁊ ita imperfectus aut ſupſtitioſus ⁊ ita ꝑ
pera. Hec verba ipſius que imponit Augu
ſtino de doctrina chriſtiana ſimiliqz dicit ꝙ
hoc. ſ. reſtrictius viuere non docuit chriſtus
ſed potius ꝓhibuit. nec aliquis ſanctoꝝ hoc
fecit. His autem verbis oībus pene ſctāruz
religionū inſtitutoribus ⁊ eccliaꝝ rectoribus
qui ſtrictius vixerūt q̄z coꝝ ꝯſocij: nō ſolum
notā impfectōis ſed etiā maculā preuaricatio
nis impingit. ꝓpter qḋ ⁊ a blaſphemia in
chriſti ſctōs īmunis nō eſt. niſi inquantū for
taſſis eū ignorantia excuſat. q: quos imitari
abhorruit illorum vitas legere neglerit: ſicut
⁊ mendoſitas codicis in ea quā allegat Au
guſtini auctoritate ipm feſellit. Nequaq̄z enī
ibi ſcriptum habet̄: aut interpretatus. ſed aut
temperans aut ſupſtitioſus. Ubi vult Au
guſtinus oñdere: ꝙ trāſcenſus vite cōmunis
aut venit ex ſublimitate virtutis: ſicut ī viris
magne auctoritatis. aut ex ſuperſtitione erro
ris ſicut in manicheis. vel ex preſumptuoſa
ſingularitate modi viuendi: ſicut in q̄buſdaz
hypocritis ⁊ vanis hoībus qui deſpiciūt ſta

tum vite cōmunis. Corrigat igitur ſui mēdo
ſitatē codicis. vel potius a malignitate reſipi
ſcat erroris. In pertractatōe quoqz tertij mo
di falſo redarguit petrū apoſtolum: ⁊ impie
blaſphemat in chriſtū. Dicit enim petrū rep
henſum a paulo. q: abſtinentia ſua ſcādaliza
bat infirmos. Uerum ſicut ex textu apparet
apoſtoli: nō in hoc arguendus erat petrus ꝙ
abſtinentiū more a cibis delicatoribus carnē
reſtrigeret. ſed q: more iudeoꝝ cibos diſcer
nens gētiles faciebat exēplo ſuo iudaizare.
Q. vero ſubiūgit chriſtū cōmediſſe agnum
paſchalem quē ꝯmedere nō tenebat̄ niſi ne
inde pberet iudei ſcādali occaſionē manife
ſtam blaſphemiā ꝯtinet. Nā chriſtus cū eēt
dñs legis ⁊ oim etiā cū ſcandalo iudeoꝝ qui
ſub lege erāt legales cerimonias pterire po
terat: nec ex tentione: ſed ex ꝯdeſcenſione le
gis figuralia obſeruabat. Tandem q: virtus
vincit ſemp ⁊ inualeſcit. cuius lumē int̄ den
ſas erroꝝ tenebras radiat. eius quaſi virtu
te ꝓpulſus abſtinētie hoſtis ad eā quā impu
gnauerat laudandā ꝯuertitur. ſubiūgit ꝙ
tribus ex cauſis viri ſancti abſtinuerūt. Pri
mo ꝓpter macerationem carnis ad edoman
dum ꝯcupiſcentias. Scđo ꝓpter cautelam ſcā
dali infirmoꝝ. tertio ꝓpter euitatōem idolo
ticoꝝ. Hec ſiquidem vera ſunt: ⁊ ab Augu
ſtino ſumpta in li. de moribus manicheoꝝ.
ſed hūc triplicem veritatis radiū triplicis er
roris caligine obnubilare conat̄. Nam pmo
dicit: ꝙ ſancti patres nō tenebant̄ abſtinere
a cibis lege ꝓhibitis niſi ꝓpter vitandū ſcā
dalum: qḋ pertinebat ad nouū teſtamentū. ⁊
hoc eſt falſum. Uñ Aug⁹ contra fauſtū. xix.
capi. Machabeos inquit eū ingenti admi
ratione preferim⁹ ꝙ eſcas q̄b⁹ nūc licite chri
ſtiani vtuntur attingēre noluerūt. q: pro tpe
ꝓhibito non licebat. Scđo addit ꝙ chriſtus
his tribus modis abſtinuit: in quo non ſolū
oberrat: ſed ſolito modo blaſphemat. Cum
enim primus mod⁹ ſit vt dicit ꝓpter refre
nādas ꝯcupiſcētias carnis. hoc xpo attribue
re non eſt aliud q̄z blaſphemare: niſi for

ſi per hoc ſe excuſare velit ꝙ ante ꝓdixit chri
ſtum non ꝓpter cõcupiſcẽtias ꝓprias abſti-
nuiſſe: q: nullas habuit. ſed vt abſtinẽdo exẽ
plum daret alijs ſuas cõcupiſcẽtias refrenan
di. Uex ſi hanc intelligentiam habet. ſenſum
rectitudinis teneat: ſed verbum erroris imutet.
Querimus tñ ab eo quibus exemplũ hʼ ꝓbuit
chriſtus. vtrũ pfectis de qbꝰ idẽ dicit ꝙ iam
cõcupiſcentias domuerũt. an imperfectis qui
adhuc cõcupiſcẽtijs agitãtur. Conſtat ꝙ im
perfectis. Si igit̃ chriſtꝰ tanq̃ medicus īfir-
mis condeſcẽdendo exemplũ ꝓbuit. ⁊ q̃ſi de
hmõi medicinali potiõe guſtauit abſq; detri
mento perfectionis ſue. vt qd tot in vanum
verba protulit ⁊ conſcripſit aduerſus hãc veri
tatem. quam de ipſius īpugnantis ore eiuſdẽ
inuincibilis veritatis virtus extorſit. Tertio
ſubdit ꝙ his tribus modis abſtinere perfe-
ctis chriſtꝰ ꝑcepit. nec contrarium ꝑcepit ip
fectis ſed quibus placuit miſericorditer īdul
ſit. Hec verba ipſius in quibus veritati con
tradicit ⁊ ſibiipſi. Ueritati quidem: q: maxime
aſtringunt̃ imperfecti ad idolotica vitanda.
nec eis indulget̃ ꝙ alios ſcandalizent: aut ſu-
as concupiſcentias non refrenent. Sibiipſi
etiam cõtradicit: q: cum ſupra docuerit abſti
nentiam impfectis magis competẽ q̃ꝫ pfectis:
propter qd̃ dicit abſtinentiam vini iniunctã ſa
cerdotibus veteris teſtamenti: non noui. nũc
ſeipſum redarguẽs dicit ꝙ abſtinẽtia viris p
fectis precipit̃ ⁊ imperfectis īdulget̃. In quo
dum vno deſtruit breui ſermone quicquid ſupra
cõſtruxerat. manifeſte declarat: ꝙ qui ſtudio
contentionis deſeruit: dum arcu tenſo doloſo
per ſagittam ſermonis emiſſam alterum vul
nerare ſatagit. iuſto dei iudicio ſemetipſum
prius ipſe configit.

¶ Secunde reſponſionis tertia particula ſex
tumq; capitulum: in quo ieiunij artitudo vt
conſonat perfectioni defenditur. ⁊ eius mul-
tiplex cõmendatio ſubinſertur.

Atio euidenter p determinata patet
ꝛ vt credimus ieiunij artitudinẽ ve-
lut abſtinẽtie culmẽ: euangelice per
fectiõis ſtructure non modicum pſtare muni
men. Uerum q: cõtentiõis amator aduerſus
ipſius prerogatiuã nouũ diſputatiõis certa-
men aggredit̃. ſtulticie ſue reſpondẽ cõpelli-
mur. vt ſimplices a pfectiõe non reuocet. nec
ſibi ſapiẽs eẽ videatur. Etenim cuꝫ is ꝯ quẽ
ſcribit nullam de ieiunio mentionẽ fecerit: ſi
cut ipſemet recognoſcit. q: tñ alius predicãs
fuit de ieiunij perfectione locutus: nouũ eum
diſputatiõe confutare conat̃: q̃ſi ei nõ ſufficiat
agẽ contra vnum. quinpotius hiſmahelitico
more manum erigit ꝯtra omnes. vt iuſto dei
iudicio manus ſit omniũ ꝯtra eũ. Et quidẽ qd̃
vir peritꝰ vt iſte fatet̃ docuit. chriſtum ieiunã
do ſolis pfectis ⁊ cõmedẽdo ſolis imperfe-
ctis exemplum dediſſe: nullatenus videt̃ eẽ
credibile. cum oĩbꝰ ꝯſtet ꝙ tam ieiunare q̃ꝫ
comedẽ fieri põt non ſolum pfecte ⁊ impfe-
cte. verũetiã bñ ⁊ maleſcẽ ⁊ ipie: ſm rõnem
diuerſoꝝ finiũ ⁊ circũſtãtiaꝝ. In hoc ẽ tñ eſt
differẽtia inter ieiunia ſeruare ⁊ ieiunia ſoluẽ
ꝙ primũ de ſe eſt difficile ⁊ arduum: ac de ſe
efficax ad repreſſionẽ carnalis libidis. ⁊ exer
citationem ſpũalis virtutis. ⁊ ideo de rõe ſui
generis bonum ⁊ ad pfectionem ordinatum.
Scdm autem. ſ. ieiunia ſoluẽ facile eſt ⁊ car-
ni ſuaue: ⁊ ad qd̃ inclinat̃ mentalis infirmi-
tas: ⁊ ideo imperfectũ de ſe: q̃uis ⁊ pfecte fi
eri poſſit rõne circũſtantie ſuperaddite: vtpo
te cũ a viro perfecto fit rõne debilitatis ꝓprie
vlʼ ꝯdeſcẽſiõis fraterne. Fatemur igĩ vna cũ
illo contra quẽ ſcribit. ꝙ loquẽdo de natura
hmõi actuũ pfectiꝰ eſt ieiunia ſuare q̃ꝫ ſol
uere. ⁊ ꝙ chriſtus omnis virtutis exemplar ⁊
pro tpe ieiunauit: ⁊ pro tpe ieiunia ſoluit. vt
in primo auſteritatis vite ꝑberet exẽplum: ⁊
in ſecundo humane īfirmitati pſtaret ſolaciũ
Propter qd̃ ⁊ primũ fuit rigoris. ſcdm con-
deſcẽſionis. vtrumq; tñ perfectum in xpo: q:
ex perfectiſſima charitate proceſſit. Nã ꝯde
ſcẽſio vt ex pdeterminatis eſt euidẽs: nullam
imperfectionẽ ponit in ꝯdeſcẽdẽte. ſꝫ in eis
ſolum qbꝰ cõdeſcẽdit̃ vlʼ in ipſo genẽ actus
Hoc ſi voluiſſet calũniator aduertẽ: varios

[illegible]

tenē vl̄ cōmedēs ſit impfect⁹: pro eo φ ſicut
ſepe dictū eſt circūſtātia pōt eē pſone ⁊ actui
annexa que ab omni impfectiōe excuſet. Jn
ſup alia eſt comparatio actuū: ⁊ alia pſonaꝝ.
Unde ſicut nō ſequit̄. ſi pfectior eſt virginitas
q̄ȝ coniugiū: φ ideo virgo ſit ſp pfectior con
iugata. q: pōt eſſe φ virgo ſit impia ⁊ coniu-
gata ſit ſancta. ſic ⁊ ad eā comparationē qua
ieiunium comeſtiōi prefert̄ nō ſequit̄ φ ieiu
nans ſit vniuerſaliter cōmedente pfectior. ac
per hoc multo minus iferri pōt φ cōmedēs
ſit impfectus. Ex hoc aūt φ dic imperfectio
nem eē reatū: rē mūdo conformē: ⁊ deo di-
ſplicentem: ſequunt̄ abſurditates inumere.
Nam cum virtus charitas ⁊ iuſticia aliquā
do ſit ipfecta: erit ḡ reatui obnoxia: ꝯformis
mundo: ⁊ diſplicens deo. Ampli⁹ cū ipſum
coniugiū de ſua rōne ſit ipfectuȝ: neceſſario
ſequitur φ ſit culpabile ⁊ diſplicēs deo. Sed
⁊ pudicitia coniugalis cū ſit impfecta reſpe-
ctu virginalis: erit deo diſplicens. ac per hoc
iuxta manichēū non erit matrimoniuȝ a deo
inſtitutū. Preterea ſi ois imperfectio in ar-
tificato artifici diſplicet: vt hic temerarie aſ-
ſerit. cū oīa a deo creata priꝰ imperfecta fu
erint q̄ȝ pfecta: vniuerſa in ſue productionis
principio diſplicuerūt conditori ſuo. ſed nul-
lus ſapienter opans producit qd ſibi diſplicet
ſequitur ergo φ prima rerum opa non ſunt
a deo in ſapientia facta. Et q: hec abſurdiſſi-
ma ſunt: illa ex quibus ſequunt̄ repudianda
ſunt tanq̄ȝ erronea. ⁊ ex falſo intellectu imp-
fectiōis procedentia. ſicut in precedentibus pa
tenter oſtendim⁹. Sed nec iſta contētioſo di-
ſputatori ſufficiunt. Nam adhuc prudentem
virum tanq̄ȝ pfectiōis hoſteȝ inſeqt̄. Arguit
enim. ſi ieiuniū ſolvē eſt imperfectū. ſenes q
ieiunare non poſſunt in impfectionē labunt̄.
Silr ⁊ corpore imbecilles in virtute decre-
ſcūt. cū tamen dicat aplš φ virtus in ifirmita
te perficit̄. Inſup ⁊ ſolventes ieiuniū in die-
bus dñicis ſm mandatum canonum: iperfe
cti erunt. Hec ſunt itaqȝ rōnes ipſi⁹: in qb⁹ nō
tam eius cui aduerſat̄ impugnat ſententiam:
q̄ȝ ieiunij ſanctitatem pfectā. Cū enī nullus
perit⁹ hoc dixerit: nullus etiā hoc ſenſerit φ
ſolutio ieiunij ex rōnabili cauſa perfectiōi re-
pugnet. aut pſate rōnes oīno ſunt friuole. aut
ex hoc iperitis vident̄ probabiles. q: nullū p-
fectionis opus eſt qd intermitti pōt ſalua per
fectione. ac per hoc q: ieiunium ſalua perfe-
ctione intermitti poteſt: concludi poſſe videt̄
φ non ſit de perfectiōis itegritate. Et quoniā
hac rōne ad ipugnationem perfectiōis i pſe-
q̄ntibus frequēter ſe munit. ideo vt hac vna
reſponſione ſophiſticatio ipſi⁹ diſſoluat̄ vbi
q̄ȝ prudens lector aduertat φ actus ad per-
fectionem ſpectantes: qdam ſunt intrinſeci ⁊
eſſentiales tanq̄ȝ ſm ſe perfecti ⁊ perfectiui.
quidam aūt ſunt exteriores ⁊ ad perfectiōis
complementū adminiculantes ⁊ exercitatiui.
⁊ horum quidam poſſunt intermitti pro loco
⁊ tēpore ſalua perfectione. qdam aūt niſi pro
loco ⁊ tempore itermittant̄ cū perfectiōe ſta
re nō poſſunt. Vn̄ beda ſuper Lucā. Quis
neſciat viſcera miſericordie: benignitatē. hūi
litatem: patientiam: caſtitatē: ⁊ hiis ſilia i ſine
vlla tempoꝝ intercapedine fidelibus eē ſer-
uanda. At vo famem: ſitim: vigilias: nudita
tem: lectionem: orationē: laborē operādi: ⁊ ce
tera hmōi ſi qs ſemper exequēda putauerit:
horum ſe fructu priuabit. Hec beda. Ad hoc
ipſum facit qd dicit Aug. de bono coniugali.
Habebat inqt thimotheus virtutē continen
di a vino. quam nō ei abſtulit paulus monen
do vt vino modico vteret̄ propter ſtomachū
⁊ frequētes ſuas ifirmitates. alioquin perni
cioſe docebat vt propter ſalutē corporis fie-
ret in animo damnū virtutis. ſȝ q: poterat ea
virtute ſalua fieri qd monebat ita relaxata
eſt corpori vtilitas bibendi vt maneret i ani-
mo habitus continēdi. Hec Aug. Ex quib⁹
patenter colligit̄ φ opus virtutis intermitti
pōt virtute ſalua. ac per hoc etiam opus per-
fectiōis ipſa perfectione ſeruata. Ad pallian-
dū quoqȝ abſurditatē ſui dogmatis quo ieiu-
niū a perfectiōe ſeqſtrare ꝯtēdit. ſex differētias
ieiunioꝝ diſtinguendo ſubnectit. Dicit enim

q ſex modis contingit ieiunare. Primo cau
ſa laudis humane. ſcdo cauſa auaricie. tertio
cauſa concupiſcētie refrenande. q̄rto ex abū
danti miſericordia ad dandū exēplū. quinto
ad deſignādū miſterium. ſexto propter gerē
dum alijs morē et ſcandalū vitandū. Hec au
tem diſtinctio ſupficialiter conſiderata erro-
neam ipſi9 ſententiā palliare videt. ſ3 diligen
ti examinatiōe diſcuſſa propalare cognoſcit
Nam ex his ſex modis duos ſm veritatem
dicit competē hypocritis et auaris. tertiu3. ſ.
cauſa concupiſcentie refrenande competē aſ
ſerit pfectis et imperfectis. q̄ vt dicit: in quā
touis ſancto remanet aliquid de concupiſcen
tijs euincēdis. Et poſt ſubdit: q hoc ieiuniū
chriſtus non aſſumpſerit. et tertio ſubiūgit q
hoc ieiuniū magis ipfecto q̄3 pfecto monacho
compet. Sed hoc tertio loco dictū ei qd p̄-
mo poſuerat apte contradicit. Nā ſi in q̄tū
cunq3 pfectio aliqd remanet de concupiſcen
tijs euincendis. cum plene vincē ac domare
cōcupiſcētias magis cōpetat pfecto q̄3 imp-
fecto: magis ei cōpetit modus hic ieiunandi
vbi corpaliū viriū imbecillitas nō obſiſtit. Vn̄
Hiero. hilariōis pfectiſſimi monachi vitā de
ſcribens. a. lxiiij. āno īngt vſq3 ad. lxxx. pane
abſtinuit et edibili ſeruo: e mentē. ſicq3 com-
plens ordinē vite nunq̄3 an̄ ſolis occaſum ſol
uit ieiuniū. Porro i eo qd dicit chriſtū nō dc
diſſe exēplū hoc mō ieiunādi: apte 9triū eſt ei
qd i pcedēti caplo ſcripſit. Dixit. n. ibi q xps
exēplū abſtinēdi ad domādas 9cupias ptbu
it. Mir3 certū ſi hō fuit alicui9 ītelligētie aut
ſaltē memorie q̄ hec ſcripſit: quō repēte obli
tus eo3 q̄ dixerat paucis iterpoſitis 9triū do-
gmatizat. Iuſto tn̄ iudicio ſupne diſpoſitiōis
has mentis tenebras incurrit. vt nec ſibi ipſi
cōſentiat q a veritate diſcodat. Quāq̄3 enī3
xps nullas 9cupiſcētias habuit: ſuo tn̄ ieiunio
exēplū nobis certandi p ieiuniū 9 9cupiſcen
tias dedit: ſic dic̄ Hierony. ad demetriade3.
Saluator generis hūani q̄ vtutē et 9uerſatio
nis ſue nobis reliqt exēplū: poſt baptiſmum
ſtatim aſſumit a ſpū vt pugnet 9 diabolu3. et
tn̄ hoſtis antiqu9 poſt q̄dragīta die3 ieiuniū
p cibū molit̄ īſidias. Glo. etiā ſup illō Mat.
duct9 eſt ieſus in deſer. et c̄. Ieiunat vt tentet.
tētat q ieiunat. et exēplū ieiunādi nobis dat.
Et alia gloſa ibidē. Hic eſt ordo recte 9uer-
ſatōis vt poſt acceptā ſpūſſcti grām 9 diabo
lum arti9 accingamur. Ex qb9 colligit q xps
ſi9 exēplū ieiunādi et pugnādi dedit hoibus.
S3 h exēplū certū ē nos ſcq nō poſſe primū
et ſcdm ieiunādi modū in qb9 deeſt iuſticia.
necp q̄rtū q̄ntū et ſextū qb9 nō ieiunat vt 9
hoſtē pugnet. reſtat igit q exēplū dedit q̄nu
ad tertiū modū. Vn̄ et Amb. in lib. de laude
ieiunij. Preliat9 eſt xps vt vinceret. nō q ip
ſe egeret certamine. ſ3 vt nobis formā bellan
di pſcriberet: et poſtea daret grām triūphan
di. Certamē nr̄m ieiuniū ē. Deniq3 ieiunauit
ſaluator: et ſic ad eū tētator acceſſit. et primū
gule direxit ſpiculū: et cibū velut eſcā laquei
ptēdit. Dn̄s ieiuniū ptulit: vt laqueos tētato
ris ſui: vinculaq3 diſſolueret. Illo laqo adam
fuit ſtrāgulat9: hac abſolutiōe diabolice q̄ſtio
nis oīs hō eſt liberat9. In his tam clare ſacer
Ambro. ſi qd forte obſcu3 eſt explicat. vt ne
mo niſi mēte obſtinat9 obſiſtat. Vn̄ et ipſe ho
ſtis ieiunij ī q̄rto ieiunādi mō: q̄ videl3 ē ex
abūdāti miā: aſſerit xp3 dediſſe ieiunādi exē
plū: nō ſolū pfectis: ſ3 etiā ipfectis. In q̄ ſiqdem
aut itēdit dicē q exēplū ieiunādi dedit nobis
vt ieiunem9 p exhibēdā alijs miā. ſic ieiuna
uerūt Moyſes: Helias: Daniel: et alij pro-
phete. et tūc falſum dic̄. q: abūdātis miā nō cō
pcit ipfectis ſed pfectis. aut vt ieiunem9 p ſupā
da pugna: et tūc q̄dē ve3 dic̄. ſ3 ſibiipſi apte
9dicit. Qd etiā facit in ſexto ieiunādi modo
vbi dic̄ q pfcti 9cupiſcētias hūtes edomi-
tas: ieiunio nō aſtricti: ieiunabāt ſm morem
illo3 cū qb9 viuebāt. vbi 9dicit ei qd paulo
an̄ pdixerat. q in q̄ntouis pfecto remanet ali
qd de 9cupiſcētijs euincēdis. Cōtradicit in-
ſup vitati. Nā paulus aplūs q̄ ad apicē ſūme
pfectōis puenerat caſtigare ſe dic̄ corp9 ppri
um et in ſeruitutē redigē: nō tā p gerēdo alijs
morē q̄3 p ſupādo hoſte domeſtico. ſicut ex-

ꝓfeſſe dicit Hiero. ad cuſtochiũ in auctorita
te ſuperius poſita. Quis etiã quãtuſcunq;
ſanctus niſi ſit actu infirmus vel corꝑe debi
lis: ab his ieiunijs ad q̃ ſe obligauit ꝑ regu
le votũ: vel ab his que vniuerſaliter ſeruan
da ſancta mater eccleſia ſtatuit. ex ſua quan
talibet ꝑfectione abſoluitur. Quis ſane men
tis hoc ſenſerit: quis docere p̄ſumpſerit.
Nullus certe vt credimus: niſi ſancte matrĩ
eccleſie ſtatuta ꝯtemnat.

Ehinc vt ſuã finalẽ declaret intentõ
nẽ. que nõ ad ieiuniũ ſeruandũ ſed
potius ad ſoluendũ conat̃ inducer̃.
ſex modos aſſignat ſolutõnis ieiunij. quorũ
primũ dicit illicitũ. ſcd̃m imꝑfectũ. quattuor
ſeq̃ntes modos dicit eſſe ꝑfectoꝝ. In quib⁹
pla interſerit ꝑuerſoꝝ ſeminaria dogmatũ. q̃
ad p̄ſens indiſcuſſa relinquimus: ne legẽtiũ
aios ꝓlixitate grauemus. Hoc tñ p̄tereun
dũ nõ eſt ꝙ cũ ſupra ſex modos ieiunãdi di
ſtinxerit: in quibus quattuor poſuit licitos: et
illos indifferẽter competere perfectis ⁊ im
ꝑfectis. deinde ſex modos ſubnectit ſoluendi
ieiuniũ. ex q̃bus vnũ imꝑfectis attribuis: q̃t
tuor v̓o reliquos modos ꝑfectis maxie ꝯpe
tere dicit. manifeſte declarat eius ſententie ſe
eſſe. ꝙ viris ꝑfectꝭ magis ꝯpetat ieiunia ſol
uere q̃z ſeruare. In quo ⁊ impietatẽ trãſcen
dit iouiniani heretici: q ſacre ieiunioꝝ obſer
uantie moderatã ciboꝝ ſumptõem auſus nõ
Dicit ergo. Sed libera nos ⁊c̄. quaſi dicat. Da nobis ſpiritum timoris: vt ꝑ ſpiritum timoris vincamus mala. per virtutem paupertatem ſpiritus bona adipiſcamur. quatenus excluſis vicijs: ⁊ contemptis terrenis habeamus eterna. ſcilicet beatitudinem regni celorum. quod lucifer ⁊ primi parentes per vitium inanis glorie amiſerunt.

Amen. Hiero. aut apud hebreos vnū ex tribus ſolet ſubmitti
- Amen
- Salon
- Sela

Significat
- Uere vel fideliter
- Pacem.
- Semper

Nota ꝙ dici ſolet ꝙ Amen q̄nqꝫ tenetur
- Nominaliter. Apoca. iij. Hec dicit amen teſtis fidelis ⁊ verus q̄ eſt principium creature dei
- Aduerbialiter. vt ibi. Amen amen dico vobis.
- Uerbaliter vt hic. Amē. i. omnia predicta fiant nobis ex tua gratia.

Finit Pater noſter.

¶ Reuerendiſſimo in chriſto patri ⁊ domino D. Juliano de Ruuere. Ro. Se. epiſcopo Cardinali Sabinēſi. ſancti Petri ad vincula nuncupato. maiori penitentiario. ordinis minorum meritiſſimo protectori. benefactori ſuo benigniſſimo. Octauianus aduocatus eiuſdem obſeruantiſſimus.

Expertus manſuetudinē ⁊ comitatem animi tui. ac in me charitatem auſus ſum has meas qualeſcunqꝫ lucubrationes tibi dicare. quas annotandis vite curſu ⁊ miraculis Bonauenture iuſſu tuo curioſi⁹ exegi. quas ⁊ ſi ſciam non eo artificio conſtare: nec dicendi ornatu ſplendere: vt dignas lectione tua crediderim: vel ex ea dicatione ornamentum vllū tibi acceſſurum. ſatis tamē materiam pro ſe ſufficere intelligo ad detinendū in ſui lectione oculos atqꝫ animū tuū. qui pro ſingulari religione ac pietate qua beato Bonauenture aſtringeris. nihil libentius agitas aut dictitas: qꝫ quod ad illius ſancti viri celebritatem ⁊ laudem pertineat. in quo locupletiſſimum mihi teſtem meipſum habeo. qui ſecutus dignationem tuā: principes ⁊ populos occidentis ex apl'ica legatione petentem: incredibili quodam affectu ac deſiderio vidi. T. D. teneri viſendi ſepulcri ipſius Bonauenture quo ad lugdunum perueniſſemus. vbi tametſi regni precipui preſules ⁊ ſatrapes etiam regio ſanguine orti: qui te regio imperio ſolēni pompa proſequebanť. inſtātiſſime vrgerent celerius regem adeūdū. ad quod ipſi regijs litteris vrgebanť. non tamen id prius extorquere potuerunt: qꝫ in ſalutando ſancti ſepulcro. ⁊ meritis veneratiōib⁹ in eccleſia vbi quieſcit pie perſoluendis: diem integram cōtriuiſſes. Quis preterea tantum laboris protulit ad conſequendam Bonauenture celebritatem. Quis precipuo ſtudio proprio etiā ere curauit ad principes ⁊ exteras nationes nuncios mitti ad procuranda teſtimonia: atqꝫ inſtrumenta. quibus viri ſanctitas patentius monſtrari poſſet. Quis deniqꝫ ipſi pontifici in hoc per ſe ſatis alioquin concitato: calcaria vigentiora addiderit: vt ſepoſitis etiā aliarum magnarum rerū moliminibus huic operi vacaret vnice. At ſi porro ex hoc munere honeſtari quempiam poſſe ſperaſſem. nemo profecto erat cui magis id me debere intelligam qꝫ amplitudini tue: de me optime merite. a qua tot ornamentis ⁊ cōmendatione ipſe eſſem honeſtatus. Te enim interueniente apud ſummum principem in publico conſiſtorio. publicas cauſas defendere ⁊ perorare licet. Tuo in me ſtudio factum eſt: vt ſumm⁹ princeps voluerit euocatum me ſacro affatu hortari atqꝫ efficaciter mouere: vt te ad deſtinatum munus legationis proficiſcentem ſequerer. meiſqꝫ officijs atqꝫ conſilijs fide proſequerer. Preſtitiſti rurſus vt ex tam multis ⁊ claris preſulibus: qui tuo latere illuſtrabantur. nullus me officiorum claritate ſuperaret. Tu mihi preſtitiſti: vt inter primos fidei ⁊ prudentie ſecretorum tuorū maxime participes exiſtimarer. quem ad res arduas peragēdas ac pertractandas cum illuſtriſſimis principibus idoneum iudicares ⁊ deſtinares. Tu deniqꝫ effeciſti vt nouiſſime ex tot clariſſimis collegis meis: vni mihi liceret rem tanti meriti conſequi. vt in tanto conuentu. quid amplius dicere poſſum: inſignia merita Bonauenture repercenſerem. Ubi abſoluta oratione idem clementiſſimus pontifex me ample laudatos: profeſſus me vberrime ſatiſfeciſſe muneri. apoſtolicam ſedem ⁊ ſuam ſanctitatem nunqꝫ me vnqꝫ meis cōmodis ⁊ honeſtati defuturam: polliceretur. Jure igitur te quo poſſum officio proſequor. a quo tantum in me fauoris ⁊ ornamenti acceſſit: quantum nec vnqꝫ ſperare: aut porro optare fas putaſſem. quod ſi meorum cōmodorum in hoc ratio habenda erat: vt omittam quantum ſplendoris ac nominis amplitudo tua ſit allatura huic mee lucubrationi. quis te promouet operoſius: fauet benignius: ornat amplius: donat largius. Nec tamen notā verebor quod non magis ipſi

pontificē in hoc delegerim. quo nemo religione: vite curſu: ac ſanctimonia: litterarum diſciplina. ⁊ rectiſſimis ſtudijs coniunctior Bonauenture vnq̄ȝ fuit. Expaueſcit namq̄ȝ anim⁹: virum diuinū: etiam ſacro nectare eloquiorum Bonauenture pfuſum his meis ſcriptis detinere. qui ſi tantē honeſtum duxiſſet: idem accepiſſe officium: certe ꝑ ſua ſapientia: ⁊ in te charitate. non iniocundum erit ſue ſanctitati nepotem eius chariſſimū ⁊ familie ſue decus. ea ſe beneficentia in ſui cultores preſtare. coq̄ȝ fauore apud patruū: terrarum deum: illis adeſſe: vt ipſi plane intelligant. quid in te preſtiterint tā grata mente: ⁊ ſua beatitudine ſuſceptum: q̄ȝ ſi id ſibi exibuiſſent. Accipe igitur pater ⁊ domine mi benigniſſime: officium meū qualecunq̄ȝ. ſed ab animo gratiſſimo ⁊ tibi deuotiſſimo profectum. te modo cum ſcripta relegeris meminiſſe velim. ab illo annotata. qui finem patroni cauſarum excedere neſciat. que ſi vt cetera a me in te profecta officia: vt opto: laudaueris. etiam ſi minus placuerint. erit laborum ſolaciū. ſi vero delectauerint: maximi premij loco habendum ducam.

Oratio in vitam ⁊ merita diui Bonauēture. per inſignem iuris vtriuſq̄ȝ doctorē diſertiſſimum Octauianū de Martinis Sueſſanum: ſacri palacij apoſtolici clarum aduocatum conſiſtorialem.

Iuſticia ſuffragiorū B. P. ad q̄ porigenda deſiderabar: herentem me concitauit ad indicti mihi muneris prouinciaȝ remota cunctatione capeſcendam. Neq̄ȝ enim me alioquin fallebat: q̄ȝ arduum: q̄ȝ ve anceps munus obirem: poſtulare ex merito. Sanctum Ro. ſe. decreto referri in ordinē ſiue catalogū celeſtium: qui cū chriſto regnāt auctorum. Idq̄ȝ in hoc tremendo auditorio. ſub aſpectu ſacri reuerendiſſimorum patrū ſenatus: ac ſapientum prelatorum: ⁊ virorū. quibus tua ſanctitas celeſti ſuper dono: i ſua maieſtate ſapiētiſſime preſidet. vbi n̄ ego modo qui i actōne cauſarum forenſiū: noſtri ſeculi ſtilo verſor. verum ⁊ alium quamlibet exercitatum: ac deniq̄ȝ conſummatum oratorem expauere quidem poſſe credendum ſit. Nā ꝑ immortalem deum quis tam ſapiens aut diſertus quicq̄ȝ a deo elimatum: aut ſtudioſa lugubratione excogitatum: hic proferat: quo maieſtatem loci dicendo: vel mediocriter equare poſſit. Quid porro tanto ſtudio ad inuentum: quod preuiſum ac tritum nō fuerit apud tante ſapientie patres. ac te ante alios ſanctiſſime princeps. qui cum ex multis iam annis diuinarum atq̄ȝ humanarum rerum. ac omnis deniq̄ȝ philoſophie ſcientiaȝ pleniſſime edidiceris. velut ſplendidiſſimuȝ ſidus in firmamento. in dei eccleſia ceteros illuſtrati. Que quidem reuoluenti non leueȝ animo tremorem incuſſiſſe poterāt. atq̄ȝ ab hac actione qua nulla illuſtrior penitus dehortari: niſi iuſticia meritorum: vt premiſeram: beati Bonauenture pro quo intercedimus: animum erexiſſet. atq̄ȝ confirmaſſet. Accedebat preterea q̄ princeps nō propheanus pro religioſo: aut indoctus pro litterato rogandus erat. ſed tu profecto pater beatiſſime: qui diuinis obſequijs in beati Franciſci religione: ex matris vtero celitus deſtinatus in eadem omnipotenti deo religioſiſſime ſeruiuiſti. ac demum ad eius principatum ſingularibus tuis meritis vectus: illam ſapienter ac ſalubriter gubernaſti: auxiſti atq̄ȝ ampliaſti. qui ve cum diuinorum myſterioꝝ ſcietiā per traditōnes patrū fueris nactus. Tuȝ vero ex opibus eiuſdē diui Bonauenture que diuino ſpirante numine edidit: conditoris intelligentiam certiſſime comparaſti. Ita te namq̄ȝ par erat qui conditoris vices geſturus in terris. in illius mandatis commiſſum gregem oporteret erudire. neq̄ȝ enim illius cauſe quis vices gerit: quem non penitus

novit. neqꝫ illius porro mandata recte ali-
os edocet: que non prius luculenter edidicit
Quare cum pro diuine ſapiētie patre: ordi
nis minorum generali miniſtro epiſcopo car
dinali Albanen. intereeſſurus eſſem apud te
beatiſſime pater. qui iiſdem meritis clarus:
iiſdem ve officijs glorioſe perſunctus eras.
⁊ proinde ad hoc opus tibi in hos vſqꝫ dies
diuinitus ſeruatū electus. nequaqꝫ mihi ve-
rendum fuit: ne per inſufficientiam tibi ne-
gligēter. qui [illegible] meritis fidelium paſtor
imbecillitati [illegible] clementiſſime compati
didici[illegible]. [illegible]qꝫ ego qui horrore quodā non
ſine titubatione occeperam. perſpecto tamē
qꝫ benigno vultu ac clementi nutu audientiā
indulgeas. erectus in ſpem meliorem. fiden-
tior proſequor: tuiqꝫ ſacri affectus oraculo
meis auribus illud propheticū inſonare vi-
detur. Dilata os tuum ⁊ ego implebo illud.
Et rurſus: Dabo tibi ſermonem bene ſo-
nantem in os tuum: vt cōplaceas in ore prin
cipis. ac piū obſecro pari clementia velis
fauere: dū diuino numinine adiutus: ac tuo
benigno fauore firmatus: proferam que ad
ipſius creditoris Bonauēture: ac huius ſan
cte ſedis laudem perpetuam cedere poſſint.
Exoratus a tua ſanctitate: P. B. diui Bo
nauenture canonizatōnem ingens mihi ſtu-
diū fuit: ſacrarū lrārū codices diligenti⁹ euol
uere: ad dignoſcendum quenam rei: de qua
agimus conuenirent. Quibus quidem cu-
rioſius perſpectis. quantum colligere potui.
duo potiſſimum inſpicienda. ac merito inqui
renda fuiſſe intelligo. vitam ſcilicet ⁊ mira-
cula. que ſi recitando monſtrauerim. in hoc
viro eſſe comperta qualia ad canonizatōnes
ſufficiant: tua ſanctitas: cuius arbitrio id ſu-
bijcitur: benigne dignabitur votis ſupplicā-
tium reſpondere. Et quoniam vite initium.
quod ex religione ſuſcipio: miraculoſum exi
ſtit. nemo mihi vicio vertet: ſi vitam ante mi
racula relaturus: alterū cū altero recēſendo
permiſceam. Nec rurſus mirabitur: ꝙ queꝫ
admodum pleriqꝫ. cuiuſpiam memoriam
commendaturi. non ego primordijs natalibꝫ
ac puericie diui Bonauenture inſiſtam. aut
eo altius a parentū dignitate exordiar. Pro
hibent namqꝫ crebra ⁊ clariora viri facino-
ra. ab illo in ſtatu perfectiori agitata. Nec
tamen obmittam ꝙ Bonauentura natione
tuſcus. patria balneo regius Johāne fidātia
⁊ Ritella fidelibus coniugibus ortus: ba-
ptiſmatis vnda reſperſus. que ex Johanne
medicine magiſtro: ⁊ felice Anthonij: qui ⁊
ipſi ab illis maioribus originem trahūt atqꝫ
alijs teſtibus balneoregijs probe comperta
ſunt. Ceterum pretermiſſa longiore ſe-
rie premiſſorum: vita inde exordium capi
⁊ vbi relicto mortalitatis ſtatu: mundo mo-
ritur: ac omnipotenti deo: meritis beatiſſimi
Franciſci victimam ſe perpetuam dedicauit
Glorioſus deus in ſanctis ſuis. quos ſibi ab
eterno predeſtinauit erectos. ⁊ ſecundum ne-
ceſſitatem temporis. ad ſalutem humani ge-
neris producit in lucem. cum beatum Bo-
nauenturam vas electionis ſibi delegiſſet. ac
ſuis obſequijs in religione ſancti Franciſci
deſtinaſſet. quo tamen illius cōuerſio: poſſet
aliquando a deo diſponente profecta intelli-
gi. ⁊ in illo ſue maieſtatis gloria reuelari: eun
dem in extrema valitudine periclitari per-
miſit. Cuius ſaluti anxia ſollicitudine timens
chariſſima parens. vbi phyſicorum quos
adhibuit diligentiam fruſtra experta eſt: ⁊
medelarum vires ad illum leuādum minus
valere comperit. ſolius dei opem quem ſan
cta timebat. ⁊ cui caſtos pueri mores: quos
probe vt mater nouerat: intelligebat accep-
tos. humiliter in ſalutem pueri inuocauit. ac
ſancti Franciſci ſuffragia reuerenter implo-
rans: illum ſi ſanum recuperaret: ipſius reli-
gioni perpetuo deuouit. Exaudita eſt pro di
uina clementia ⁊ ſua reuerentia. ⁊ ſanitate re
cuperata integer puer euaſit. non ſine admi-
ratione phyſicorum. preſertim qui cum ſta-
tū corporis probe in illo deprehenderant: vt
humana ope egrum leuari poſſe penitus de
ſperaſſent. Idem iam adoleſcens. ac por

ro etate prouecta cum religioni maturum ſe ⁊ illi ex parentis voto debitum intelligeret. memorqʒ diuini mādati per Dauid prophetam humano generi prolati. Vouete ⁊ reddite domino deo veſtro. Anno ſue etatis circiter ſecundo ⁊ viceſimo. habitū religionis ſancti Franciſci deuotiſſime ſuſcepit. inqʒ profeſſionis emiſſione beneficium illius his verbis aperte teſtatus eſt. Voto enim pro me lāguente grauiſſime: ad beatum Franciſcum emiſſo a matre: cum adhuc eſſem puerulus: ab ipſis iam mortis faucibus erutus. ⁊ in robur vite incolumis reſtitutus. quod cum viua memoria teneam: vera nunc confeſſione profiteor: ne tantum beneficium retiens; ſceleris arguar vt ingratus. orationemqʒ ad illum pijſſime his effundens. Accipe igitur P. beate quaſcumqʒ exiles meritisqʒ tuis ac beneficijs impares gratiarum actiones. ⁊ cū ſuſceperis vota. culpas noſtras recordando excuſa. vt a malis preſentibus eruas. ⁊ ad bona ſempiterna perducas. Igitur vir ſanctus in eadem vocatione progrediens. cum omnis ipſius vita in dei certa cognitione ac contemplatione verſaretur. ad quam aſſequedam. per ſacrarum ſcripturarum aſſiduam perlectionem; orationes ac contemplationes: intenderet. docente illum Alexandro de ales. ſacre pagine magiſtro: tantam doctrinarum perfectionem bene adeptus eſt: vt a ſeptimo ſui ingreſſus anno. conſono magiſtrorum ordinis iudicio: delectus. librum ſententiarum in pariſienſi vniuerſitate clariſſime legerit. ⁊ cathedram magiſtralem receperit. admirabilis proinde cunctis qꝫ tam paruo ſpacio eam ſufficiētiam valuerit comparare. Sed admirentur ſane. qui res hūanas ex naturali tantum curſu: non autem ex diuina potentia metiuntur. que duos diſcipulos litterarum prorſus ignaros: emaus oppidū contendentes breui itineris ſpacio comitata: diuinorum. ſcientiam pleniſſime docuit. Idē diuus. dona ſancti ſpiritus pro ſuis aſſiduis meritis conſecutus: magna indies doctrine accrementa accipiebat: que magis diuinitus inſpirata: qꝫ humanitus acquiſita videantur. Cumqʒ per tres annos ſequentes cathedram magiſtralem rexiſſet. Anno ſue etatis ſecundo ⁊ triceſimo. inter primos religione ⁊ doctrina in ordine habebatur. Namqʒ illi tanqꝫ infinitus theſaurus ſcientia erat. quo qui vſi ſunt participes facti ſunt amicicie dei Et quod notabilius ⁊ admirabilius erat: i illo; quo magis ſcientia ⁊ auctoritate emerſerat. eo magis humilitate mente deprimebatur. Nec ut pleriqʒ litterati [illegible] iſta ti vilia miniſteria domeſtica [illegible]ebat. ſed qui vix nec niſi per obedientiam: egre tamē ab illorum executione coercebatur. reputantibus prelatis indignum: ſi a talibus non vi egregius ſequeſtraretur. in quo ſancti ſpiritꝰ gratia habitare perſpicue cernebat. Nec tamen vir ſanctus: vlla charitatis officia ob litterarias actiones pretermittebat. ſed in omnes fratres oculos intendens: ſi quem forte triſtem: aut profeſſionis penitentem intelligeret: tanta dulcitudine in ſermonem conueniebat; conſolabatur: monebat: ac cōfirmabat: vt nullus ab eo diſcederet: quin libens ceptū religionis iter proſequeretur. Infirmorū preterea cura ſupra qꝫ credibile ſit delectabatur. quo vt grauioribus aut contagioſis morbis grauarentur: eo magis ſe totum illorum obſequio applicabat. Quibus officijs: cum maiorem diei partem abſumeret: non eo minor erat in publicis lectionibus ⁊ interpretationibus ſcripturarum: que tanta claritate audientibus intelligenda reddebat: ut ipſe auctor illorum merito videri poſſet. In capitulis vero: aut prouincialibus: aut generalibus: tanta ſapientia ipſius reſponſa dabant. vt iam generalis miniſter: perſpecta magnitudine conſiliorum illius: nil omnino graue exequendum putaret in quo ſancti viri iudicium non antea exploraſſet. Quibus donis ⁊ gratijs illuſtratꝰ: cū iā i religiōe eſſet omni merito clarus. ⁊ defuncto generali miniſtro ⁊ tredecimo ipſius ingreſſus anno: ex tam

talibus erant generalibus: tanta ſapientia ipſius responſa dabant: vt iam generalis miniſter proſpecta magnitudine conſiliorum illius: nil omnino grauius exequendum putaret in quo ſancti viri iudicium non antea exploraſſet. Quibus donis et gratijs [illegible] iam in religione eſſet [illegible] generali miniſtro [illegible] ipſius ingreſſus anno: ex tam multis ſanctis viris quibus religio in ſua nouitate florebat: vnus omnium ſine contradictione extitit ſubrogatus. Hic vir ſanctus: accingens ſe [illegible] actionibus: cum iam religioſi cepiſſent a fundatoris diſciplina paulisper declinare: vbi monendo: inſtando: caſtigando: ac operoſius laborando: ad meliorem vite frugem reduxiſſet. In capitulo generali: quod primum narbone tenuit. regulam beati Franciſci reformauit atque expoſuit. [illegible] in prouincias et cuſtodias [illegible] aduxit. vbi ſtrenue decertans aduerſus venenoſas oppugnationes temeratorum et obtrectatorum: qui in religionem mendicantium: ac ſanctum virum impudentius ora ſoluerant. atque artificioſis calumnijs deſitebantur. ſola iuſticia atque innocentia tutus: permanſit inuictus: tanquam qui integer vite ſceleriſque purus: non eget mauri iaculis: nec arcu: nec venenatis grauida ſagittis fuſce pharetra. Expertus fructus ſanctorum monitorum magni Baſilij diuini interpretis Homerici carminis: vbi vlixem pro meritis ad celum tollit: aſſerens poetam clara voce teſtatum. O homines ſit vobis cura virtutis. que cum naufrago enatat: et eiectum in littore venerabiliorem oſtendit. Vbi etiam libellum contra minores pernicioſiſſimum: a magiſtro Giraldo de abbatis villa: vt putant pro apologiam editum. non minus eloquenter quam ſubtiliter confutauit. Qui etiam Giraldus non longe poſt iuſto dei damnatus iudicio: meritas ſui ſceleris penas dedit. paralyticus ac miſeranda lepra reſperſus: quibus erumnis vitam finiuit. Congregato vero capitulo generali piſioreo auctore inſtitutum. vt gloria tibi domine qui natus es de virgine. vſque ad Epiphaniam continuaretur. eodem modo quo infra octauam natiuitatis dominice cantatur. et alie rubrice in breuiario reformate. et alie addite. Idem etiam piiſſimus cultor glorioſe virginis matris [illegible] ſentur ad ſalutandum eandem: ſigno [illegible] pane quod poſt completorium datur. quod creditum ſit eandem ea hora ab angelo ſalutatam. Tunc tranſlatum fuit venerabile corpus beati Anthonij ad pregrandem eccleſiam paduanam. cuius lingua ſecundo et triceſimo ſui obitus anno: recens et rubicunda reperta eſt. quam vir ſanctus in manibus deuote recipiens. ac largioribus lachrymarum imbribus perfundens. talibus reuerenter affatus eſt. O lingua benedicta: que deum ſemper benedixiſti: et alios benedicere docuiſti. nunc [illegible] apud deum. Cui oſcula deuote figens: illam honeſte collocari curauit. Cuius etiam fama permotus pontifex tunc Clemens. iiij. vt illum in partem ſollicitudinis traheret. opulenti Eboracen. eccleſie prefecit. nec tamen eſſe quiuit: vt vir ſanctus eam promotionem acceptaret. qui propoſiti conſtans: in religione maluit permanere: vbi diuitias et dignitates ſibi procuraret in celis. Cuius conſtantiam pontifex admiratus ad illum: ſta inquit in teſtamento tuo. et in illo colloquere. et in opere mandatorum tuorum veteraſce. Nunc vero ſe offert: numeroſior cumulus diuinorum ſcriptorum ipſius. cum pariſius legiſſet primum librum Geneſis nobile opus quod de ſeptem viſionibus Bonauenture intitulatur editum eſt. In libros ſententiarum celebria commentaria edidit ſecundum et quartum preſertim. quos etiam metrice extitit proſecutus. Et incipiunt. O fons ſplendoris: vas dulcioris et amoris. Quibus ob ſublime ingenium auctoris ibi inſperſum: ſententie ſententiarum Bonauenture titulus inditus eſt. Super euangelijs compendioſe et vti-

liter ſcripſit. Cruce preſertim cancellarij pie
matris ieſu. quam pectori impreſſam aſſidua
meditatione ſemper. extitit veneratus. Rur
ſus contemplatione ſancti Ludouici regis
francie: officiū de cruce deuotiſſimū edidit:
quod ab eccleſia nullo immutato receptū: in
ea ſolennitate vbiqꝫ legitur. Compoſuit ⁊ ſo
lemne officium in honorem beati Franciſci.
⁊ de ipſius vita hiſtoriam ſerioſo tractatu
primum: ⁊ ſecundo reductoric annotauit.
Compoſuit ⁊ libellum de ſex alis ſeraphin.
In mōte Aluerne duo nobilia opuſcula edi
dit: pijſſimas contemplationes flagrantia.
quorum alterum itinerarium mentis in deuꝫ
⁊ alterum in ſcipſum appellata ſunt. Cōpo
ſuit ⁊ libellum approbatoriū religionis men
dicantiū. quod defenſorium appellant. Com
poſuit ⁊ libellum de vita chriſti. ſiue medita
tionum paſſionum ipſius: quem arborem
crucis nominant. Compoſuit ⁊ breuiloquia.
Item ⁊ ſermones dominicales ſuper euan
gelijs ⁊ epiſtolis per totum anni circulum.
Item compendium veritatis ſacre ſcripture.
Item libellum ordinationis ſiue inſtitutionis
nouiciorum. Item ⁊ libellū de ſtimulo amo
ris. Item ⁊ libellum quem appellant phare
tram in auctoritatibus principalibus docto
rum approbatorum. quem per alphabetum
extitit proſecut⁹. Et alia plura opuſcula vſqꝫ
triecenarium numerum: que in partibus gal
liarum frequentius habentur in manibus.
Et cum beati Franciſci religio: quam annis
octo ⁊ decem ſctō regimine gubernauit ipſi
us monitis ⁊ exemplis: in ſolidiori ſanctita
tis ſtatu firmata eſſet: ⁊ viri claritas ob vite
ſanctitatem: doctrine eminentiam atqꝫ ope
rum diuinitatem: vbiqꝫ eluceſſeret. Tum for
te romana ſedes plurimum laborabat diffi
cultatibus: que in ꝯcilio qđ lugduni ꝯgrega
batur inextricabiles emerſerant. Greg⁹ tūc
papa. xi. ⁊ reliqu⁹ ſacer ſenatus: illecti ſtudio
viri: quem leuandis dictis difficultatibus: ac
vniuerſalis eccl̄ie regimini itelligebāt p̄limū
preſtiturum: atqꝫ ob meritū alioquin ſuble
uandum in cardinalem: quamuis reluctantē
promouerunt. ⁊ qđ rarum ex ipſo initio ob
viri excellentiam epm̄ Albaneñ. Moxqꝫ p
tractandis arduis rebus ꝯcilij. vnus omniū
delectus eſt. e deputatis qui illi aſſiſterēt. Ro
thomagenſe: ⁊ Tripolitano claris epiſcopis
illius temporis. qui ⁊ ipſi de religione ſancti
Franciſci ad epiſcopatum ob meritum vo
cati fuerant. In quo concilio de multis illius
ſapientia ſancte conſultum atqꝫ decretum. ⁊
grecorum cōpoſite hereſes. [illegible] preſente
paleogolo eorum imperatore [illegible] lugdu
num venerant libere ad rom[illegible] ſedis obe
dientiam redierunt. Ad quorum reductio
nem miſſi fuerant frater Hieronymus de e
ſculo. ⁊ frater bona gratia dalmata. ordinis
minorum religioſi eximij meriti. Quibus cō
ſiſteriis reuerſis: letus idem Gregorius: fra
tres ac prelatos qui in concilio aderant: in
lugduneñ. eccleſia conuocauit. vbi vir ſanct⁹
preclaram habuit orationem: propoſito the
mate quod legitur Baruch. v. Exurge hie
ruſalem: ⁊ circumſpice ad orientem. ⁊ vide
collectos filios tuos ab oriente vſqꝫ ad occi
dentem. Succeſſiue in ea vocatione: par
ſanctitate: ⁊ operum ſeuctu perſeuerantis: cuꝫ
in dei eccleſia diutius laboraſſet: ita vt cum
apoſtolo iure dicere poſſet. bonum certamē
certaui: curſum conſummaui. fidem ſeruaui.
Anno ſalutis. M. cc. lxxiiij. ⁊ ſue etatis ter
cio ⁊ quinquageſimo: hora matutina diei do
minici. que menſis Iulij erat tercia ⁊ decima:
ex humanis ſublatus eſt: ⁊ ſanctis patribus:
vt credere debemus: eternum victurus red
ditus. Qua die ipſius venerabile corpus
ſepulcro reconditur in eccleſia ſancti Franci
ſci lugduneñ. cum multis lachrymis ⁊ ꝯſter
natione fratrum lamentantium ſe tāti viri ſo
cietate deſtitui. qui parem ſibi in dei eccleſia
relinquere non videbatur. Gregorio. pon
tifice permaxime eum reputante: qui ibideꝫ
publice teſtatus eſt: eccleſiam dei illius mor

te magnam incurriſſe iacturā. In cuius exe-
quijs primam miſſam celebrauit frater Pe-
trus Tarantaſien. epiſcopus: cardinalis Ho-
ſtien. ⁊ ſermonem habuit propoſito themate
Doleo ſup te mi frater Ionatha: Ubi inter
ceteras commemorationes gratiarum ⁊ do-
norum: que illi deus dedit. etiam fuit ꝙ qui-
cunqꝫ eum videbat: ſtatim ipſius amore ca-
piebatur: eiuſqꝫ monita libenter recipiebat.
greci preſertim: quibus reducendis ipſius di-
uina eloquia ⁊ conſilia plurimum contule-
runt. Benignus: affabilis: omnib9 gra-
tus: ⁊ nulli vnquam ſcandalo: pius: prudens:
humilis: preditus: ſobrius: caſtus: atqꝫ quie-
tus. quarum virtutum actiones ⁊ officia ſem-
per ſtrenue exitu executus. Quod ⁊ ſi nul-
lo alio probante doceremur: ſatis ex diui-
nis ſuis ſcriptis liquido patet. quibus tam in-
tenſo affectu: ſingula premiſſa proſequitur: vt
niſi per aſſumptum de illis habitum a deo ar-
denter illis inſiſtere non valuiſſet. Tum vero
ꝙ Alexandri de ales preceptoris ipſius teſti-
monio mundus ab omni vicio probatus eſt
qui eius vita ⁊ moribus probe comperſis:
de eo dicere ſolebat. Verus iſraelita eſt iſte.
in quo Adam non peccaſſe videtur. Cuius
doctoris auctoritatem tanti apud eccleſiam
valuiſſe cōſtat: vt de illius dictis aut ſcriptis:
nephas putauerint dubitare. Conſumma-
tumqꝫ omnes teſtati ſunt diuinum oraculū:
per beatum Franciſcum: de illo editū: futu-
rum eum magnum virum in eccleſia dei: re-
ligionemqꝫ ſuam: magna per illum ſanctita-
tis incrementa recepturam. Iam intelli-
gis P. beatiſſime: quod ⁊ per te planius in-
telligebas: quis qualiſve fuerit Bonauen-
tura: de quo agimus. cuius vita ⁊ exemplis et
beati Franciſci religio illuſtrata. ⁊ doctrina
omnis terra repleta eſt. Nunc quid ſecū-
do loco aggredimur pari patientia audire
digneris. dum refero que memoranda om-
nipotens deus in illo. ⁊ ipſius virtute in ali-
os modo ſtrare dignatus eſt. A re miranda
exordior. Bonauentura adhuc in mino-
ribus agens: demiſſe mentis humilitate po-
tius ꝙ̄ ex iniuſticia. pluribus diebus abſti-
nuerat a perceptiōe ſacratiſſimi corporis chriſti
veritus ne ſi illud indignus ſumeret. iudiciū
ſibi manducaret ⁊ biberet. Cumqꝫ die qua-
dam in miſſa deuotus adeſſet: deus reſpiciēs
ad illius humilitatem: particulam conſecrate
hoſtie de manu celebrantis per angelum ac-
ceptam illius ori clementer immiſit. Reſpexit
enim ad humilitatem ſerui ſui: propter quē
beatus omnibus gentibus ꝑdicat. Rur-
ſus cum intenſo affectu ſtuderet. contemplan-
do ⁊ annotando vitam beati Franciſci. glo-
rioſus ſanctus Thomas de aquino: qui ea-
dem tempeſtate meritis claruit. ⁊ Bonauen-
ture magna charitate coniunctus fuit. acce-
dens ad illius cubiculum: per foramen ho-
ſtij illum introſpexit in contemplatiōe raptū:
⁊ a terra mirifice ſubleuatum. Tum retroce-
dens. ad ſuos ſinamus inquit ſanctum qui la-
borat pro ſancto. Simona lugdunen. bea-
tum Bonauenturam viuentem ſumma de-
uotione proſequabatur. que ſicut domino
placuit: mortuum peperit. Ad quam euoca-
tus vir ſanctus: expoſito cadauere ante illius
pedes: ⁊ mater que in lecto coram ingemiſce-
bat. ⁊ relique mulieres que aderāt: ſancti vi-
ri opem: in ſalutem mortui deprecate ſunt.
Tum vir ſanctus commiſeratus: manibus
atqꝫ oculis erectis in celum: deuotiſſime ora-
uit. Mox ſigno crucis ſuper puerum facto:
viuentem reddidit matri. Trinū ac frequēs
apud lugdunen. caſtrum villanum. ac totā
prouinciam: quod mulieres vtero laboran-
tes inuocatus exaudit: ⁊ de periculo exi-
mit. Iohanna lugdunen. octo dies con-
tinuos vtero diſtenta. atqꝫ aſſiduo enixu par-
turiendi cruciata. deſperauerat de ſalute: mo-
nita a mulieribus: que laboranti aderant: ſe
ſancti precibus ⁊ ſuffragijs cōmendauit cer-

um votum pro ſalute recuperando faciens:
⁊ ſtatim incolumis incolumē peperit. Pe
trus filius Jo. ainſe capi dextera tibia
notabiliter claudus. ita vt quattuor menſibꝰ
ſine baculo nec ambulare nec in veſtigijs
conſiſtere poſſet. precibus voto ⁊ orationi-
bus in ſepulcro ipſius factis. ibidem nouen-
nam facere cepit. ⁊ in fine ſex dierum filius
melius habere cepit: ⁊ infra nouem dies ſa-
lutem omnimodam recuperauit. Eadem in
uocatione ſimili egritudine liberatus filius
Franciſci maſſodi notarij lugdunē. No
bilis miles dominus lecorum de vincellis ⁊
de gromellis: peſtilenti febre attritus ⁊ exina
nitus erat. quem loquela: ſenſu: ⁊ motu deſti
tutū: extra ſalutis ſpē denunciauerat. Mar
cus de ferrarijs nobilis phyſicus papyen-
ſis qui in illo omnia mortalitatis ſigna pro-
be compererat. Ceterum religioſus quiſpiam
aderat frater Matulinus biblicus conuen-
tus ſancti Franciſci lugdunē. qui comme-
morare cepit: que mira omnipotens deus
per inuocationem dicti ſancti operaretur.
Et propterea illius opem in ſalutem morien
tis poſcendam perſuaſit. Tum votiua inuo-
catione per cognatos ⁊ dictum religioſum:
⁊ certo voto pro illius ſalute ad beatū Bo-
nauenturam facto: qui moriturus videbatur
ſtatim ſentire: mouere: loqui: ⁊ melius ha-
bere cepit. ⁊ breui ſalutem omnimodam re-
cuperauit. Simili inuocatione de grauiſ-
ſimis febribus liberati frater Johānes Be
nedicti ordinis ſancti Franciſci ſacre pagine
magiſter: Ludouica vxor Petri [illegible]
Gaſparda filia nobilis viri Petri [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Francisca [illegible]
nicam in collo patiebatur, cuius igni [illegible]

ſim in reliquam corporis partem ſe propa-
bat: ⁊ teneras puelle carnes miſere vrebat
atqꝫ vorabat. ſuper quam dolens Gilber-
tus Alerij infelix pater: ad venerabile ſepul
chrum Bonauenture ſe contulit: illiuſqꝫ opē
⁊ ſuffragia in ſalutem filie deuotiſſime in-
uocauit. ac certū votum in hoc fecit. Mox
domum reuerſus: extincto igne: ſanam ⁊ li-
beram miraculoſe inuenit. Stephaneta
relicta Johannes Michaelis caſu trabis
oculum percuſſa: graues dolores incurrit.
⁊ in periculum perdendi oc[illegible]um deducta
fuit. Commendauit ſe be[illegible]
re: adqꝫ illius ſepulcrum [illegible]
lam cum cerea imagine oculorū miſit. Qua
reuerſa: doloribus liberata eſt. ⁊ breui inte-
gram oculorum ſoſpitatem recuperauit. In
qua ⁊ illud notabile eſt. quod cum lugdunum
peruenisſet religioſus quiſpiam predicator: vbi
dei inditiſſetqꝫ populo qꝫ quicūqꝫ ſciret ali-
quid de miraculis beati Bonauenture: qđ
ſibi reuelare deberet. eadem Stephaneta
que in ſuorum oculorum ſalutem: etiam in-
uocauerat auxilia glorioſe virginis marie:
perplexa cuius beneficio ſoſpitatem oculorū
conſecuta fuerat. aliquādiu detractauit ꝗc-
qꝫ predicatori referre. Tum in grauiorem
oculorum egritudinem incidit. mittenſqꝫ eti
am filiam denuo vt antea fecerat ad idem
ſepulcrum. ⁊ facta oratione ⁊ voto: miracu-
loſe extitit liberata. Tum ſuum reatum agno
ſcens: ad eundē p̄dicatorē acceſſit: ⁊ rem ſe-
riem omnimodā reuelauit. Simili inuo-
catione de doloribus ⁊ periculo oculorum li-
berati fuerunt [illegible]
[illegible] Claudia de [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] pater [illegible]

ſum beato Bonauenture. et ſtatim q̄ſi ceci-
derat: ſentire: loqui: et melius habere cepit.
Tunc imponentes eum lectice: pater mater
et Petrus alter filius detulerunt eūdem ad
ſancti ſepulcrum. quem ibidem ſiſtentes: fle-
xis genibus inuocauerunt beatum Bona-
uenturam. et factis certis orationibus ac vo-
to: ſanum et liberum reduxerunt domum.
Eadem inuocatione de ſimili egritudine
liberati Franciſchus dauegnier. alias rauil
lon. Guillermus de bleiena textor. Chathe
rina de baulin. Johanna relicta petri roli-
ni. Margar[illegible] relicta Jo. de vaulx aurige.
Il[illegible] aurelianeñ. a potenti magne
britanie ſiue anglie rege captiuus detineba-
tur. vbi veterem quartanam paſſus inten-
ſos capitis et renum dolores incurrit deſtitu
tus omni auxilio opem beati Bonauenture
deuotiſſime inuocauit: in illius ſuffragijs
deuotiſſime ſperans. Et ſtatim miraculoſe
doloribus et egritudinibus liberatus in gal-
lias infra annum extitit reſtitutus. Mox lug
dunum petens: viſitauit venerabile ſancti
ſepulcrum. et oblationibus factis gratias
deo et ſancto pro acceptis beneficijs egit: et
que per illius inuocationem fuerat conſecu-
tus religioſis dicti conuentus manifeſtauit.
Laqueda vxor Nicolai Colinecti lug-
dunenſis. horrenda lepra reſperſa atq; in ſe-
cta ſuis vitabilis iam diutius detractare nō
poterat quin relicto lare cognatis et vrbe mi-
ſerabili conſortio leproſorum ſe redderet.
Que cum ſemper nomen beati Bonauen-
ture deuote coluiſſet. ad illius ſepulcra pro-
cubuit intenſius precata vt miſereretur ſor-
tis ſue deuote: et oblatione ac voto factis
mederi atq; a lepra liberari obtinuit. Mi
chael de Chel. alias de gennco. in cuius la-
tus dextrum equus vehementi ictu validū
calcem detorſerat atq; impegerat. ita vt dua
bus coſtis pene attritis: cum magno anhe-
litus impedimento: tres menſes languidus
iacuit. varijſq; fomentis delinimentis ac ca-
taplaſmatibus fruſtra adhibitis. deſperata
ſalute commendauit ſe beato Bonauentu-
re: et certo voto in illius honorem facto de
periculo exemptus et ſaluti extitit reſtitutus.
Simili inuocatione liberatus eſt etiam
de dolore coſtarum. Johannes michaelis
de cheual ſeruiens curie lugduneñ. et eadē
Margarita Jo. petit que de celſiori edium
parte delapſa ceciderat. Jo. garboti
regius ſecretarius vxorem perpetuo languo
re tabidam ſiue hydropicam nullo medico
iuuamine curare poterat. acceſſit ad venera
bile ſancti ſepulcrum ſalutem coniugis: imo
communem illi reuerenter cōmendans. et fa
cto certo voto in honorem ſancti: ſanam et
liberam domum reuerſus extitit cōſecutus.
Jo. duſolier mareſcallus lugdunenſis.
putri ac marcida tibia quattuor menſes lan-
guidus iacuit. Cumq; cruciabiles dolores
diutius perpeti non valeret: in ſola tibie am
putatione ſpem coniecerat. Nocte forte
per quietem monitus commendauit ſe bea-
to Bonauenture: atq; vxorem cum cerea
imagine tibie ad illius ſepulcrum deuotiſſi-
me miſit. Qua reuerſa doloribus penitus
exemptus eſt: et ſalutem omnimodam bre
ui recuperauit. Petrus moyer ligne
um molendinum habebat in flumine roda
no: qui affluenti aquarum colluuione elatus
et auctus: molendinum ipſum valida alioqn
catena retentū violentior rapuit et in ſe et vo
rauit. Quo conſpecto idem petrus q̄ ſemꝑ
coluerat beatum Bonauenturam ad illius
ſepulcra confugit. ac procumbens reuerenter
precatus eſt vt a ſui deuoto calamitoſam iactu
ram auerteret. Mox egreſſus: inconcuſſum
molendinum ad alteram rodani ripam in li
tore eiectum: et miraculoſe reſtitutum con
ſperit et recuperauit. Stephaneta ma
ter predicti Franciſci dauegnier: alias de ro
uellon ide ſquilincia in extremis laborabat
Que allatū dñicum corpus: nec agnoſcere
nec recipe potuit. Ad egerrime ferēs Frā
ciſc⁹ fili⁹: q̄ probe matrem magna deuotio
ne beatū Bonauenturā ſēp coluiſſe. ad illi⁹

venerabile ſepulchꝛū ɔfugit. deuotiſſime ꝓ-
catus ne ſuſtineret ſui deuotā ſine ſalutis via
tico vita decedere. Domū reuerſus fideliſſi
me ſperas in btō Bonauētura: corpꝰ dñicū
iterū afferri curauit. Quod ſtati agnitū mſr re-
uerenter recepit. Venerabilis religioſus
pr̄ Bñdictꝰ de lutino ordinis. ſ. Antonij vi-
enneñ. ꝓcurator domus. ſ. Antonij lugd. cē
ſuales libros domus amiſerat. quos multa
adhibita diligentia repire non valuit cū ma
gno ſcādalo ⁊ detrimēto domꝰ. acceſſit ad ve
nerabile ſepulcrū btī Bonauēture: ⁊ ibidē
accenſis candelis ɔmēdauit ſe eidē. ⁊ domū
reuerſus libros meruit inuenire. Pari i-
uocatiōe richardus ridani mercator amiſſa
iuſtā ꝓbatoria ⁊ alias res apothece valuit
inuenire. Iudem ⁊ fr Petrus fabri res ad
ſui vſū deputatas amiſſas. Margarita
gruelle vxor hugonis Franciſci burgūdi cal
zetarij hītatoris lugdun. intenſo podagre do
lore cruciabatur. Que cū probe noſcet me-
dicam artē ī h' parꝝ valere: ɔfugit ad iuoca-
tionē ſuffragioꝝ btī Bonauēture: ⁊ gūcu-
lāqꝫ filiā: cū cerea pedis imagine: ad illius ſe
pulcra reuerenter miſit: ⁊ ſtatī podagra ex-
titit liberata. nec illa vnqꝫ decetero grauata
fuit. Eadē inuocatione liberata Catheri-
na vxor Jo. textoris de hiſpania. Et filiꝰ ma
giſtri Frāciſci maſſedi notarii. Margari
ta vxor bñdicti garrini. filiū habuit ī inguini
bus ruptū ac vlceribus miſere putreſcētem.
Qui medica manu ſectus: in deteriorē ſtatū
ac certū mortis piculū deductus fuit. Qd in
gemiſcens mſr que ſpālius btm̄ Bonauētu
rā venerabat. ad illius ſepulcrū reuerenter
ɔfugit. ibidēqꝫ deuotiſſime ꝓcata ē vt ſue or
bitatis miſereret: nouē nāqꝫ in illius honorē
facere cepit: ⁊ octaua die ſanū ⁊ liberꝝ ɔſeq.
meruit. Petrus morgā doliū vino plenū
in cellariū inferēs: illius oneri ipar pſſus ſuc
cubuit. ⁊ ī illo ſup eū incūbēte quaſſatus fuit
ac pene ɔtritus. ɔmendauit ſe btō Bonauē
ture: ⁊ ſalutē ɔſequi meruit. Sili inuoca
tione liberata illius cognata: que caſu ſpatu-
lam ⁊ brachiū enormiter leſerat. Sūt pre
terea ⁊ alij innumeri: qui meritis eiuſdē ſcī
de varijs doloribus: egritudinibus: ac picul'
miraculoſe liberari meruerunt: quoꝝ ſingu-
los ſi recenſere pergam: pn̄ti opi detrimēto
potius q̄ vſui aut fauori idubie futurꝰ ero.
Hoc tn̄ loco nō ɔmittā vt ſilentio tranſeam
ſtupendū ac memorabile quiddaꝫ: qd oīpo-
tens deus ad ꝓhibendū certū teſtimoniū ſan
ctitatis viri in illius venerabili corpe ꝓ ſua
demētia monſtrare dignatus ē. Dū idē ve-
nerabile corpus trāſferret ad nouā eccl'am
ad titulū ſcī Franciſci lugdun. [illegible]cen
teſimo ⁊ ſexageſimo ſui obitus āno. reliqua
corpis pte alioquin exeſa atqꝫ corroſa. caput
tñ ſolidū: capillamētū hērēs: labia: dentes: ⁊
lingua: in nullo a vitali ſtatu aut colore demu
tata repta ſunt. Erat ꝓfecto diuine clemen-
tie: illud os a putrefactiōe ſeruare: qd ad ſalu
tem fidelium atqꝫ in diuis laudibus ſp̄ exti-
tit opoſum. nec dare ſctm̄ ſuū videre corrup
tionē. Extant preterea crebra ⁊ memorā
da beneficia que frequēter ɔciues balneo re
gini ⁊ vibenetani: ꝑ inuocatiōem eiuſdē ſācti
meruerunt obtinere. de quibꝰ tā multis ve
vnū aut poꝛo duo recēſere nō piget. Laol
domia vibenetana filiaꝝ ſarcina onerauerat
domū. ac ꝑinde Frāciſco matthei nebie viro
quodāmō inuiſa: qui rei familiaris anguſtia
ipar ſarcine matrimonio abſtinebat: de quo
non niſi feminas ɔcepat proficiſci. Eos cōiu-
ges conſolatus venerabilis religioſus mino
rum mgr̄ Frāciſcus de aquapendente: qui il
lis admodum cultus erat: affirmauit ſe hr̄e
documenta ex inſtitutis ſcī Bonauēture: q̄
ſi moniti ſuſcipent: maſculinā prolem ɔſe-
querent. Auſcultantibus vna mecum iquit
votiuas effundite ꝓces ad glioſum Bona-
uenturam: ⁊ pie ſperetis alſequi qd optatis.
Qui parentes monitis: pauculis diebꝰ gignē
de ꝓli opam indulſerūt: ⁊ vxor grauida ſcā
eſt: ⁊ ſtatuto menſe maſculū pepit: cui nomē
ex inſtituto eiuſdē religioſi Bonauētura im
poſuerunt. laudātes deū ⁊ ſctm̄ in cuius vir

tute mirabilia ſecum operatus eſt. Triennio poſt dum ea ciuitas Epidimie morbo atq3 internicinio grauiter affligeret: domus om nis coniugum eo veneno reſperſa eſt: ⁊ fi- liabus omnibus extinctis: Bonauentura ex- tra ſpem ſalutis conſtitutus: credebatur pa- ri mortalitate iam iã ſorores ſecuturus. Qui etiam immundorum ſpũum preſentanea in- ſtantia vexatus: nulla domus parte illorum perſecutionem effugere poterat. clamitans īfelix ſuccurrite [illegible] ⁊ iuſte. hos ſpũs ma lignis eos fugat [illegible] parentibus p̄ talium aſti [illegible] conſternatis: atq3 omni p̄r [illegible] deſtitutis ſubijt ſancti recorda- tio: cuius munere filium fuerant conſecuti. mox in ſpem adducti. illum hac prece precati ſunt. Sancte glorioſiſſime: qui benignus no bis hunc filium procuraſti: eadem benigni- tate preſta vt fugatis malignis ſpiritibus: a peſte ſaluum retineamus. Et prece facta ſpi ritus ex eo tunc excluſi: febris ceſſauit. ⁊ breui puer omnino ab egritudine ſaluus ſurrexit: cũ magna par[illegible] ⁊ ciuium leticia. gau dentium q̄ ad ſuperandas morborum ⁊ ſpi rituum malignitates: defenſoris tam validi preſidio cognoſcerent ſe munitos. Poſ- ſem forte ineptus videri: ſi ſtudens ceptis p- ſequar diem abſumere: recenſendo miracu- la. quorum3 relationi nec diem nec certe dies ſufficere ſatis ſcio. Sed quid vlterius exqui rimus miracula. quaſi vero Baſilium ma gnum: Hieronymum. ⁊ Auguſtinum no- ſtre fidei lucida ſidera. Thomam aquinatem3 ⁊ alios q̄3 plures. quos ī dei eccleſia ſanctos colimus: ob miracula: non autem ex diuini- tate doctrine miremur ⁊ veneremur. Quos tamen ſanctitatis teſtimonium nō ex alio cer tius conſecutos probe intelligimus: q̄3 ex eo rum cōmentarijs: que vt diuinitatis plena. non niſi per infuſam ſcientiam poterant edi diſſe. ex quibus ſpiritumſanctum in eis ha- bitaſſe verius comprobatur. Atſi porro mi racula exigimus. non tã que per illũ3 ī alios: q̄3 que in eo ipſo apparuerint conſideremus.

Si igitur diuum Bonauenturam ī ſuis operibus miraculoſum iam conſtat. ſi infu- ſam dono ſancti ſpiritus obtinuiſſe ſciam di- uina illius pminentia profitentur. Si chari tatis officia ardentius executum. Munda- nos honores contempſiſſe. Affectus terre- norum abieciſſe. In perſecutionibus conſtã tem manſiſſe. In beati Franciſci ac vniuer- ſali religione fructuoſum extitiſſe. Si ſuper na vocatione. vt paulum in fratrem dñi mira culoſe conuerſum. Si diuino beati Franci- ſci p̄ſagio ſctũ predicatum. Si alexandri de ales doctoris irrefragabilis ipſius precepto rio ſedula obſeruatione ſctũ comptũ3 ac iu dicatum. Si religioſorum minorum voto q̄ ſanctitate pollebant vt ſanctior ſummus pre latus aſſumptus. Si romane ſedis iudicio vt clarus meritis: ad vniuerſalis eccleſie regi- men profuturus aſcitus. Si deniq3 cōi diuum opinione fideliũ ſctũs tenet: ⁊ nominatur ⁊ co litur. Si benignus ſuccurrit quottidie inuo- cantibus ſe. Poterat ſanctitas tua etiam nul lo petente. ſanctorum q̄d vnum deerat publicos honores decernere: q̄3to magis id ōbes cel ſorum principum votis. Accedunt pientiſſi me preces ſereniſſimorum ac clariſſimorum Frederici romanorum regis ſemper augu- ſti. Ludouici francorum chriſtianiſſimi. Fer dinandi Sicilie. ⁊ etiã3 Mathie hungarie regum catholicorum. qui cum de republica chriſtiana bene mereri ſtudeant. digni certe videri debent. qui a ſanctitate tua tã ſanctam3 rem impetrēt. Rogãt preterea illuſtres du- ces: ac populi: ac loco maximi muneris hoc petunt. Calabrie. Venetiarum. Mediolani Sabbaudie ⁊ duciſſe Calabrie ⁊ barbonij. Florentini. Seneñ. Peruſini. Lugduneñ. ⁊ ciuitas balneoregij. que lʒ humilis ſitu clã- riſſima ⁊ deo gratiſſima videri dʒ. cui conti- git tantũ3 ſidus producere. Rogat preterea iſtius ordinis reuerendiſſimorum patrũ Jo. de Arogonia eiuſdem ſereniſſimi regis Fer dinandi illuſtris proles. que ſanctos qui ī eo ordine claruerunt. religioſius veneratur. ⁊

colit. Exigit deniq; ſuo iure beati Francisci ſeraſ religio. cuius alumnus vel iuſta petenti. de eſſe non poteſ. Exigit et ipſe ſanctus: ex permiſſione omnipotentis dei nomine facta: ſtre nue militantibus. ut illorum laudes cantet ec cleſia. eccleſiaſtici. xliiij. Cui obligationi ipſius vicarius ſatiſfacias neceſſe eſt. Tam multis igitur vinculis obligatum nullus iudex quã libet fauorabilis niſi ſoluentem ſoluere poſ ſet. Magnus ab inferis reuocetur Tullius umbris. et te defendat Seruius uſq; licet. non poteſ abſolui. Comperta preterea que dixi ſingulari ſtudio. quod precognoſcendis vite et mi raculis ſancti: exactiſſimum induxerint re uerendiſſimi patres Julianus de rouere ſan cti Petri ad vincula ordinis eiuſdem meri tus protector. Stephanus Mediolanen. et Franciſcus de Gonzaga mantuanus. tue ſan ctitatis in hoc commiſſarij. Mediolan. pre ſertim quem contra aduerſam valitudinem acri inſtantia colluctantem: a ſancto propoſi to nec proprie ſalutis ratio valuit retardare. Qui etiam reuerendiſſimi patres illecti ſtu dio compte ſanctitatis viri. id inſtantiſſime po ſcunt. Quid igitur tua ſanctitas ulterius diſ fert. quid cunctatur. quid alterius glorie id p rogat. Multa certe extant celebria tua geſta. que te ac tuos illuſtrant atq; perpetuo illu ſtrabunt. nil tamen ſic eque Romano pon tifici glorioſum meo captu contingere poſſe crediderim: quam ut ſancto pro meritis publi cam celebritatem decernat. Quã et tu pater beatiſſime. qui omni iure neceſſitudinis beati Bonauenture coniunctus es. auctoritate om nipotentis dei. quem ſemideus. mortalibus in terris refers: ſupplicantibus concedere nobis tua clementia benigne digneris.

Libri et tractatus una cum oratione in vi tam et miracula ſancti Bonauenture: gene ratis quondam miniſtri fratrum minorum Cardinalis epiſcopi albanẽſis et ſacre theo logie doctoris ſeraphici: per Bernardinum Miſintam pap. ſumptibus Angeli Britã nici: vigilanti cura impreſſi finiunt feliciter. Brixie: Anno gr̃e. M.cccclxxxxvij. pridie Calend. Januarij.

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Ex. completo com 302 fls.